monentem. Et Tulius libro de amicitia. Et monere et moneri velle propriū eſt vere amicitie: et alterum libere facere non aſpere: ⁊ alterum libere accipere non repugnant. Idem quoqꝫ in primo de offi. ait. Vt pictores ⁊ hi qui ſingula fabricant. et veri etiam poete ſuum quiſqꝫ opus a vulgo conſiderari volunt ſi q̄ reprehendēdus ſit a pluribus id corrigatur. ſic aliorum iudicio multa nobis et facienda et non facienda: et mutanda et corrigēda ſunt. Deniqꝫ Seneca libro tertio de Ira ſic dicit. Admoneri et corrigi ſemper boni gaudent. peſſimus autem quiſqꝫ aſperrime patitur correctionem. Ex predictis auctoritatibus patet. Qualiter qui vult proficere et doctrinam dei atqꝫ diuinā gratiā et ſalutē propriam conſequi: neceſſe eſt ei ꝙ alacriter et libenter ſuſcipiat admonitionem et correctionem ipſius predicatoris. contra multas mulieres vanas que cum audiunt ꝙ predicator deteſtatur vanitates ſuperfluas caudas cornua bellettum: et huiuſmodi. ſtatim indignantur et ſe trāſferunt ad alium predicatorem qui predicta omnia laudat: vel nihil de ipſis tangit: aut ſtant domi et non volunt amplius ire ad p̄dicationes. Tales omnes diabolus portabit. Hoc idem faciunt vſurarij ſeu falſi officiales. ſeu concubinarij: qui cum audiunt etiā in genere aliquid qđ eos tangat ſtatim per totam quadrageſimā predicationem relinquunt. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione. videlicꝫ bonificationis. Fundamentum rationis ponit philoſophus tertio Thopicoꝝ. et ſecundo phiſycorum dicēs. Cuius finis melior ipſum quoqꝫ melius. patet hec regula. Cum enim finis ſalutis anime ſit nobilior fine ſalutis corporis clarum eſt. ꝙ dare conſilium de ſalute anime eſt magis nobile q̄ꝫ dare conſilium de ſalute corporis. Quo preſuppoſito certū eſt ꝙ ſi quis corporaliter eſſet infirmus libenter et alacriter medicinam quālibet amarā aſſumeret ut corporis ſanitatē recuperet. ergo a fortiori cum anima ſit nobilior corpore incorporaliter. dicente philoſopho. 16. de animalibus. Anima nobilior eſt omni corpore animatum inanimato. viuum mortuo. ens non ente. Et primo ethicorum dicit. Bona anime maxime ſunt bona. Et ſexto politicoꝝ dicit. Anima melior eſt corpore: et anime bonum omnibus bonis. Propter hoc tenetur quiſqꝫ in infinitum libentius et alacrius ſuſcipe admonitiones atqꝫ correctiones quas predicator facit pro ſalute ipſius anime. Nā tales admonitiones et correctiones ſunt q̄dam ſpirituales medicine ipſius anime.

¶ Tertio deniqꝫ probo ſimilitudine. videlicet ꝙ quiſqꝫ volens proficere in ſacra doctrina et diuina gratia tenetur libenter ſuſcipere et non beſtialiter ſeu ſuperbe fugere admonitiones predicatoris. Nam videmus ꝑ experientiam ꝙ infirmus qui odit preſentiā medici et fugit ſuam medicinam non recipit corporis ſanitatem ſed potius mortē incurrit. Econtra ſi medicum diligit et eius cō ſilia ſuſcipit ſeu medicinam. licet videantur ſibi amara et penoſa facere recipit ſanitatē. Sic a ſimili eſt de anima ſpiritualiter infirma que ſi libenter audit predicatorem tanq̄ꝫ ſpiritualem medicum ⁊ ſuſcipit eius doctrinam et admonitionē: faciliter a deo p. cōtritionem recipit ſanitatem anime: id eſt veniam de peccatis. econtra vero ſi predicatorem odit et eius doctrinam et admonitionem fugit et contemnit: certum eſt ꝙ incurrit ſententiam eterne mortis. Sic enim ait Apoſtolus ad Romanos ſcđo. Secundum duritiā tuam et impenitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iuſti iudicij dei. quod confirmans Auguſtinus in libro de verbis domini ait. Precipuum et magnum ſignum diuine reprobationis eſt correctionem fraternam deuitare. Et Salomon prouerbi. 15. ait. Qui increpationes odit morietur. ſcilicet ſm gloſam triplici morte. videlicet nature: gratie: et glorie. Et Prouerbi. 29. ait. Viro qui corripientem ſe dura ceruice contemnit: repentinus ſuperueniet interitus. Et Sapien̄. tertio dicitur Sapientiam enim et diſciplinam qui abijcit infelix eſt: et vacua eſt ſpes illorum: et labores ſine fructu: et inutilia opera illorum ſunt. hec ibi. Et ideo in figura Exod. quarto ca. loquitur. Qđ Moyſes proijciens virgā id eſt correctionem in terram. i. in terrenis hominibus verſa eſt in colubrum. quia ſcilꝫ qui has correctiones non ſuſcipit: in futuro a ſerpētibꝰ infernalibꝰ deuorabitur ⁊ punietur.

Ex predictis autoritatibus:ratione: ꝛ ſimile: patet ſexta diſpoſitio neceſſaria ad ſuſcipiendam diuinam doctrinam. ꝛ per conſequens diuinam gratiam que dicitur diſpoſitio ſuſceptionis.

¶ De ſeptima diſpoſitione neceſſaria ad audiendum doctrinam ſacram que dicit̃ diſpoſitio operationis.

Septima poſtremo diſpoſitio ex qua acquiritur ſalutaris doctrina: ꝛ per conſequens diuina gr̃a ꝛ eterna gloria dicitur operationis ſeu executionis.vltra predictas omnes diſpoſitiones:quicu̅qꝫ vult proficere in ſacra doctrina et diuina gratia. neceſſe eſt omnino ꝙ habeat executionem.i. ꝙ exequatur ꝛ operetur ea que ab ipſo predicatore operanda intellexerit. quoniam ſine tali operatione oẽs predicte diſpoſitiones omnino eſſent inutiles tam ad anime ſalutem: q̃ȝ ad diuinam gratiã et eternam gloriam ꝓmerendam.quod quinqꝫ modis probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto ſimilitudine. Quinto exemplo.¶ Primo probo auctoritatibus. Nam Jac.j.dicitur. Eſtote factores verbi ꝛ non auditores tm̃: fallentes voſmetipſos:quia ſi quis auditor eſt verbi ꝛ nõ factor. hic compabitur viro cõſideranti vultum natiuitatis ſue in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe ꝛ abijt.ꝛ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.Qui autem perſpexerit in lege ꝑfecte libertatis ꝛ permãſerit in ea. Non auditor obliuioſus factus:ſed factor operis. hic beatꝰ in facto ſuo erit.hec ibi.Jtem philoſophus ſcd̃o ethi. Virtutes ſcire parum aut nihil prodeſt ad felicitatem.ꝛ ibidem dicit.Nõ nõ ꝑſcrutamur de virtutibus ut ſciamus. ſed ut operantes boni efficiamur.Et.io.ethi.ait: Non ſufficit virtutes ſcire niſi quis operetur ſm illas.Et.io.methaphi.dicit.Ex priuatione actꝰ a potentia ſiue habitu ſequitur maluȝ quod eſt bono oppoſitum.ꝛ ſecũdo ethi. ait: Operantem ꝛ non tm̃ diſcentem laudamus:utputa.Edificantes et non edificatores.ꝛ.j.ethico. Dupliciter eſt ratio potentialis ꝛ actualis.actualis autem eſt perfectio hominis: ſicut bene citharizans bonus citharedus eſt. ꝛ ſexto ethi.etiam dicit. Prudens non eſt quis in ſcire ſolum:ſed in eo ꝙ practicus eſt ꝛ operatur ſm rectam rationem. Jtem Beda ſuper Lucam. Scire inquit bonum ꝛ non facere non pertinet ad beatitudinem : ſed ad condemnationem.ſicut ſcriptum eſt. Scienti bonum et non facienti peccatũ eſt illi.ꝛ Grego.nazanzenus in appologia ſua ait. Jlle mihi videtur eſſe ſapiens : qui pauca de virtutibus diſſerens plura vero ſuarum operationum auctoritatibus oſtendit. Jtem Sene.in prouer. ſuis dicit. Nihil prodeſt facienda didiciſſe ꝛ nõ facere.ꝛ Matth.7.Saluator ait. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur ꝛ in ignem mittetur.ꝛ Criſoſt.in quadã omelia dicit. Nam plura ſcire neqꝫ plura miracula facere valent ad ſalutem . ſed tm̃ operatio virtuoſa.felicem animam facit. Deniqꝫ Grego.in primo dyalogoꝝ. ꝛ tranſumptiue 23.q.4.c. optineri. ait: Jpſa quoqꝫ perhénis regni predeſtinatio . ita eſt ab omnipotente deo diſpoſita:ut ad hanc electi ex labore perueniant: quatenus laborando ꝛ orando mereantur accipe quod eis omnipotens deꝰ ante ſecula diſpoſuit donare. Ex predictis igit̃ auctoritatibus patet qualiter ad diuinã gratiam ꝛ ſalutem promerendam inter ceteras diſpoſitiones operatio virtuoſa requiritur.

¶ Secundo hoc idem probo in vnica ratione. videlꝫ acquiſitiõis eterne felicitatis. Fundamentum rationis ponit philoſophus. io. ethicorũ. di. Felicitas eſt premium virtutis. Quo preſuppoſito certum eſt ſm eundẽ philoſophũ.7. phiſicorũ. Nõ virtus ſimpliciter eſt diſpoſitio perfecti.ſ. habitus ad optimum ſcꝫ ad actum.ꝛ propterea.2.ethicoꝝ.dicit. Ad perfectionem virtutis tria requiruntur.ſcire velle: ꝛ operari. Nõ ſi ut patet operatio eſt de eſſentia virtutis: clarum eſt ꝙ ſi quis nõ operatur que operanda intelligit. non habet in ſe perfectam virtutem: quia ſicut dicitur. 6.Thopicoꝝ.A quocu̅qꝫ remouetur diffinitio remouetur ꝛ diffinituȝ.ꝛ Cõmentator.9. Methaphi.ait.Qui tollit a rebus ſuam propriam operationẽ. tollit ab eis ſuam eſſentiam. ꝙ ſi quis non habet operationem nec ꝑ conſequens virtutem . Cum igitur felicitas ſimpliciter ſit pmium virtutis . concluditur neceſſario ꝙ talis non operans que intelligit,nunq̃ȝ poterit beatificare: ꝛ eternam felicitatem ſibi acquirere.¶ Tertio hoc idem ꝓbo vnica diſtinctione.ſ. domini Bonauenture.qui ſuper prohemio pmi ſententiaꝝ. q.3. querit. An ſcientia tradatur ſimpliciter a ſpiritu ſcõ propter ſcire ꝛ intelligere tm̃.ꝛ Ra-

dit di. Qd̄ perfectibile a ſcientia eſt ipſe intellectus: qui tripliciter habet conſiderari. Primo q̃tum ad ſe. Secundo q̃tum ad affectionem. Tertio q̃tum ad opus. Et concludit ꝙ ſpiritusſanct⁹ nõ tradit ſimpliciter ſcientiam intellectui ut tm̃ intelligat. Sed ut referatur ad voluntatem ut velit ⁊ amet quod intelligit: ⁊ precipue ut referatur ad opus. videlicet ut quiſqꝫ operetur quod cognoſcit ⁊ intelligit. Et qua diſtinctione infert ꝙ nullus vnqꝫ eſt verus theologus: licet ſciat omnes cõcluſiones theologie: niſi velit: amet: ⁊ opetur actualiter ex charitate ſm poſſibilitatem ſuam omnia que ipſa ſacra theologia demonſtrat. hoc idem intelligitur de ceteris omnibus ſcientijs: et ſic patet idem quod ſupra.

C Quarto etiam probo ſimilitudine. operationem fore neceſſariam ad gratiam ⁊ ſalutem acquirendam. Nam primo de celo et mundo philoſophus ait. Qd̄ natura tria exigit ad perfectionem vniuſcuiuſqꝫ rei. videlicꝫ ſubſtantiam. virtutem. ⁊ operationem. quod ſic patet: quia ſi arbor haberet ſubſtantiaꝫ arboris ſimiliter ⁊ potentiam fructificandi: et non fructificaret: vtiqꝫ vituperabilis foret. ꝙ ſi natura requirit operationem in rebus naturalib⁹: a fortiori diuina gratia ⁊ eterna gloria requirunt. ꝙ quiſqꝫ actualiter in ſe habeat ſpirituales et materiales operationes. Similiter ⁊ medicus. vt dicitur. j. et. 2. Metha. Non dicitur medicus ſimpliciter propter ſcire ⁊ ſpeculari. ſed ſimpliciter propter operari. ſeu practicã exercere. quia iſte eſt finis principalis. propter quem talis ſcientia acquirit. Quod cõfirmans philoſophus. 3. de anima dicit. Finis in operabilibus eſt quaſi principium: ⁊ licet ſit vltimũ in executione: tamen eſt primũ in intentione. Quod ſic patet. Nã ſcientia medicine nihil prodeſſet ipſi medico q̃tum ad lucrum. nec inſuper ipſi egroto q̃tum ad ſanitatem: niſi practice actualiter exerceret. que ſcientia docet exercẽda: ergo a ſimili eſt de anime ſciẽtia: nihil prodeſſet ei talis ſcientia ad ſaluteꝫ. Similiter etiã videm⁹ ꝙ parum prodeſſet mulieri videre ſeu intelligere maculaꝫ faciei ſue in ſpeculo. niſi actualiter eam abſtergeret. ergo a ſimili parum prodeſſet anime per ſacram doctrinam cognoſcere ⁊ intelligere maculas peccatorũ ſuorum niſi eas actualiter elemoſynis: contritione: confeſſione: atqꝫ ſatiſfactione purgaret: ⁊ abſtergeret. C Quinto deniqꝫ probo exemplo operationeꝫ fore neceſſariam. Nam videmus ad oculum: ꝙ quando aliquis rex: vel dominus facit fieri bandum quo diſtricte mandatur ut fiant alique exactiones: vel alia huiuſmõi. ſtatim omnes aut amore aut timore conantur ſine mora actualiter opere complere omnia quecumqꝫ precepit rex fore adimplenda. Et hoc ideo faciunt: ne perdant gratiam regis: ſeu ne incurrant in maliuolentiam ſuam. ꝙ ſi hec faciunt mundani pro mundanis dominis. a fortiori quiſqꝫ verus xpi ſeruus et fidelis tenetur actualiter implere ⁊ facere omnia que xpus precipit facienda: ⁊ hoc ne incurrat ſententiam ſue maledictionis: q̃ in extremo iudicij die. prout habetur Math. 25. daturus eſt di. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Et inſuper ſe debent in operibus virtuoſis exercere. ad hoc ut ſibi acquirant diuinam gratiam. Et inſuper obtineant paruam benedictionem quam idem xpus in eadem iudicij die. ut habetur Matthei. 25. bene operantibus daturus eſt. dicens. Venite benedicti patris mei poſſidete regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Et ſic ex predictis auctoritatibus ratione: diſtinctione: ſimilitudine: atqꝫ exemplo patet ſeptima diſpoſitio neceſſaria ad ſuſcipiendum diuinam doctrinam ⁊ diuinam gratiam que dicitur diſpoſitio executionis. Et per conſequens patet etiam. ſcõus reſpectus quo faciliter quiſqꝫ poterit percipe remiſſionem peccatorum ⁊ diuinam gratiam in quadrageſima futura. In quo reſpectu ſepteꝫ diſpoſitiones monſtrate ſunt neceſſe ad ſalutem ⁊ diuinam gratiaꝫ promerendã. Quas omnes diſpoſitiones ſimul cum gratia ⁊ ſalute vobis et mihi elargiri dignetur ipſe largitor ſalutis et gratie domin⁹ Jeſus. qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

C Feria quinta poſt dominicam ſeptuageſime de triplici reſpectu principali. videlicet influxionis diuine clemẽtie quo apparet qđ quiſqꝫ faciliter ſaluari poteſt.

Sermo quintus.

Ides tua te ſaluam facit. Luc. 7. Poſt q̄ declarauim⁹ duos reſpectus principaliores ex quibus maximam fidem firmamq; ſpem habeo: q̄ in quadrageſima futura ⁊ diuinā gratiā ⁊ peccatorum remiſſionē accipietis: tum deo propitio ex noſtra inſtructione: tum reſpectu optime diſpoſitionis veſtre volens ordinate p̄cedere: habeo nūc in ſpē declarare tertiū reſpectum: quo credo firmiter ⁊ ſpero in proxima quadrageſima vos ⁊ gratiā dei: ⁊ peccatorū remiſſionē faciliter conſecuturos. Qui dicitur reſpectus diuine influxionis. ſeu reſpectus diuine clementie atq; miſericordie. Pro cuius reſpectus declaratione loco exordij dico: q̄ deus q̄ntum eſt in ſe generaliter vult cōmunicari ⁊ cōmunicabit omnib⁹ nobis tam diuitibus q̄ pauperibus: tam nobilibus q̄ ignobilibus: tam magnis q̄ puſillis: tam maſculis q̄ mulieribus gratiam ſuam gratum facientem: ⁊ inſup plenariā omnium peccatorū remiſſionē. deus q̄ntum eſt in ſe velit omnibus nobis. Et q̄ generaliter concedere ⁊ hoc imptiri quadrupliciter pbo. Primo auctoritatibus. Secundo ratiōe. Tertio diſtinctione. Quarto exemplo.

¶ Et primo probo auctoritatibus. Nā apo. primo thi. 2. ait. Deus vult omnes homines ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem ſue virtutis venire. Et. 2. pe. 3. Petrus ait. Non vult deus aliquos perire: ſed omnes ad penitentiā cōuerti. vbi glo. qua. ſ. mediate quiſq; ſaluatur. Et Apoſt. pmo Theſſalo. 4. ait. Hec eſt voluntas dei ſanctificatio noſtra. Dyo. aūt lib. de di. no. ait. Sicut noſter ſol non ratiocinās neq; eligens equaliter diffundit radios ſuos in corpora inferiora: ſic ſol iuſticie diffundit radios omnes bonitatis ſue. Salomon etiā Sapien. xi. ait. Diliges omnia que ſunt ⁊ nihil odiſti eorū q̄ feciſti. Et Sapien. 6. dicit. Puſillū ⁊ magnū diligit deus: ⁊ eſt ei equaliter cura de omnibus. Deniq; Yſa. 55. Generaliter vocat omnes ad gratiā ſuam dicens. Omnes ſitientes venite ad aquas. ſcꝫ gratie mee ⁊ qui nō habetis aurū ⁊ argentū properate emite ⁊ bibite. Et eccl. 24. omnes etiā inuitat di. Tranſite ad me omnes q̄ concupiſcitis me ⁊ a generatiōibus meis: videlꝫ gratie mee adimplemini. Et Matth. xi. dicit Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. ſ. gratia mea.

¶ Secundo etiā probo vnica ratione. vꝫ obiectionis. q. ſ. deus generaliter vult gratiam ſuam oībus imptiri. Fundamentū rōnis ponit phs ſentētialiter. 2. de anima di. Quelibet potentia habet propriū obiectū ⁊ adequatum a quo nō pōt diuerti. patet hec regula. Nam adequatū obiectū potentie viſiue. ut dicit. 2. de anima. eſt color. Et ideo naturaliter potētia viſiua nō poteſt ſe diuertere quin appetat videre actualiter ſpēm pulcherrimā ⁊ coloratā: hec idem faciunt naturaliter oēs alie potētie hoīs ſenſitiue. Similiter cū obiectū potentie volitiue ſit beatitudo eterna: p̄ut ponūt omnes theologi. in. 4. di. 49. ⁊ di. 50. Hinc eſt q̄ etiā ipſi damnati nō poſſunt facere quin naturali appetitu ipſam appetāt ⁊ deſiderēt. Quo ſuppoſito peto quod eſt obiectū propriū ⁊ adequatū volūtatis diuine: et certū eſt quod eſt ſua bonitas: a quo obiecto deus nequaq̄ ſe poteſt diuertere. q̄ non poteſt nō velle omne bonū: ſed cū dare gratiā non tm̄ vni ſed oībus ſit quedā bonitas. ergo p̄ conſequēs non poteſt deus dimittere: q̄ntum in ſe eſt quin det omnib⁹ gratiā ſuam affluenter. q̄ ſi vni ſimpliciter ⁊ nō alteri gratiam dare vellet. cum talis cōmunicatio bonitatis eſſet particularis ⁊ non vniuerſalis: vtiq; voluntas humana. que ſm Tho. ſcda ſcde. q. 2. ar. 2. ⁊ ſm phm. 2. Metha. Que habet pro obiecto bonū vniuerſale pfectior eēt volūtate diuina: que ſimpliciter reſpiceret in cōmunicatione ſue gratie bonū particulare. Sed cum ſit falſiſſimū q̄ humana voluntas ſit pfectior voluntate diuina: ideo ſi volūtas humana reſpicit bonū vniuerſale. ergo a fſimimo a fortiori diuina voluntas q̄ntum in ſe eſt vult omnibus gratiā ſuam cōmunicare.

¶ Tertio h̄ idē probo diſtinctione dñi Bonauenture in. 4. diſt. 17. arti. 1. q. 3. Et in. 2. di. 27. ar. 2. q. 3. di. Cum querit an facientibus q̄ in ſe eſt deus omnibus gratiā ſuam largiat neceſſario. Rūdit q̄ duplex eſt neceſſitas. ſcꝫ

coactionis:ꝛ hec non cadit in deum: nec hac neceſſitate tenetur deus alicui gratiam ſuaȝ dare. Alia eſt neceſſitas ſeu obligatio mere pactionis ꝛ ſponſionis: qua ex ſua mera benignitate ſpopondit: pepigit: atqȝ promiſit: omnibus facientibus quod in ſe eſt gratiam ſuam ſe daturū:ſicut promiſit Abraam Geneſ.15.c.di. Ego ſum protector tuus ꝛ merces tua magna nimis.nimis ſcȝ per gratiam ꝛ hac ſecunda neceſſitate neceſſario vult deus:ꝛ immutabiliter gratiam ſuaȝ omnibus exhibere. ℭ Quarto deniqȝ etiam probo ſimilitudine.qualiter deus vult q̄ȝtum in ſe eſt omnibus gratiam dare. Nam.8. Ethicorū philoſophus ait. Generātis ad genitum naturalis eſt amicitia:patet qꝛ naturaliter omnes genitores non tm̄ rationales: ſed etiam irrationales:filios ſuos fouent ꝛ nutriunt: et eis neceſſaria impendūt.et propter hanc naturalem amicitiam filius prodigus.ut habetur Luc.15. quāuis diſſipaſſet cum meretricibus omnem ſubſtantiā: tamen a patre dulciter eſt ſuſceptus.ꝙ ſi parētes ſupradicti cōmunicationem ſue gratie ꝛ voluntatis naturaliter omnibus filijs ſemper impendunt. a fortiori deus ipſe qui eſt pater omniū hominū.Ipſo dicente Matthei.23. Vnus eſt pater veſter qui in celis eſt quem omnes orare iubet.Matthei.6.di. Cum orabitis dicite:pater noſter qui es in celis.gratiam ſuam omnibus cōmunicabit:cum ſit cunctis genitoribꝰ in charitate pfectior: qđ bene ipſe ſaluator promittit ſe facturū.cum Matth.5. di. Eſtote perfecti.ſ.in cōmunicatiōe veſtre gratie et bonitati.ſicut pater veſter celeſtis perfectus eſt:qui ſolē.ſ.o.facit ſuper bonos ꝛ malos: ꝛ pluit.ſ.gratiam ſuam ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos.Ex predictis igitur clariſſime patet q̄liter deus vniuerſal'r vult oibꝰ gratiā ſuaȝ impertiri. Et quoniā ſm Ariſtotelem ab effectu cauſe cognoſcūtur.ut patet primo ꝛ ſcđo poſterioꝝ.Quia ex fructibus cognoſcitur arbor eſſe bona vel mala: ſeu ſterilis: et fructifera. prout ait Saluator Matth.7.c. Idcirco ut poſſitis clarius ꝛ euidentius cognoſcere: ꝙ deus noſter omnipotens ꝛ glorioſus vult nobis omnibus largiri ſalutem ꝛ gratiam ſuā accipite inter ceteros ſeptem ſpāles effectꝰ diuine clementie: quibus euidentiſſime apparebit ſicut prediri. qualiter gratiam ſuam et ſalutem vult deus ipſe liberaliter vobis cōcedere.Quorum.

ℭ De ſeptem effectibus diuine clementie et primo de duobus primis.

ℭ Primus dicitur effectus preſeruationis.
ℭ Secūdus dicitur effectus purificationis.
ℭ Tertius dicitur effectus intentionis.
ℭ Quartus dicit̄ effectus cuſtoditionis.
ℭ Quintus dicit̄ effectus inſtitutionis.
ℭ Sextus dicit̄ effectus conceſſionis.
ℭ Septimus dicit̄ effectus interceſſionis.

p Rimus igitur effectus diuine clemētie quo clare cognoſci poteſt ꝙ omnipotens et glorioſus deus vult omnibus q̄ȝtum in ſe eſt gratiam ſuam cōmunicare ꝛ vitam eternam impendere:dicitur effectus preſeruationis. Signum profecto euidentiſſimuȝ ꝙ deus vnicuiqȝ vult gratiam ꝛ gloriam exhibere in hoc apparet.ꝙ licet anima ſponte cōmittat grauiſſima ꝛ quaſi innumerabilia peccata:tamen deus non ꝑmittit.ꝙ habilitas ꝛ poſſibilitas liberi arbitrij ita corrumpatur:obſtinetur:ꝛ induret̄:ꝛ ꝑuertatur:quin ſemper faciliter poſſit de malo ad bonum redire:et ad deum ſe conuerti. Quem effectum clementie et pietatis nequaq̄ȝ deus concedere voluit angelis apoſtaticis quolibet homine per naturam nobilioribus:qui cum in ſolum ſuperbie peccatum inciderint. Prout dicit Bonauentura in ſcđo diſtinctiōe ſexta arti.ꝑmo.q. prima. Tamen eorum libertas tota arbitrij ex hoc peruerſa ꝛ corrupta fuit:ita ꝙ impoſſibile eſt. Prout idem dn̄s Bonauentura in ſcđo diſtinc.7. arti.ꝑmo.q.j.dicit. Ipſum ad deum iterato conuerti ipſum amando ut ſummū bonum Ratio eſt inter cetera.quia angelus naturaȝ ſimpliciſſimam ab omni corpulenta materia remotiſſimā habet. Ideo ad quod ſemel ſe conuertit totaliter ſe conuertit.ꝛ ſic macula que in intellectu angelico et voluntate cecidit nulla poteſt vnq̄ȝ vlterius penitentia expiari. quia per talem maculam tota habilitas ad bonum penitus eſt corrupta.Econtra vero clementiſſimꝰ deus hanc grām hoī ꝑſtitit.ꝙ ſi infinities caderet in pctīn infinities habet adhuc habilitatem poſſibilitatem

atqꝫ libertatem faciendi bonum ⁊ diuinam gratiam recipiendi. Hec igitur proprietas habilitatis atqꝫ libertatis eſt ſignum magne clementie dei: ⁊ eſt valde vtilis homini ad ſalutem: immo intantum vtilis: ꝙ ſi eam demones habere poſſent: nullas penas ſuſtinerent. Sic enim legitur in vitis patrum: videlicet ꝙ quidam ſanctus pater cum obuiaret demoni: inter multa que locuti ſunt: dixit ſanctus pater ad demonem: qd faceres ſi adhuc ad regnum perditum peruenire poſſes? Reſpondit: ſi haberem habilitatem ad bonum ⁊ ſimul carnem ⁊ oſſa ſicut tu habes: vellem ꝙ millies in die vſqꝫ i diē iudicij caro mea minutim ⁊ membratim incideretur: ⁊ in puluerem redigeretur: dum tamen ſic faciendo ad regnum beatitudinis in quo ſemel fui redire poſſem. hec ille. Qđ etiam hodie facerent ceteri homines damnati pro habendo illo beatiſſimo regno quo propter ipſorum ſcelera ſunt priuati: ſi haberent habilitatem ad bene faciēdum quam in hac vita iam habuerunt. Sed iam ad propoſitum redeamꝰ. Dico igitur ꝙ quiſqꝫ peccator: etiam poſt grauia ⁊ innumera peccata habet habilitatem: poſſibilitatem: atqꝫ libertatem penitendi ⁊ benefaciendi: ⁊ ad deū redeundi: qđ vtiqꝫ eſt ſignum euidentiſſimum maxime clementie: atqꝫ diuine pietatis: qui propter hoc vult omnes ſaluare quantum in ſe eſt: ⁊ omnibus gratiam ſuam impendere: ⁊ qđ talis libertas: habilitas: atqꝫ poſſibilitas penitendi: ⁊ ad deum redeundi: ſit etiam in quolibꝫ maximo peccatore. q̄drupliciter ꝓbo. Primo auctoritatibꝰ. Secūdo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto exēplo. ¶ Primo probo auctoritatibus Nam Ber. lib. de gra. ⁊ libe. arbi. ſic ait. Humana anima in libero arbitrio conſtituta: quod ſemel accepit nunq̄ꝫ aliqua iniquitate perdere poteſt. Philoſophus etiam in. 3. de regimi. princi. ait. Liberi ſumus omnes vſqꝫ in finē ad hoc: ⁊ ad illud. videlicet ad bonum ⁊ malum: ad vitia ⁊ virtutes. hec ille. Et glo. ſuper verba prophete. Anima mea in manibus meis ſemper eſt ait. lꝫ voluntas hominis obliquetur per peccata: tamen ſalus ſua ſemper eſt in manibus libertatis ſue. Hieronymus in queſtionibus ad helbidiam ait. Deus equali cunctos nos ſorte generauit: ⁊ dedit ſingulis vſqꝫ in finem arbitrij voluntatem vt faciat vnuſquiſqꝫ quod vult ſiue bonum ſiue malum. hec ille. Et ibidem dicit. Oēs homines vſqꝫ in finem ſuo arbitrio derelicti ſunt: neqꝫ enim bonum neceſſitate compulſi faciunt ſed voluntate: vt credentes coronam accipiant: ⁊ increduli proprio arbitrio ſupplicijs mancipentur eternis. hec ille. Deniqꝫ eccleſia. 15. dicitur. Deus ab initio conſtituit hominem ⁊ reliquit eum. ſcilicet vſqꝫ ad mortem in manu conſilij ſui. Ante hominem bonum ⁊ malum: vita ⁊ mors: qđ cūqꝫ voluerit dabitur ei. ¶ Scđo etiam probo vnica ratione: videlicet proprietatis. ꝙ. ſ. anima ſemper eſt libera ⁊ habilis ad benefaciendū: ⁊ ſi ſit per peccatum corrupta. Fundamentum rationis ponit Cōmentator ſuper. 9. methaphiſy. ⁊ etiaꝫ ponit. s. Thomas in. 2. di. 25. di. Manente ſemper natura rei: neceſſe eſt eius naturalia non moueri. patet hec regula. Nam ſi ſubſtantia lapidis duraret in eternum: etiam grauitas que eſt eius proprietas naturalis duraret vtiqꝫ in eternum: ꝙ ſi talis naturalis ꝓprietas a lapide auferetur: nequaq̄ꝫ amplius lapis diceretur dicente eodem Cōmentatore vbi ſupra. Qui tollit a rebus ſuam proprietateꝫ tollit ab eis ſuam eſſentiam. Exemplifica de ceteris ꝓuis. Quo preſuppoſito certum eſt: ꝙ ſubſtantia anime rationalis ⁊ intellectualis eſt incorruptibilis ⁊ īmortalis. dicēte philoſopho 2. de anima. Intellectus videlicet rationalis videtur eſſe alterum genus anime: ⁊ ſolum contingit ipſum ſeparari: ſicut perpetuū a corruptibili. Et. 3. de anima dicit. Intellectus eſt perpetuus ⁊ immortalis. Et. 12. methaphyſi. ait. Anima non omnis ſed intellectualis manet poſt compoſiti corruptioneꝫ Quod confirmans Saluator Matth. 10. ait Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non poſſunt occidere. hec ibi. ꝙ ſi vt patet ſubſtantia anime eſt incorruptibilis: igitur per conſequens neceſſe eſt ꝙ eius naturalis proprietas que eſt libertas arbitrij ad bonum ⁊ ad malum ſit incorruptibilis. dicente philoſopho. 7. phiſycorū. ⁊. 9. methaphi. Poteſtates nāles ſe hūt vno modo poteſtates vero rōnales ſe hūt ad oppoſita.

Sʒ ſi per peccata talis libertas totaliter cor
rumperetur: nequaq̄ꝫ ert̄uc qui nunc eſt ho-
mo poſſet dici homo: ergo cum ſemper ut ꝓ
batuꝫ eſt talis proprietas libertatis ſit in ho-
mine. ſequitur ꝙ ſemper habet poſſe in hac
vita. et penitendi ⁊ ad deum redeundi. et di-
uinam gratiam recipiendi. ¶ Tertio hoc
idem probo diſtinctionibus. Et primo diſti-
ctione beati Thome prima parte ſumme. q.
83. articulo primo in corpore queſtio. dicētis
Cum queritur an in homine ſemper rema-
neat vſqꝫ ad finem habilitas ⁊ libertas li. ar.
ad bonum. Reſpondeo ꝙ ſic. Alioquin fru-
ſtra eſſent conſilia: exhortationes ad peniten
tiam: receptiones: prohibitiones: et huiuſmo
di. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendū eſt ꝙ que
dam agunt abſqꝫ iudicio ſicut lapis moue-
tur deorſum: ⁊ ſimiliter omnia cognitione ca
rentia. Quedam agunt iudicio: ſed non libe-
ro. ſicut animalia bruta. Judicat enim ouis
videns lupum eſſe fugiendum naturali iudi
cio: ſed non libero. quia non ex collatione ra-
tionis. ſed ex naturali inſtinctu hoc iudicat.
Similiter eſt de quolibet iudicio auium ſeu
brutorum animalium. Homo vero agit iu-
ditio quo per vim cognoſcitiuam iudicat ali
quod eſſe fugiendum vel proſequendū. Sed
quoniam iudicium iſtud non eſt ex naturali
inſtinctu ⁊ particulari operabili: ſed ex colla-
tione quadam rationis. Ideo magis potens
eſt in diuerſa: ratio enim circa contingentia
habet viam ad oppoſita. ut patet in dyalecti-
cis ſyllogiſmis: et rhetoricis perſuaſionibus
particularia autem operabilia ſunt quedam
contingentia. ⁊ ideo circa ea iudicium ratio-
tionis ad diuerſa ſe habet: ⁊ non eſt determi
natum ad vnum tm̄. Et pro tanto neceſſe eſt
ꝙ homo ex quo rationalis eſt. ſit ſemꝑ vſqꝫ
in finem in libero arbitrio ad bonum ⁊ ma-
lum. ſeu ad vitia et virtutes. Hec Thomas.
ad litteram. ¶ Ex qua diſtinctione patet q̄
liter peccata q̄tūuis multa et grauia nunq̄ꝫ ſic
corrumpunt bonitatem anime: quin ſemper
diuina clementia habeat plenam libertatem
a malo ad bonum ſe conuertendi. Aliam di
ſtinctionem egregiam. et valde notabilem.
ponit dominus Bonauentura in ſecūdo. di
ſtinctione. 35. arti. 2. queſtio. 3. quā etiaꝫ ponit
Tho. diuci ſimode libro tertio. Cōtra genti-
les capi. xi. Et etiam in queſtionibus de ma
lo. in queſtione Utrum peccatum diminu-
at bonum nature: Sed formaliter in prima
parte ſumme queſtione. 48. articulo quarto.
Cum queritur (inquit dominus Bonauen-
tura) An diuina bonitas permittat per pec-
catum totam habilitatem et bonitatem libe
ri arbitrij corrumpi: ne poſſit aliquis ampli-
us benefacere et diuinam gratiam accipere
Reſpondeo ꝙ triplex eſt bonum. ſcilꝫ natu-
re: gratie: ⁊ habilitatis: ſeu potentie. Bonum
nature in tribus precipue conſiſtit ſm̄ Augu
ſtinum in libro de natura boni. videlꝫ in mo
do: in ſpecie: et in ordine. ſeu ſm̄ Salomoneꝫ
Sapiēn. vndecimo. In numero pondere et
menſura. Quorum ſufficientia ſic intelligit
Nam modus: ſpecies: ⁊ ordo: ſeu menſura.
numerus: et pondus. ſunt quedam diſpoſitio
nes que conueniūt cuilibet bono ſeu cuilibet
rei create. per reſpectum ad cauſam efficien-
tem. formalem. et finalem. Inde modus vel
menſura eſt diſpoſitio rei prout defertur ad
cauſam efficientem. que dat eſſe terminatuꝫ
et menſuratum cuilibet rei. Species autem
et numerus eſt diſpoſitio rei prout refertur
ad cauſam formalem: ſm̄ quam quelibꝫ res
per formā ſpecificatur et ab alia re diſtingui
tur. Pondus vero vel ordo eſt diſpoſitio rei
prout refertur ad cauſam finalem. Unde di
cit Auguſtinus ſuper Gene. ad litteram.
Q̄d menſura modū prefigit quo ad primuꝫ
Numerus omni rei ſpeciem prebet quo ad
ſecūdum. Pondus vero in ſuo loco ordinat
et quieſcere facit quo ad tertium. Hoc auteꝫ
triplex bonum nature. nec tollitur nec dimi-
nuitur q̄tum ad eſſentiam per aliquod ma-
lum culpe: quod tali ratione oſtendo. Illud
enim bonum non tollitur nec diminuitur ꝑ
peccatū. quod nō opponitur peccato ⁊ ꝑ con-
quens in eo exiſtit peccatum. ſed bonum na-
ture non opponitur malo culpe: immo in ta-
li bono conſiſtit maluꝫ vt in ſubiecto vel cau
ſa. quod patet: quia peccatum non tollit vo-
luntatem. immo in voluntate conſiſtit pec-
catum. Igitur q̄tūuis triplex bonum predictū
nature per peccatum aliqualiter deformetur
Non tamen propter hoc tollitur nec cor-
rumpitur. ſeu diminuitur. Et ſic q̄tum ad
hoc dicit Auguſtinus. ꝙ fallit regula dyale-

ticorum:dum malum eſt in bono. Aliud eſt
bonum gratie:⁊ hoc bonum tollitur ⁊ cor-
rumpitur per peccatū: qđ tali ratione oſten-
do. Nam vnum oppoſitoꝝ naturaliter tol
lit ⁊ excludit reliquū ſic̄ tenebra excludit lucē
ſibi oppoſitam. Sed clarum eſt ꝙ peccatum
tanq̄ȝ tenebra ſpiritualis opponitur luci gra
tie:igitur per conſequens peccato aduenien-
te in anima tota gratia gratum faciens que
erat in ea corrumpitur. ¶Tertio deniqȝ di-
co ꝙ eſt bonū potentiale ſeu habilitatis ani-
me ad bonum ⁊ ad diuinam gratiam: ⁊ hoc
bonum per peccatum non omnino tollitur ⁊
corrumpitur:ſed bene notabiliter diminui-
tur:⁊ tanto plus quāto plura peccata perpe-
trantur:quod tali ſimilitudine oſtendo. Qua
re creatura rationalis ſe habet ad gratiam :
ſicut oculus ad lumen:ſed oculus in tenebris
exiſtens fit minus habilis ad videndum lu-
cem:ergo a ſimili quanto plus anima pecca
ta multiplicat:⁊ in peccato manet tāto fit mi
nus habilis ad percipiendum lumen diuine
gratie.lȝ autem talis habilitas anime ad di-
uinam gratiam per peccata quaſi in infinitū
diminuatur:nūq̄ȝ tamen tale bonum habili
tatis totaliter tollitur manente natura ani-
me:etiam ſi peccata in infinitum multiplicen
tur:ſicut verbi gratia. Si in infinitum inter-
ponantur corpora opaca vel obſcura inter ſo
lem ⁊ aerem:diminuitur in infinitum habi-
litas aeris ad ſuſceptionem luminis: nunq̄ȝ
tamen totaliter tollitur manente aere: ſimi-
liter in infinitum poteſt fieri additio in pec-
catis: per que ſemper magis ac magis mi-
nuitur habilitas anime ad ſuſceptionem di-
uine gratie. Nam peccata ſunt quedam ob-
ſtacula inter animam ⁊ deum. Sic enim di
citur Iſa.59. Peccata veſtra diuiſerunt in-
ter vos ⁊ deum veſtrum:propter taleȝ tamē
multiplicationem nunq̄ȝ totaliter tollitur ha
bilitas anime ad bonum lȝ diminuatur . Et
ratio eſt.quia non minuitur anima alicuius
partis.ablatione:ſed elongatione non ſꝫm id
quod eſt ſed ſꝫm illud.ſ.gratiam ad quod eſt:
hoc enim modo illi habilitati opponitur : et
ideo per hunc modum a culpa diminuitur .
Hoc ſententialiter Tho.in ſupradictis locis
Sed formalius Bonauentura. Ex qua etiā
diſtinctiõe patet: qualiter per diuinam cle-
mentiam nunq̄ȝ ſic corrumpitur anima per
peccatum quin ſemper habeat habilitatem
poſſibilitatem:atqȝ libertatem redeundi ad
deum:⁊ diuinam gratiā recipiendi. ¶Quar
to deniqȝ probo exemplis.ꝗ.ſ.poſt peccatum
per diuinam clementiam remanet in quoli-
bet peccatore etiam maximo habilitas bene
faciendi: ⁊ diuinam gratiam ſuſcipiendi .
¶Primum exemplum habemus de latro-
ne pendente ad dexteram ſaluatoris:qui ꝑ
ut tradunt hyſtorie:cum quaſi toto tempore
vite ſue perſeueraſſet in perpetratiõe quaſi
innumerabilium peccatorum.tamen vt ha-
betur Luc.23. Et diuinam gratiam ſuſcepit
⁊ ſaluatus eſt. Vnde cum dixiſſet. Memen
to mei domine dum veneris in regnum tuū
ſtatim audiuit a domino. Amen dico tibi:
quoniam hodie mecū eris in paradiſo. Cla
rum eſt igitur ꝙ hic latro ideo dignam gra-
tiam ſuſcepit:quia a malo ad bonum ſe con
uertit : ſed quomodo de malo ad bonum ſe
conuertiſſet niſi habilitatem ⁊ poſſibilitatem
⁊ ad bonum conuertendi habuiſſet. O pecca
tor:tu quoqȝ fac ſimile. Aliud exemplum ha
bemus de ſuperbiſſimo Nabuchodonoſor
Rege:qui cum deum diu per ſuperbiam of-
fendiſſȝ:eo ꝙ tanq̄ȝ deū ſe adorari iuſſiſſet:tū
ad deum tandem ſe conuertit: ⁊ a ſuperbia
ad humilitatem redijt:quod nequaq̄ȝ feciſſet
niſi poſſibilitatem ad hoc faciendum per di-
uinam clementiam habuiſſet.totum oppoſi-
tum fecit Pharao Rex egipti: quem cum
Moyſes ex precepto dei admoneret vt po-
puluȝ iſrahel dimitteret:⁊ ſic beneplacito di
uine voluntatis ⁊ gratie ſe ſubijceret: totum
contempſit:cum tamen libere facere potuiſ-
ſet. Ideo non immerito a deo extitit repro-
batus. Que ſimul duo exempla ponit Aug.
23.q.4.c. Nabuchodonoſor.di. Nabuchodo
noſor penitentiam meruit fructuoſam. Non
ne poſt innumeras impietates flagellat⁹ pe-
nituit ⁊ regnū qđ perdiderat rurſus accepit.
Pharao autem in ipſis flagellis durior eſt
effectus ⁊ perijt.hic mihi rationem reddat q
diuinum conſilium nimium alto ⁊ ſapienti
corde diiudicat: cur medicamentum vnius
medici confectum:alij ad ſalutem: alij ad in-
teritum valuerit:niſi quia Chriſti bon⁹ odor
alijs eſt odor vite in vitā:alijs eſt odor mor-

tis in mortem. Quantum ad naturam am
bo homines erant. quantum ad dignitatem
ambo reges: quantum ad culpā ambo popu
lum dei captiuum tenebant: quantum ad pe
nam: ambo flagallis clementer admoniti.
Quid ergo fecit fines eorum eſſe diuerſos:
niſi quia vnus manum dei ſupra ſe ſentiens
in recordatione proprie iniquitatis ingemuit
Alter vero libero contra dei miſericordiſſi-
mam bonitatem pugnauit arbitrio. hec ibi.
Ex preditis igitur auctoritatibus ratione di
ſtinctione atq₃ exemplis patet primus effe-
ctus diuine clementie quo clare cognoſcitur
ꝙ deus omnibus quantum in ſe eſt vult gra
tiam dare: qui dicitur effectus preſeruatiōis.

¶ De ſcđo effectu diuine clementie qui dici
tur effectus purificationis.

S Ecundus effectus diuine clementie
quo clare cognoſci poteſt ꝙ omnipo
tens deus vult omnibus gratia₃ im
pendere: dicitur effectus purificatiōis: videl₃
peccatoru₃. Quia enim parum prodeſſet aie
ſua libertas ⁊ habilitas ſe conuertendi ad
deum: niſi mundaretur a maculis peccatorū
Idcirco cognoſcens deus ꝙ anima per pec-
catum corrupta ⁊ maculata: non poteſt in-
troduci ad celeſtem gloriam niſi purgata pri
us fuerit ab omni ſorde peccatorum. dicente
Joan. Criſoſto. de conſecra. diſtinc. 4. c. Nō
poteſt. Non poteſt quis vite celeſtis gloria₃
accipere: niſi purgatus fuerit ab omni ſorde
peccati. Et cognoſcens inſuper deus ipſe ꝙ
anima q̄uis libera ſit: nulla tamen virtute
ſua poteſt a ſe expellere ſordes peccatorum.
Hinc eſt ꝙ nimia victus pietate: cum qua-
dam luce gratie increate effectiue: ⁊ etia₃ cū
quadam luce gratie create formaliter deus
ipſe tam miſericorditer q̄₃ pie expellit ab ipſa
anima omnes maculas peccatorum: eāq₃ in
tegraliter purificat. Que vtiq₃ gratia tante ē
virtutis ⁊ efficatie atq₃ potētie. ꝙ etiam ſiqs
tot annis ſtetiſſet in peccato quot fuerint āni
Matuſalē qui fuerunt. 969. vt habet Gen̄.
5. c. Et inſuper in annis ipſis tot peccata per
petraſſet quot ſunt ſtelle celi. Et vltra hoc cō
miſiſſet omne peccatum etiam in ſpiritū ſan
ctum quod teſte Saluatore eſt irremiſſibile.
Matth. 12. Tamen predicta gratia tante vir
tutis eſt: ꝙ ſimul ⁊ ſemel ingrediens animā
expellit ab ipſa in inſtanti maculas omniu₃
delictorum. Et ꝙ diuina clementia cum pre
dicta gratia animam purificet a maculis pec
catorum. Quintupliciter probo. Primo au
ctoritatibus. Scđo rationibus. Tertio di-
ſtinctionibus. Quarto ſimilitudinib⁹. Qui
to exemplis. ¶ Primo probo auctoritatibus
Nam Criſoſto. diffiniens gratiam ſm̄ effe-
ctum: prout ponit Bonauentura in. 2. diſtin.
26. in queſtionibus circa litteram ait. Gra-
tia eſt ſanitas mentis: purgatio criminis: et
delectatio cordis. Similiter gloſa ſuper epi-
ſtolas Pauli: vt ibidem ponit Bonauentu.
dicit. Gratia eſt perfecta iuſtificatio ⁊ remi-
ſio peccatorum. Apoſtolus etia₃ ad Roma.
3. ait. Omnes enim peccauerunt ⁊ egent gra
tia dei. Juſtificati igitur ſumus gratis ꝑ gra
tiam ipſius: ⁊ per redemptionem que eſt in
Chriſto ieſu. Et ad Ro. 5. dicit. Ubi abun-
dauit delictum ſuperabundauit ⁊ gratia: vt
ſicut regnauit peccatum in morte₃: ita ⁊ gra
tia regnet per iuſticiam ⁊ vitam eterna₃. Et
ad Ephe. 2. propter nimiam caritatem ſuam
qua dilexit nos deus cum eſſemus mortui
peccatis cōuiuificauit nos in xp̄o: cuius gra-
tia ſaluati eſtis ⁊ iuſtificati. Deniq₃ Hiero-
nymus de peniten. diſtinc. j. Ex his omni-
bus ait. Quia diuinitatis natura clemens ē
⁊ pia magiſq₃ ad indulgentiam q̄₃ ad vindi
ctam prona: que non vult morte₃ peccatoris
ſed vt magis cōuertatur ⁊ viuat. ſi quis poſt
lapſum peccatorum ad penitentiam ſe cōuer
terit cito a miſericorde iudice veniam impe-
trabit. Hec ille. Ex predictis igitur omnib⁹
patet intentum auctoritatibus. ¶ Secundo
hoc idem probo duplici ratione. ¶ Primo
ratione oppoſitiōis. Scđo ratōe obiectiōis
¶ Primo ergo ratiōe. oppoſitionis. Funda
mentum huius ratiōis ponit ph̄s. 10. metha.
di. Priuatio non remouetur ab aliquo ſub-
iecto niſi per habitus poſitione₃. patet hec re
gula. Nam tenebra que nihil eſt aliud niſi q̄
dam priuatio lucis: vt dicit. 2. de anima. Nō
expellitur ab aere niſi per aduentum ſeu ha-
bitū (vt ſic dicā) ⁊ poſitionē ipſius lucis: que
aduenięs fugat tenebras ab aere tāq̄₃ q̄dā
contrariū. Nam habitus ⁊ priuatio (vt dicit
idem ph̄s. 10. metha.) ſunt radix ꝯtrariorum
Item priuatio caſtitatis expellitur per aduē
tum ⁊ habitum ipſius caſtitatis. Quo pre-

ſuppoſito:certum eſt ſm Auguſtinū in libro
de nā boni.ꝙ peccatuꝫ nō eſt aliq̄ ſubſtantia
ſed ſimpliciter nihil eſt niſi quedam priuatio
boni:ꝙ ſi ſic eſt: neceſſe eſt ꝙ expellatur per
habitum ſibi contrarium. Sed talis habi-
tus ſm Theologos eſt gratia: ergo gratia
tam creata q̄ȝ increata:eſt anime purificati-
ua:ꝛ expulſiua omnium peccatorum. Et con
firmatur iſta ratio ſic. Clarum eſt enim ꝙ
nullum peccatum dimittitur alicui ſine ca-
ritate:quoniam omnia peccata operit cari-
tas.vt dicitur Prouerbio.io.Et prima Pe.
4.Sed manifeſtum eſt ſm ſententiā Theo
logoruꝫ:ꝙ caritas ſine gratia dei haberi nō
poteſt: immo aliqui tenent quod ad preſens
non teneo(ꝙ caritas ꝛ gratia dei ſunt idem
per eſſentiam:ſed ſolum differunt relatione
ſicut lumen ꝛ radius.) ꝙ ſi ſic eſt ꝙ caritas
non ſit ſine gratia quia ſic eſt. cōcluditur vt
prius ꝙ gratia ſimul cum caritate eſt anime
iuſtificatiua.¶Sc̄do hoc idem probo ratio-
ne obiectionis. Fundamentum rationis po
nit phus.2.de anima dicens. Inter potenti-
am ꝛ obiectum neceſſario requiritur propor
tio.patet hec regula.Nam ſi medicina debꝫ
expellere infirmitatem ab egroto: requiritur
neceſſario ꝙ ſit tante fortitudinis ꝛ maioris
quāte malitie ꝛ grauitatis eſt ipſa infirmi-
tas.ꝙ ſi medicina eēt minoris potentie nūq̄ȝ
ſanaret egrotum.Quo preſuppoſito: certum
eſt ꝙ culpa qua deus offenditur eſt infinita:
non ſubiectiue:cum a ſubiecto finito:nō egre
diatur actus infinitus:ſed ſimpliciter obiecti
ue:eo ꝙ culpa cōmiſſa ſit contra deum qui
eſt infinitum bonum.Sed clarum eſt ꝙ bo-
nitas liberi arbitrij eſt ſimpliciter virtutis fi
nite:ꝛ per conſequens non ſufficit per ſe ad
expellendum infinitam maliciam ipſius pec
cati:quod deus videns miſericorditer infun
dit in ipſam animā gratiam ſuam: que cum
ſit infinite virtutis ꝛ bonitatis:faciliter pur-
gat animā ab infinita malicia omnium pec-
catorum.¶Tertio idem probo diſtinctioni-
bus:ꝙ diuina clementia cum gratia ſua crea
ta ꝛ increata tanq̄ȝ prorſus neceſſaria expel-
lit ab anima omnem maculam peccatorum
Et prima diſtinctio eſt Ricar.in.4.diſtinc.
17.articu.4.q̄ōne.2.in corpore q̄ōnis. dicēſ.
Cum queritur an ad iuſtificationem impij
vltra bonam habilitatem liberi arbitrij re-
quiratur gratie infuſio. Reſpondeo ꝙ ſic:
vnde ſicut quando ex vno elemento fit aliud
concurrunt quattuor.ſcilicet vnius forme co
ruptio: ꝛ alterius generatio: ꝛ diſpoſitio ad
corruptionem illius forme:ꝛ diſpoſitio ad ge
nerationem alterius. Sic cum de impio fit
iuſtus:neceſſario requiruntur quattuor: ſcilꝫ
impietatis deſtructio:que eſt culpe remiſſio:
ꝛ gratie infuſio:ꝛ diſpoſitio ad deſtructioneꝫ
impietatis:que eſt culpe deteſtatio. Et diſpo
ſitio ad ſuſceptionem gratie: que eſt libe.ar.
ad deum conuerſio. Et ſic patet ꝙ gratie in
fuſio neceſſario requiritur ad impij iuſtifica-
tionem.h Ricardus ad litteraꝫ.¶Aliam di
ſtinctionem ponit Thomas p̄ma ſc̄de.q̄ōne
109.articu.7.dicens.Cum queritur an ad iu
ſtificationem impij diuina gratia neceſſario
requiratur.Reſpondeo ꝙ ſic.Nam per pec
catū homo tria mala icurrit. Primo āmit
tit decorem:quia per id anima maculatur.
Sc̄do āmittit ordinem eo ꝙ per peccatum
mortale anima a deo ſeparatur. Tertio in-
currit pene horrorem:quia per peccatum aīa
cruciatur.hec auteꝫ tria reparari nō poſſunt
niſi per auxilium diuine gratie in anima in
fuſe:quod ſic patet.¶Primo enim decor et
nitor mentis non reparatur niſi per lumen
diuine gratie.¶Sc̄do ordo mentis ad deuꝫ
obliquatus non rectificatur niſi per gratiam
dei trahentem mentem ꝛ ordinantē.¶Ter-
tio horror pene eterne non poteſt remitti niſi
a deo: qui ſui gratia poteſt peccatum con-
tra ſe cōmiſſum:ꝛ penam peccati remittere.
h Thomas ſn̄atur. Aliam deniqꝫ egregi-
am ꝛ auream diſtinctionem ponit ſeraphic9
dominus Bonauentura in.2.diſtinc.28.arti.
j.q.j.in corpore q̄ōnis dicens. Cum queri-
tur an gratia gratum faciens requiratur ad
expulſioneꝫ culpe.Reſpondeo ꝙ ſic. Sed in
huius queſtionis determinatione aliter ſen-
ſerunt philoſophi:aliter heretici: ꝛ aliter reci
tatores catholici. Philoſophi enim ignoran
tes qualiter peccato offendatur diuina ma-
ieſtas:ꝛ qualiter per ipſum adimitur habili-
tas potentiarum:dixerunt ꝙ homo per exer
citationē poteſt fieri iuſtus ſicut ꝑ inordina-
tionem a recta ratione factus fuerat iniuſtus
Vnde phus dicit. Prauus ad meliores

exercitationes deductus a natura: aut multũ proficiet: aut perfecte in contrarium habitũ reſtituet. Heretici vero aliq̃d lumẽ fidei habentes cognouerunt ꝙ per peccatum offenditur maieſtas diuina ⁊ quodãmodo dãnificatur. Excecati tamen non conſiderauerunt qualiter ex culpa natura infirmatur. Et ideo dixerunt ꝙ ad hoc ꝙ liberum arbitriũ a culpa reſurgat: nõ eſt ſibi neceſſaria aliqua gratia curans: ſed ſufficit ſola gratuita dei miſericordia: qua inclinatur ad remittenduꝫ peccata noſtra propter ſatiſfactionem quã xp̃s ſibi facere voluit dum ſe in cruce pro nobis obtulit. Sed hec poſitio non tm̃ a veritate deficit: ſed etiam dum contraria implicat ſeipſam deſtruit. Dicit enim ꝙ ad hoc ꝙ lib. ar. a culpa reſurgat: neceſſe eſt ꝙ deus remittat ſibi culpam: ⁊ tamen non eſt neceſſe ꝙ aliqd ſibi tribuat: vel circa ipſum faciat. Si enim deus non mutatur: ⁊ ipſe in tm̃ iuſtus iudex eſt: vt nihil acceptet niſi tantum quantum valet. Ad hoc ꝙ culpa remittat ⁊ peccator deo reconcilietur: neceſſe eſt ꝙ aliquid ipſi peccatori tribuatur: per quod morbus peccati ſanetur catholicoꝝ. Catholici vero tractatores et luce fidei ⁊ auctoritate ſcripture cognouerũt: ꝙ peccatum eſt ⁊ dei offenſiuum ⁊ quodam modo dãnificatiuũ dum homo ſe transfert a ſeruitio dei ad ſeruitium diaboli: eſt etiam imaginis deformatiuum. Et ideo dixerunt ad hoc ꝙ liberum arbitrium reſurgat a culpa: neceſſaria eſt gratia dei: non ſolum ſꝫ ꝙ gratia dicitur gratuita voluntas dei. nec etiã ſm quod dicitur liberalis paſſio xp̃i: ſed etiã ſm ꝙ dicitur habitus animi. Gratuita enī voluntas dei ad hoc concurrit: vt fiat offenſe remiſſio. volũtarie enim nobis condonat offenſam. Liberalis autem paſſio chriſti ad hoc concurrit: vt fiat dãni ſatiſfactio. habitus autem gratie infuſus ad hoc concurrit vt fiat morbi curatio: ⁊ imaginis deformate reformatio. Et ideo ad hoc ꝙ homo purget a culpa: multum per omnem modum neceſſaria eſt ſibi gratia dei infuſa. Hic Bonauentura ad litteram. Ex predictis igitur diſtinctionibus patet qualiter deus per ſuam clementiam cum gratijs tam creata q̃ȝ increata: expellit ab anima maculas omnium peccatorum. ¶ Quarto h̃ idem probo vnica ſimilitudine. Clarum eſt enim ꝙ lumen corporis non poteſt naturaliter recuperari vel haberi a ceco per virtutem totius nature: dicente pho. in poſt predicamentiſ. Ab habitu i priuationem fit mutatio. A priuatione vero in habitum impoſſibilis eſt regreſſus per naturam. hec ille. Q̃ñ ſi talis cecus debet illuminari: requiritur ad hoc virtus ſupranaturalis. Manifeſtum eſt autem ꝙ per peccatũ anima ſpiritualiter fit ceca dum priuatur lumine ⁊ cognitione veritatis: dicente Augu. in lib. de natura ⁊ gratia. Preuaricatoreꝫ diuine legis: lux deſerit veritatis: qua deſertus vtiqȝ fit cecus. hec ille. Et ſapientie ſcd̃o. Salomon ait. Excecauit eos malicia eoꝝ. Et Sophonie. j. dicitur. Ambulabunt vt ceci quia domino peccauerunt. Sed talis cecitas anime que fit per peccatuꝫ maior eſt ⁊ peior omni cecitate corporali: igitur ad illuminandum animam requiritur a fortiori virtus ſupernaturalis diuine gratie infuſe. Hoc etiaꝫ patet per ſimilitudinem mortis. Sicut enim aliquis poteſt naturaliter ab habitu in priuationem incidere: vtputa: de vita ad mortem non tamen econtrario: niſi per virtutem ſupnaturalem. Sic quilibet poteſt a gratia cadẽ in peccatũ per quod anima ſpiritualiter moritur: dicente. Eze. 28. c. Anima que peccauerit ipſa morietur. Non autem a ſtatu culpe ad vitam gratie naturaliter ⁊ per ſe poteſt redire: ſed neceſſario requiritur ſupernaturaliter a diuina gratia excitari. Ex qua ſimilitudine patet idem quod ſupra. ¶ Quinto deniqȝ h̃ idem probo vnico exemplo: videlꝫ peccatricis Magdalene: de qua vt dr̃ Matth. vltimo. Dominus eiecit ſeptem demonia. i. ſeptem peccata mortalia. Vnde Grego. in Omel. ſuper Luc. dicit. Quod per ſepteꝫ demonia niſi vniuerſa peccata deſignãtur. Septem igitur demonia Magdalena habuit: quia vniuerſis vitijs plena fuit. hec ille. Sed omnia peccata ſaluator ab eius anima tunc expulit: quãdo exiſtens in domo Symonis leproſi. vt habetur Luc. 7. Et videns eius lachrymas: de illa dixit. Remittũtur ei peccata multa. ſ. per gratiam: qm̃ dilexit multum. ¶ Ex predictis igitur auctoritatibus rationibus: diſtinctionibus: ſimile: ⁊ exemplo. patet etiam effectꝰ ſecundus diuine clementie quo clare cognoſcitur ꝙ deus vult om̃es ſaluare dum per gratiam ſuam animam purificat a cunctis maculis peccatorum qui dicitur effectus purificationis. Quã anime purificantẽ

⁊ peccatorum remiſſionem nobis concedat
dominus Jeſus in preſenti per gratiam ⁊
in futuro per gloriam qui eſt benedictus
in ſecula ſeculorum.

¶ Feria.vj.poſt dominicam ſeptuageſime.
Jterum de qualitate fidei.ſermo ſextus.

Ides tua te
ſaluam fecit.Luc.7.Decla
ratis duobus effectibus di
uine clementie. Nūc enim
in ſupradicto precedenti ſer
mone tertiū declaraui ne
ſermo prolixior eſſet. Habeo in preſenti
ſermone duos alios effectus eiuſdem clemē
tie ſimpliciter declarare. Nec mireris ſi ſm̄
aliorum morem trinario articulo aliquando
non vtar in ſermonibꝰ meis:qm̄ magna re-
rum ſubſtantia atq̃ efficax ꝓbatio veritatū
me ſic interdum facere cogunt. Poteris tn̄
tu tali modo vti.vel iuxta conſuetudinem vſi
tatam tres particulas ſeu tres articulos pro
quolibet ſermone fiendo:duas tamē ſeu du-
os tn̄ declarando: duos igitur in hodierno
ſermone:ſicut ⁊ in heſterno diuine clemētie
effectus ſimpliciter declarabo:quorum p̄mꝰ
imo tertius in ordine talis erit.

¶ De duobus alijs effectibus diuine cle-
mentie ſeu de tertio qui dicitur effectus in-
ductonis.

Ertius igitur effectꝰ diuine clemen-
tie in ordine declarandus quo clare
cognoſci poteſt ꝙ omnipotens ⁊ glo
rioſus deus vult omnibus quantum in ſe ē:
⁊ ſuam gratiam ⁊ eternam gloriam imparti
ri dicitur effectus inductionis: videlʒ ad bo-
nam operattionem. Non enim ad ſalutem
requiritur tm̄ ⁊ precipue in adulto peccatorū
deletio:ſed inſuper requiritur bona operatio
⁊ virtuoſa volitio. Duplex tamen operatio ē
cuilibet hōi ſeu iuſto ſeu peccatori neceſſaria
ad ſalutem.prout expreſſe ponit Ricar. i ſuo
quolibeto.videlicet oꝑatio elicita ⁊ intra ma
nens:atq̃ operatio imparata ⁊ extra exiens
De qua duplici operatione formaliter loq-
tur phus.9.methaphiſy.dicens. Duplex in-
quit eſt actio:quedam manēs in agente que
eſt perfectio operantis: ⁊ quedam tranſiens
ſcilicet in exteriorem materiam que eſt per-
fectio operati:quandam duplicis actionis ⁊
operationis diſtinctionem poſſumus tripli-
citer declarare. Primo per exemplum ar-
tis. Scđo per exemplum nature. Tertio
per exemplum ipſius dei. ¶ Primo per exē
plum artis. Videmus enim ꝙ duplex ē ac-
tio artis. Vna eſt conſiderare de artificio.
Alia eſt producere illud artificium ab extra.
Jpſa enim cōſideratio dicitur actio manēs
in agente. ſcilicet in intellectu ⁊ voluntate.
Et ideo nō eſt in re extra.ſed ſimpliciter ma
net in intellectu artificis conſiderantis. Jpſa
autem edificatio que eſt in edificato ⁊ tranſit
in exteriorē materiam dicitur actio ſeu ope
ratio extra tranſiens.he autem actiones ſic
ſe habent:ꝙ vna dependet ex alia. Vnde ac
tio tranſiens:preſupponit actionē nō trāſeū
tem:⁊ ſine iſta eſſe non poteſt. ¶ Scđo hec
diſtinctio duplicis actionis ⁊ operatiōis de-
claratur per exemplum ipſius nature. Bene
verum eſt ꝙ ſi hanc diſtinctionem volumus
adaptare ad naturam:oportet nos extende-
re non actionis. Nam ſi vellemus actionem
proprie ſummere:nullum agens naturale:ſi
ue nullum corpus habet actionem imanen-
tem ſeu non tranſeuntem: quia non habet
actionem ad ſe conuerſiuā:vt probat Pro-
culus phus in lib.ſuo de cauſis. Sed ſi volu
mus accipere actionem large pro ipſa perfe-
ctione ⁊ actu:ſic concedi poteſt ꝙ etiaʒ inſen
ſibilia:⁊ agentia naturalia:habent actionem
imanentem:quia ignis ⁊ calet ⁊ calefacit. Et
ab eadem forma caloris competit ſibi calere
⁊ calefacere:⁊ tunc calefacere eſt actio tranſi-
ens in exteriorem materiam vt in rem cale-
actibus vite ſue. Sic ⁊ medicus diuerſis infirmitatibꝰ ordinat diuerſas medicinas. Et ſic etiam videmus per experientiam: ꝙ auarus cuius finis eſt diuitiaruꝫ copia: eo modo viuit. ſ. in varijs artibꝰ: mercantijs: ⁊ contractibus feneraticijs: quo poſſit melius finem illum conſequi. ſ. diuitias congregare. Carnalis inſuper cuius finis eſt voluptas carnis: ⁊ delectatio: etiaꝫ eo modo viuit ⁊ ordinat oēs actus ſuos: atqꝫ vitam: quo magis experiri poſſit finem delectationis ſue. Superbꝰ aūt qui in honore: vanis dignitatibus ⁊ excellentijs finem ſuum eſſe extimat: ſtudet ad ea ſectanda: per que faciliter poſſit conſequi finem quem intendit: hoc idem facit guloſus: cuius finis eſt in gule delectatiōe: qm̄ eo mō viuit querendo. ſ. exquiſitas delectationes: atqꝫ pinguiores cibos: qui reperiātur ad macellum: vt ſic delectationem ſuam conſequat᷑ de quibus Apoſtolus ait. Quorum deꝰ venter eſt. Que ſimul omnia moralis Grego. confirmās in omelia plurimorum martyrū ſic dicit. Omnia nāqꝫ que ad vſum vite accepimus: ad vſum conuertimus culpe. Sed cuncta que ad vſum prauitatis inflexīmꝰ: ad vſum nobis reuertuntur vltionis. Tranquilitatem quippe humane pacis: ad vſum vertimus vane ſecuritatis. peregrinationem terre pro habitatione dilexīmus patrie ſalutem corporum: redigemus in vſum vitiorū: vbertatis abundantiam non ad neceſſitatem carnis: ſed ad peruerſitatem intorſimus voluptatis. Ipſa ſerena blādimēta aeris: ad amorem nobis ſeruire coegimus terrene delectatiōis. Iure igitur reſtat: vt ſimul nos omnia feriant: que ſimul omnia vitijs noſtris male ſubiecta ſeruiebant: vt quot prius in mundo incolumes habuimꝰ gaudia: tot de ipſo poſtmodum cogamur ſentire tormenta. hec ille. Ne igitur aliquis erret in operibus ſuis: dū errat in fine: non proprio: neceſſe eſt ꝙ finem ſimpliciter ſupernaturalem de rebus futuris ⁊ non viſis precognoſcat: vt omnes eius actus ⁊ operationes ad illum finem dirigat: q̄ finis ſupernaturalis: cum aliter cognoſci nō poſſit: niſi per ſimplicem ⁊ ſolum habitum fidei: ergo per conſequens cōcluditur: ꝙ fides cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutē. Quod vtiqꝫ Auguſtinus confirmans lib. 16. de ciuita. dei dicit. Quid agat ſeu quo tendat vt ad beatitudineꝫ humana perueniat infelicitas: neſcit ſi diuina non ducit auctoritas. hec ibi. ¶ Tertio probo fidem eſſe neceſſariam ad ſalutem ratione purificationis. vꝫ. peccatorum. Fundamentum rationis ponitur de conſecra. di. 4. c. Non poteſt quis vite celeſtis gloriam accipere: niſi purgatus fuerit ab omni ſorde peccati. hec ibi. Quod etiaꝫ confirmās Sal. ait Matth. 5. c. Beati mundo corde: qm̄ ipſi deum videbunt. Quo preſuppoſito vꝫ. ꝙ nulla anima poterit vnq̄ꝫ deum videre: in cuius viſione: hominis beatitudo ſimpliciter conſiſtit: niſi ſit mundiſſima ⁊ purgatiſſima ab oī labe peccati. certuꝫ eſt ꝙ quiſqꝫ pretermiſſis Chriſto ⁊ virgine glorioſa poſt inobedientiā primi parentis incidit in maculam ⁊ culpaꝫ originalis peccati. dicente Auguſtino lib. de fide ad Petrum. Et ponitur de conſec. diſt. 4. c. firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubites oēm hominem: qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur: cū originali peccato naſci: pietati ſubditum: mortiqꝫ ſubiectū: ⁊ ob hoc naturaliter naſci ire filium. de quo Apoſtolus dicit. Eramus natura filij ire ſicut ⁊ ceteri homines. hec ille. Quod confirmās Greg. ſuper Exo. ⁊ ponitur a magiſtro ſententiarū in. 3. diſtin. 30. c. Sed quod. dicit. Omnes in peccatis nati ſumus: ⁊ ex carne delectatiōis concepti omnes culpam originaleꝫ nobis cōtraximus: vnde ⁊ voluntate noſtra peccatis implicamur. hec ille. Quod ſi vt patet omēs maculam originalis culpe contrahunt: cum qua impoſſibile eſt videre deum niſi purgētur. clarum eſt ꝙ cum nihil ſeipſum expellat ⁊ corrumpat: neceſſario propter hoc requiritur aliqua virtus: qua mediante macula tā peccati originalis q̄ꝫ etiā actualis ab anima purgatur. Sed manifeſtum eſt: ꝙ nulla macula peccati mortaliſ expelli poteſt ab anima niſi mediante habitu ſanctiſſime fidei. dicēte Auguſtino de conſecra. diſtinc. c. firmiſſime tene. Omnes inquit naſcimur filij ire. i. peccati: a qua ira non vnq̄ꝫ liberatur niſi per veram fidem mediatoris dei ⁊ hominuꝫ hoīs Ieſu Chriſti. hec ille. Quod confirmās Salomon prouer. 15. ait. Per miſericordiam et fidemꝰ purgantur peccata. Et ad Roma. 5. Apoſtolus ait. Iuſtificati igitur ex fide paceꝫ habeamus ad deum: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: per quem ⁊ acceſſuꝫ habemus per fidem ⁊ gratiaꝫ iſtam in qua ſtamus: ⁊ gloriam in ſpe glorie filiorum dei. hec

ibi. Et Actuum .15. dicitur. Fide purificans
corda eorum. Et Apoſtolus. In omnibus
ſumẽtes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia
tela nequiſſimi ignea .ſ. peccata extinguere.
Quod ſi vt claruit videri non poſſit deus
niſi anima ſit purgatiſſima ab omĩ labe pec
cati: ⁊ talis purgatio fieri non poteſt niſi me
diante fide. cõcluditur neceſſario: ꝙ fides xp̃i
poſt peccatum primi parentis ſemper fuit eſt
⁊ erit cuilibet neceſſaria ad ſalutem. Quod
totum confirmans Hugo in ſuis ſententijs
prout recitat Alexã. de ales in .3. parte ſum-
me: in tractatu de fide. dicẽs. Infirmitas et
egritudo humane fragilitatis reſpectu origi-
nalis peccati: non poteſt ad deum dirigi niſi
per fidem. Erant inquit tria quedam .ſ. cor-
pus: ſpiritus: ⁊ deus. ⁊ corpus quidem mun-
dum erat. Anima ſpiritus: ⁊ ipſa anima in
medio quodam erat habens ex ſe mundum
intra ſe debet ⁊ acceperat oculum quo extra
ſe mundum: ⁊ ea que ĩ mundo erant videret
⁊ h̃ erat oculus carnis. Alium oculum acce-
perat quo ſeipſaʒ ⁊ ea que in ſeipſa erant vi
deret: ⁊ h̃ erat oculus rationis. alium rurſuʒ
oculum acceperat quo intra ſe deum videret
⁊ ea que in deo erant: ⁊ hic eſt oculus quidẽ
contemplationis extinctus eſt vt nihil vide-
ret: oculus vero rationis lippus effectus eſt
vt dubie videret ſolus. Oculus carnis in ſua
claritate ꝑmanſit. homo ergo qui habet ocu
lum carnis: mundum videre poteſt et ea
que in mundo ſunt. Item quia oculum ra-
tionis ex parte habet amiſſum. Similiter ex
parte ea que in animo ſunt videre poteſt: qꝛ
vero oculum contemplatiõis non habet: deũ
neqꝫ ea que in deo ſunt videre poteſt: ⁊ pre-
cipue cum impediatur per maculam tam ac
tualis q̃ꝫ originalis culpe: propter quod ne-
ceſſe ẽ: ꝙ ſi ſol iuſtitie videri debet: habitus fi
dei purget ab anima omnem peccati macu-
lam: ſicut qua fide nec anima purgari poteſt
a culpa: nec inſuper maieſtatem dei ĩtueri. h̃
Hugo. ¶ Quarto deniqꝫ probo fidem xp̃i
cuilibet fore neceſſariam ad ſalutem ratione
acquiſitionis. videlꝫ. honoris ſeu premij vite
eterne. Fundamentum rationis ponit ph̃s
4. ethicoꝝ. dicens. Honor eſt ſimpliciter p̃-
mium virtutis: ⁊ attribuitur bonis. Quo
preſuppoſito: ꝙ merces mundani honoris
nulli digne impenditur: niſi ei qui in ſe ha-
buerit virtutis meritum. certum eſt: ꝙ a ſi-
mili: imo a fortiori honor vite eterne qui in
infinitum omnem ſimul mundanum hono-
rem excedit: nulli daꝝ vnq̃ꝫ a iuſtiſſimo deo
niſi prius in ſe virtutem ad hoc meritoriam
habuerit. Sed manifeſtũ eſt: ꝙ lꝫ ſm̃ Bern.
iuxta menſuram amoris ⁊ caritatis in hac
vita detur a deo in vita futura menſura ceci
tatis honoris: tamen clariſſimum eſt: ꝙ fidei
habitus non dico tempore: ſed natura ⁊ ra-
tione habitum caritatis precedit: imo fides
comparatur ad caritatem: ſicut diſpoſitio p̃-
cedens vltimam formam. ⁊ ideo ſicut ſubie-
ctum materie nõ poteſt aliquid agere in vir
tute forme niſi ſit diſpoſitio formam prece-
dens. Sic a ſimili nec caritas poteſt vnq̃ꝫ
mereri honorem ſuperne patrie: niſi prece-
dat diſpoſitio fidei ſanctiſſime. ꝙ ſi ſic eſt: cõ
cludo per conſequens: ꝙ fides cuilibet eſt ne
ceſſaria ad ſalutem: pro eo ꝙ ſicut nec natu-
ra tanq̃ꝫ materia: nec fides tanq̃ꝫ diſpoſitio
poſſunt producere actum meritorium eterne
vite ſine caritate: ſic nec ipſa caritas poteſt
vnq̃ꝫ producere actum meritorium ſine fide
quia remota fide tanq̃ꝫ quedam preambu-
la diſpoſitione: remoueretur etiam ⁊ forma
caritatis: ſic ⁊ per conſequens meritum eter
ne vite. Et ꝙ fides ſit cauſa meriti eterne
vite: ⁊ per conſequens ſit neceſſaria cuilibet
ad ſalutem. probat Tho. ſcd̃a ſcd̃e .q. 2. arti.
9. in corpore q̃onis. dicẽs. Actus humani ſũt
meritoꝝ inquantum procedunt a libero ar-
bitrio moto a deo per gratiam. vnde omnis
actus humanus: qui ſubijcitur libe. arbitri.
ſi ſit relatus in deum poteſt eſſe meritorium.
ipſum autem credere ⁊ fidem habere eſt ac-
tus intellectus aſſentientis veritati diuine ex
imperio voluntatis a deo mote per gratiam
⁊ ſic ſubiacet libe. arbi. in ordine ad deum:
propter quod actus fidei ſumme meritorius
inuenitur. hec ibi ad litteram. Adde etiam
ꝙ tanto magis fides meretur maiorem ho-
norem in celeſti patria: quanto intellectus
humanus captiuatur ſupra omnem ſuaꝫ na
turam ad credendum ſibi prorſus incogni-
ta: cum ſm̃ ph̃m. 3. de anima. Voluntas ſm̃
naturam nunq̃ꝫ fertur: niſi in ſibi naturali-
ter cognitum: ſed in hoc voluntas imperat
intellectui: vnde quando intellectus dicit de
corpore reſuſcitando: cum ph̃o in poſt predi-
camentis. A priuatione ad habitum impoſ-
ſibilis eſt regreſſus per naturam: tunc volun

tas respondet intellectui.di. Et ſi per naturam non intelligis corpus reſuſcitatum:nolo tamen amore dei:q ſuper naturam per fidem hoc credas:quod vtiqȝ credere cum ſit ſupernaturale eſt precipue meritorium bonoris celeſtis patrie: que omnia confirmans Auguſtinus ſuper Joan. dicit. Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet ſpecies fructus ⁊ pulchritudinis: ⁊ tamen quicquid eſt in arbore decoris fructus ⁊ pulchritudinis ex illo procedit. Sic ex fidei humilitate: quicquid virtutis: quicquid meriti: quicqd vel beatitudinis anima ſuſceptura ē ex fidei fundamēto procedit.hec ille. Et q honor ſeu poſſeſſio eterne hereditatis per virtutem fidei acquiratur:⁊ per conſequens fides ſit neceſſaria ad ſalutē.etiam ſic patet. Nam certum eſt q legitimi filij ſunt naturaliter poſſeſſores paterne hereditatis. Sed manifeſtum eſt:q homo per fidem fit legitimus dei filius.dicēte Apoſtolo ad gal.3.Omnes vos filij dei eſtis per fidem Chriſti Jeſu. Et Jo. pmo dicitur.Dedit eis poteſtatem filios dei fieri:his qui credunt in nomine eius. Et.1. Joan.dicitur. Omnis qui credit:qm̄ Jeſus eſt Chriſtus ex deo natus eſt. Et Joan.12.dicitur. Dum lucem habetis.ſ.fidei: credite in luce.ſ.Chriſtum:vt filij lucis ſitis. Et.1.Joā. 3.dicitur. Videte qualem caritatē dedit nobis deus:vt filij dei nominemur ⁊ ſimus.ſ. per fidem ſm glo. Si igitur vt patet quiſqȝ per virtutem fidei fit filius dei.ergo per conſequens per fidē fit quiſqȝ heres eterne glorie.dicente Apoſtolo ad Roma.8. Nō enī accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.Sȝ accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū dei:in quo cla[illegible]mus abba.pater. Ipſe enī ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro q ſumus filij dei.ſ.per fidem. Si autem filij ⁊ heredes:heredes quidem dei:coheredes āt Chriſti.h ibi. Et Jac.2.dicitur. Nōne deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide ⁊ heredes regni. Ex predictis igitur quatuor rationibus clariſſime patet qualiter fides ſanctiſſima cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem.¶ Tertio h idem probo vnica diſtinctione Ricar. in prologo pmi ſen.di. Cum queritur an celeſtia ⁊ diuina myſteria ſine virtute fidei phie ſtudio fiant nobis cognita ⁊ manifeſta. Reſpondeo q non.triplici rōne vel reſpectu. Primo propter eorum ſublimitatē. Scdo propter noſtre carnis corruptibilitatē. Tertio ꝓpter voluntatis peruerſitatem. ¶ Primo dico q diuina myſteria non poſſunt a nobis aliter qȝ per fidem cognoſci.propter eorum ſubtilitatem. Nam ſicut motus:⁊ tempus: ⁊ prima materia ſunt nobis abſcondita:eo q ex parte ſua ſunt parum cognoſcibilia:propter ſuam in eſſendo debilitatem. Sic econuerſo. Myſteria diuina:que ex parte ſua maxime ſunt cognoſcibilia: tamen nobis ſunt abſcondita: propter ſuam in eſſendo ſublimitatem. Vnde Auic. vj.naturalium.c.5.dicit. Res ſublimiſſimas non poteſt intellectus apprehendere: quia excedunt eum. Que vero ſunt debilis eſſe: vt motus:tempus.⁊ prima materia: difficile eſt intelligere:eo q ſūt debilis eſſe. Hinc bene dicitur Eccleſi.43. Multa ſunt abſcondita maiora his.i.multa vera de deo:maiora his ſupple que cognoſcimus in his inferioribus. Hinc phs.xi.de animalibus. dicit. Opinio noſtra ⁊ ſermo in ſubſtantiis diuina vna eſt ⁊ pauca:vna propter paucitatem eorum:que cognoſcimus de ea:pauca propter cognitionis debilitatem. Confirmat h Lactantius ī 4.diui.inſtitu.aduerſus gentes loquens de phis. Sed neqȝ inquit adepti ſunt quod volebant:⁊ operam ſimul atqȝ induſtriam pdiderunt: quia veritas.i. archanum ſummi dei qui fecit omnia:ingenio ac proprijs ſenſibus non poteſt comprehēdi: alioquin nihil inter deum hominemqȝ diſtaret: ſi conſilia atqȝ diſpoſitiōes illius maieſtatis eterne cogitatio aſſequeret humana.hec ille.¶ Scdo diuina myſteria ſunt nobis abſcondita: propter noſtri cordis corruptibilitatem. Quia enim noſtrum intelligere in hac vita ſm cōmunem legem dependet a miniſterio viriū ſenſitiuarū:que organis corporalibus ſunt alligata:ita vt ſm q dicit phus.3.de anima. Intelligere ⁊ conſiderare corrumpuntur aliquo quodam corrupto interius: in organo.ſ. memorie vel imaginatiue. Et iterum: quia potentia intellectiua eſt noſtri corporis forma:⁊ forma impeditur in actu ſuo: non tm̄ propter indiſpoſitionem materie in quā agit ſed etiam propter indiſpoſitionem materie quā perficit. Ideo hac duplici cauſa corpꝰ qd corrumpitur aggrauat animam. Sapien.9. vt minus poſſit intelligere diuina. Vnde ſapientia diuina:vt dicitur Job.28.abſcondita

eſt ab oculis omnium viuentiū.ſ.in corpore corruptibili:qꝛ ſic̃ dicit Grego.in.8.moraliū q̃diu hic mortaliter viuimus:videri ꝑ quaſdam imagines deus poteſt: ſed per ipſaꝫ nature ſue ſpēꝫ nō pōt ſupple: niſi ex priuilegio ſpeciali. hoc ideo dico:quia Auguſtinus in antepenultima q̄ōne ad Oroſium loquens de raptu Pauli.di.Ad hec ꝑfecto peruenerat Paulus:vt deum ſic in iſta vita videret;ſicut ſancti poſt hanc vitam videbūt.hec Ric.

¶Tertio diuina myſteria multis ſunt abſcōdita propter ſue voluntatis peruerſitatem. Nā enim per peccatum anima elongatur a p̄re luminum:propterea minus intellectus illuminatur:⁊ ex conſequenti in diuinoruꝫ cognitiōe impeditur. De hoc poteſt exponi qđ dicitur deuterono.32.in perſona domini. Abſcondam faciem meam ab eis. Et ſubdit Generatio enim peruerſa eſt.i.propter hāc peruerſitatem abſcondita ſunt ab eis multa de deo.h Ricar.ad litteram. Ex qua etiam diſtinctione patet:ꝙ triplici predicto reſpectu diuina myſteria non aliter a nobis q̃ꝫ per fidem cognoſci poſſunt.

¶Quarto etiam probo fidem cuilibet fore neceſſariam ad ſaluteꝫ etiam vnica ſimilitudine. Boetius in lib.de diſciplina ſcolarium.dicit. Impoſſibile eſt aliquem diſcipulum vtilem doctrinam accipe: niſi prius magiſtro exhibuerit fidem. hec ille qđ ſi ſic ē:ergo a ſimili:nec quiſq̃ꝫ homo erit vnq̃ꝫ diſcipulus eterne glorie:niſi prius exhibuerit fidem ipſi deo:⁊ regi eterne glorie.

¶Quinto deniqꝫ probo exemplis fidē cuilibet eſſe neceſſariam ad ſalutem. Et primo exemplo primi parentis atqꝫ Angelorum: q ante eorum beatitudinem fidem neceſſario habuerunt.prout Tho.ad litteraꝫ ponit ſcđa ſcđe.q.5.articu.1.i corpore q̄ōnis. Et in ꝑma parte ſumme.q.94.arti.1.in corpore q̄ōnis. Oppoſitum tamen tenet dominus Bona.in.2.diſtinc.23.articu.2.q.3.in corpore q̄ōnis. Qui ibi aſſerit primum parentem in ſtatu innocentie non habuiſſe fidem: potes ibi videre ſi vis. Cum quo Bonauentura etiam tenet Alexan. de ales in.3.parte ſumme.q.80.membro.3.in.q.vbi querit:vtruꝫ in Adā ⁊ in Angelo ante peccatum fuerit fides. vbi ⁊ ſic dicit. Cum queritur: an in Adam ante peccatum:ſeu in angelis ante confirmationē fuerit fides. Reſpondeo ꝙ Adam in primo ſtatu non habuit fidem in ratione fidei. Et hoc patet ſi quis conſiderat comparationem cognitionis que per fidem eſt: ⁊ł cognitionis que erat in Adam ante peccatum ad cognitionem glorie. Cognitio enim que eſt per fidem euacuatur adueniente gloria. Cognitio vero Ade de deo non euacuaretur adueniente gloria.ſed ſtetiſſet: lꝫ perficeretur. Ad id autem quod obijcitur: dicenduꝫ ꝙ ſicut dicitur ſol videri multipliciter. Vno modo in ſpeculo. Alio modo in nube. Tertio modo in aere luminoſo. Quarto modo in ſe ipſo. Sic eſt diſtinguere viſionem dei multiplicem. Vna eſt viſio in ſpeculo: que eſt viſio per fidem:⁊ hec eſt infima. Alia eſt viſio dei in ſeipſo:⁊ hec eſt per ſpeciem. Et hec eſt ſupprema. Et inter has duas eſt accipere duas medias. Vnam que eſt viſio dei in imagine ſimpliciori:velut in aere luminoſo habere viſionem ſolis. Et hec eſt ſuperior. Aliā que eſt in imagine obſcuriori:⁊ compoſitiori ſicut eſt viſio ſolis in aere vmbroſo ſolis: ⁊ in nube:⁊ hec eſt inferior. Dicendum ergo ſine preiudicio:ꝙ viſio Angeli ⁊ hominis ān peccatum reſpectu dei non erat in gradu ſuppremo qui eſt glorie. Nec in gradu infimo:qui eſt fidei. Sed in medio:ſed differenter:quia cognitio angelica ante peccatum reſpectu dei: luculentior ⁊ luminoſior erat: q̃ꝫ cognitio hominis:cum Angelus eſſet ſeparatus ab omni corporea materia.homo vero non:neutrorum tamen cognitio erat per ſpeciem vel per fidem.h Alexan.ad litteram.tene quā vis opinionem. Sufficit pro nunc ad propoſitum meum:ꝙ ſiue primi parentes: ſiue Angeli fidem habuerint:vel ante:vel poſt manifeſtum eſt ꝙ fides a fortiori eſt in cunctis ceteris hominibus a deo illuminatis: et ſic eſt neceſſaria ad ſalutem. Alia plura exēpla de antiquis patribus fidem habentibus ponit Apoſtolus ad hebreos.xi.di. Eſt auteꝫ fides ſperandarum ſubſtantia rerum: argumentum non apparentium. In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Fide etiam plurimam hoſtiā Abel q̃ꝫ Cain obtulit deo: per quam teſtimonium conſecutus eſt eē iuſtus:teſtimonium perhibente deo muneribꝰ eius:⁊ per illam defunctus adhuc loquitur: fide Enoch tranſlatus eſt:ne videret morteꝫ ⁊ non inueniebatur:quia tranſtulit illuꝫ deꝰ fide Noe reſpōſo accepto:de his que adhuc non videbantur:metuēs aptauit archam in

ſalutē dom⁹ ſue:ꝑ quā dānauit mūdū:ꝛ iuſti
tie que per fidē eſt:heres eſt inſtitut⁹: fide vo
catus Abraam obediuit in locum exire: quē
accepturus erat in hereditatem . et exijt ne-
ſciens quo iret.fide demorat⁹ eſt in terra re-
promiſſionis.tanq̄ȝ in aliena in caſulis habi
tando.cum Yſaac et Jacob coheredibus re-
promiſſionis eiuſdem. Expectabat enim ci-
uitatem habentem fundamenta eius cuius
artifex et conditor deus.fide etiam ipſa Sar
ra ſterilis virtutem in conceptione ſemis ac
cepit.etiam preter tempus etatis:quoniam fi
delem credidit eſſe eum qui repromiſerat.ꝓ
pter quod et ab vno orti ſunt.ꝛ hoc emortuo
tanq̄ȝ ſydera celi.in multitudineȝ.ꝛ ſicut are
na que eſt ad oram maris innumerabilis.
Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti. nō ac
ceptis repromiſſionib⁹.Sȝ a longe eas aſpi-
cientes ꝛ ſalutantes:et confitentes.quia pere
grini et hoſpites fuerunt ſuper terram: fide
offerebat Abraam Yſaac cum tentaretur. et
vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat re-
promiſſiones.ad quem dictuȝ eſt.quia in Yſa
ac vocabitur tibi ſanctuȝ.arbitrans quia et a
mortuis ſuſcitare potens eſt deus. Fide eti-
am de futuris bn̄dixit Yſaac Jacob et Eſau
Fide iacob moriens ſingulos filiorum Jo-
ſeph benedixit.et adorauit faſtigium virge ei⁹
Fide Joſeph moriens de profectione filio-
rum Yſrael memoratus eſt.ꝛ de oſſibus ſu-
is mandauit. Fide Moiſes natus occulta-
tus eſt tribus menſibus a parentibus ſuis.
eo ꝙ vidiſſent elegantem infantem:et non ti
muerunt regis edictum. Fide Moiſes gran
dis effect⁹.negauit ſe eē filiū filie pharaonis
magis eligens affligi cum populo dei. q̄ȝ tē-
poralis peccati habere iocunditatem. maio
res diuitias eſtimans theſauro egiptiorum
in properium xp̄i.aſpiciebat enim in remune
rationem:fide reliquit egyptum non veritus
animoſitatem regis. Inuiſibilem enim tan-
q̄ȝ videns ſuſtinuit. Fide tranſierunt filij iſra
hel mare rubrum. tanq̄ȝ per aridam terram
quod experti egyptij deuorati ſunt. fide mu-
ri⁹ hiericho corruerunt circuitu dierum ſe-
ptem. Fide Raab meretrix non perijt. cum
incredulis excipiens exploratores cum pace.
Et quid adhuc dicam⁹:deficiet enim me tē-
pus enarrante de Gedeon:Barach: Sam
ſon:Jepte:Dauid:Samuel:et alijs prophe-
tis.q ꝑ fidē vicerūt regna: opati ſunt iuſticiā
adepti ſūt repromiſſiões:obturauerūt ora le
onū:extinxerūt īpetū ignis.effugierūt aciē gla
dij.conualuerunt de infirmitate:fortes facti
ſunt in bello:caſtra verterunt exterorum. ac-
ceperūt mulieres de reſurrectione mortuos
ſuos.Alij autem diſtenti ſunt:non ſuſcipien-
tes redemptionem. ut meliorem inuenirent
reſurrectioneȝ.Alij vero ludibria et verba ex
perti. inſuper et vincula et carceres: lapidati
ſunt.ſecti ſunt.tentati ſunt.in occiſione gladij
mortui ſunt. Circuierunt in melotis:ꝛ in pel
libus caprinis:egentes:anguſtiati:afflicti:qui
bus dignus non erat mundus. In ſolitudi-
nibus errantes.et in montibus. ꝛ in ſpelun-
cis et cauernis terre. Et hi omnes teſtimo-
nio fidei probati.non acceperunt repromiſſio
nem deo pro nobis melius aliquid prouidē-
te:ut non ſine nobis conſumarentur.hec ibi.
ad litteram. Ex predictis igitur auctoritati-
bus: rationibus : diſtinctione : ſimilitudine:
atq̄ȝ exemplis.clariſſime patet neceſſitas ſa-
cratiſſime fidei:quā fidem ſacratiſſimā ſimul
cum operib⁹ nobis concedere dignetur.caput
et auctor fidei: Jeſus xp̄s qui viuit et regnat
ſemper benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sabbato poſt dominicā ſexageſime de
cauſe neceſſitatis fidei.

ſ Emen cecidit

in terram bonam: et ortum fe-
cit fructum centuplū. Luce.octa
uo.et in euangelio preterite do-
minice. Quāuis ſatis clare in duobus prece
dentibus ſermonibus neceſſitas ipſius fidei
ſacratiſſime monſtrata ſit. tamen in preſenti
feria que eſt ſabbatū et dies requietionis di
citur recreationis gratia.alium ſermonē bre
uiſſimū et pulcherrimum.de eadem neceſſi-
tate ipſius fidei facere decreui. Qui ſermo ut
predixi erit ita pulcher ſicut ꝛ breuis. Nam
recordor cum in ſcolis omnē . ꝙ in lectioni-
bus ſabbatinis magiſter meus. tam ceteris
ſcolaribus q̄ȝ mihi dicere ſolebat. Filioli le-
ctio ſabbatina debet eſſe pulcra et paruuli-
na. Volēs igitur in hac feria ſimpliciter cau
ſam neceſſitatis ipſi⁹ fidei declarare. ut eiuſ-
dem fidei neceſſitas clarior appareat:ſermo-
nem noſtrum per modum cuiuſdam queſtio

nis facienms. Que vtiq̀ʒ queſtio de cauſa ne
neceſſitatis fidei talis erit.

¶ De cauſa potiſſima neceſſitatis ſacratiſ-
ſime fidei.

ſ J igitur q̄ritur que ſit potiſſima cau
ſa. quare deus habituʒ fidei ſuperna
turalem anime rationali infundat.
Ante reſponſioneʒ huius queſiti. quero ⁊ pe
to. an deus ipſe naturalr̄. ⁊ ſine aliquo habi-
tu fidei infuſo. ſit intelligibilis a qualibet ra-
tionali creatura. Et manifeſtum eſt ꝙ ſic. ꝙ
deus etiam naturaliter ſine alio habitu fi-
dei poſſit intelligi ⁊ cognoſci: tripliciter pro-
bo. Primo auctoritatibus. Secundo ra-
tionibus. Tertio exemplis. ¶ Primo pro
bo auctoritatibꝰ. Nā Plato in Thimeo dic̄
Deꝰ eſt principiū omniū naturarum: lumen
omniū rationum: finis omniū actionum. ſi-
ne quo nihil ſubſiſtit: natura ſcientia inſtru-
it. et nulla operatio expedit. hec ille. Quaʒ au
ctoritatem verbaliter ponit et recitat Augu-
ſtinus in libro de ciuitate dei. Item Boetiꝰ
proſa decima. tertij libri dicit. Deuʒ eſſe cō-
munis omniuʒ animorū conceptio. probat.
Idem etiam confirmat Damaſcenus libro
primo. di. Deum eſſe omnis appetitus pro-
clamat: et deum non eſſe nulla natura pro-
fitetur. Ex quibus auctoritatibus patet: qua-
liter deus cognoſcibilis eſt ab humano intel
lectu. etiā ſine alio habitu fidei infuſo. ¶ Se-
cundo hoc ideʒ probo triplici ratione. Pri-
mo rōne prioritatis. Secundo ratione mo
bilitatis. Tertio ratione rationabilitatis.
¶ Primo ergo probo rōne prioritatis. Fun
damētum rationis ponit Cōmentator libro
de ſubſtātia orbis. di. Priori non poſito qđ
poſterius eſt: cauſa et ratio poſterioris nun-
q̄ʒ erit. Patet hec regula per exemplū Au-
guſt. viceſimoſecūdo de ciuita. dei. di. Semp
enim ſemē et fructuʒ cauſa ⁊ arbor precedit
nec vnq̄ʒ filius erit: niſi ſit ⁊ pater. Hec ille.
Preterea lumen in aere non erit: ſi ſol tan-
q̄ʒ eam non precedat. Item ſi Adam primꝰ
homo non fuiſſet. nec per conſequens etiam
Abel et Cayn ſimul cuʒ omni poſteritate nū
q̄ʒ eē potuiſſent. Quo p̄ſuppoſito peto a quo
ſint facta quattuor elementa. Item ſeptē pla
nete. videlʒ. Luna: Mercurius: venus: Sol:
Mars: Jupiter: atq̀ʒ Saturnus. Similiter
tria firmamenta. videlʒ celum ſtellatuʒ cum
ſuis ſyderibus. celum criſtallinum. celuʒ em-
pireum. cum omnibus contentis in eis. Et
clarum eſt. ꝙ hec omnia non ſe fecerunt. ꝙ
ſi ſic eſt. ergo tanq̄ʒ quidam effectus poſterio
res habent et habuerunt aliquā cauſam a q̄
deſcenderunt. Sed cum talis cauſa non poſ
ſit aliqđ aliud intelligi niſi deꝰ. ergo per ꝯſe
quens deus naturaliter per ſuos effectus et
creaturas etiam ſine alia fide infuſa ab hu-
mano intellectu intelligi poteſt et cognoſci.
ꝙ ſi forte aliquis deū negaret. neceſſe eēt om
nino. ꝙ ſicut deficiente primo parente ſimul
deficeret et omne genus humanū. Sic a ſi-
mili deficiēte deo. quod omniū rerū eſt crea
tor non eſſet vlla creatura. Sed cum impoſ-
ſibile ſit. ꝙ non ſit creatura. ergo impoſſibile
eſt ꝙ non ſit creator creaturarū. ꝙ ſi creator
eſt: ergo per conſequens ⁊ deus a quo ſimul
omnes creature tanquā quidam effectus de
ſcenderunt. Quod bene confirmans philoſo
phus p̄mo de celo et mundo ait. Ab vno pri
mo ente cōmunicatū eſt ſingulis rebus eſſe
et viuere. Et primo de regi. princi. dicit. Bo-
nitas dei cauſa fuit factionis mundi et origi
nis omniū rerum. Cuʒ quo concordans Bo
etius metro ſexto tertij libri. ait. Omne ho-
minū genus in terris ſimili conſurgit ab or
tu. Vnus enim rerū pater eſt. vnus qui cun
cta miniſtrat. Ille dedit phebo radios ⁊ ſy-
dera celo. Hinc clauſit mēbris animos cel-
ſa ſede petitos. Mortales igitur cunctos edi
dit nobile germen. Quid genus ⁊ proauos
ſtrepitis: ſi primordia noſtra. Auctoremq̀ʒ de
um ſpectes. nullus degener extat. Ni vicijs
peiora fouens propriū deſerat ortum. hec il-
le. ¶ Secundo etiam probo ratione mobili-
tatis. ꝙ deus etiā ſine habitu fidei naturali-
ter eſt cognoſcibilis ab humano intellectu.
Fundamentum rationis ponit philoſophus
quinto phiſicorū di. Omne quod mouet̄ ab
alio mouetur. quoniā motus requirit quiq̀ʒ
ſcilʒ mouens: proximū mobile: tempus: ⁊ pre
ter hec terminū a quo: ⁊ terminū ad quem.
Iſta enim altera ſunt ab inuicem. hec ibi. Et
tertio de anima dic̄. Tria requirūtur ad mo
tum. ſ. mouens: motum: ⁊ organum motus.
Duplex eſt autem motum. ſcilʒ mouens im
mobile. quod eſt appetibile: et mouens mo-
tum, quod eſt potētia appetitiua anime. hec

ale. Quo preſuppoſito. videlʒ q̄ omne quod mouetur ab alio mouetur: certum eſt q̄ ſeptem planete cum non habeant animā eos mouentem. contra aliquos philoſophos oppoſitum dicentes. prout dicit ad litterā Thomas prima parte. queſt. 70. arti. tertio. in corpore queſt. Et inſuper hoc idem egregie confirmat ſanctus Bonauentura in ſecūdo diſtinctione. 14. arti. tertio. queſt. p̄ma. et ſecūda ergo mouētur a deo principaliter: q̄ūis ſecūdario ab aliqua ſpeciali intellia. idest ab aliquo angelo. Quod ſi ſic eſt. ergo per motum orbium atqʒ ſyderum. deus naturaliter eſſe cognoſcitur abſqʒ aliquo habitu fidei. Quaʒ rationem dominus Bonauentura vbi ſup. videlʒ diſtin. 14. articu. tertio. q. p̄ma. in corpore queſt. verbaliter formans dicit. Cum q̄ritur an exemplū immediate mouetur a deo Reſpondeo q̄ in omni operatione rerum. Deus operatur intime et immediate. Cum dei voluntas. Sicut dicit Auguſtinus ſit cauſa prima ⁊ ſumma omniū ſpecierum et motionū. In aliquibus vero ſic operatur ⁊ mouet. ut virtutem agendi et mouendi cōmunicet creature. Et prima quidem dicuntur mirabilia. ¶ Secunda vero naturalia vel voluntaria q̄ntum ad egreſſum. Quando ergo queritur vtruʒ motus primi mobilis immediate ſit a deo. non eſt queſtio vtrum virtus diuina intime operetur et immediate ad illam mutationem exercendam. quia ſic nihil mouetur niſi ipſe moueat et cooperet veritati motiue. Quod teſtatur Boetius metro. 9. tertij libri. di. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarū celiqʒ ſator qui tēpus ab euo. Ire: iubes: ſtabiliſqʒ manēs das cuncta moueri. Sed eſt queſtio. Vtrum motus primi mobilis ſit a deo tanq̄ꝫ a tota cauſa. An ſimul cum virtute diuina mouēte moueat aliqua virtus creata. Et ad iſtā q̄ōeʒ ſatis de plano reſponderi poteſt. Cum motus ille ſit natus conuenire virtuti finite propter ſui ſucceſſioneʒ: et diuina bonitas ad ſui manifeſtationem cōmunicet creature. quod ipſa nata eſt ſuſcipere. quod deus primū mobile mouet mediāte aliqua virtute creata. utputa angelo. ſicut et alia mobilia hic Bonauētura verbaliter ¶ Tertio hoc idē probo rōne rōnabilitatꝭ. Fundamētū rōis ponit Tuliꝰ in libro de natura deoꝝ. di. Omne quod habet rationem: ratiōe fieri neceſſe eſt. patet hec regula. p exemplū quod Tulius ibidem ponit. Nam ſi video domū bene ordinatā ſeu factam cuʒ diſcreta ratione: ſtatim cogor dicere q̄ domus illa facta eſt ſimpliciter ab aliquo rationem habente: et non a ſeipſa. Quo preſuppoſito certum eſt. q̄ flores terre prout ſunt roſe: lilia: viole: ⁊ huiuſmōi. facti ſunt cuʒ maxima ratione ⁊ intellectu: atqʒ prudentia. Sed clarū eſt q̄ predicti flores non ſe per ſe fecerunt: nec inſuper a terra tam rationabiliter factos fuiſſe dici poteſt: cum terra careat anima et ratione: et nihil dat quod non habet. ut dicitur primo Elencorū. Nec inſuper homo etiam ratione vigens ut patet ad oculꝫ hoc facere poteſt. Quod ſi ſic eſt. ergo neceſſe eſt concludere q̄ ab aliqua alia intellectuali ſeu rationali cauſa facti ſint. Sed cum talis cauſa principaliter nō poſſit eſſe niſi deus. qui eſt infinite ſapientie atqʒ potentie. igitur propter hoc apparet q̄ etiam naturaliter deus cognoſci poteſt etiam abſqʒ habitu fidei infuſo. Quam ratiōe confirmat Commentator. xi. Metaphiſice. di. Nā nihil agit niſi mota a ſuperioribus cauſis. que ſunt deus: ⁊ intellie. Et confirmatur iſta ratio. certum eſt enim: ut dicit Boetius proſa. 6. libri ſecūdi. q̄ aduerſa nunq̄ꝫ ſolent ſibi inuicem ſociari. eo q̄ natura reſpuit ut contraria q̄qꝫ iungantur. hec ibi. Quod ſic patet quia ſupbia non ſtat cum humilitate: nec humidum cum ſicco: nec frigus cum calore. Quod ſi ſic eſt. q̄ natura non poteſt ſimul tenere contraria quin corrūpantur. Clarum eſt q̄ quattuor elementa cum pluribus in eis contentis. ⁊ contraria ſunt et contrarias habent qualitates. ⁊ cum ſint adiuxta ⁊ coniuncta ꝓpter hoc non corrūpuntur. ſed magis ordinate ꝓcedunt cum iuxta ordinem temporū effectus cōueniētes in terra producant. Sed cuʒ hoc fieri non poſſit. niſi ab aliqua cauſa ſupernaturali vtiqʒ ſapientiſſima: et talis cauſa non poſſit eſſe niſi deus ipſe. Igitur concluditur idem quod ſupra. Quod Aug. exemplificās xi. libro de ciui. dei. c. 4. ait. Sicut ſcripſerunt qui naturas animaliū curioſius indagauerūt Salamādra i ignibꝰ viuit. Et qdā ſicilie mōtes: q tāta tpis vetuſtate vſqʒ nūc: ⁊ deinceps flammis eſtuant. adhuc integri perſeuerant. Albeſtus. lapis ſemel accenſus. nunq̄ꝫ de ac-

cenditur. hec ille. Que simul omnia predicta
complectens. Boetius libro tertio prosa. 12.
dicit. Mundus ex tam contrarijs diuersisq;
partibus in vnam formam minime conue-
nisset. nisi vnus esset qui tam diuersa con-
iungeret. coniuncta vero naturarū ipsa di-
uersitas inuicem discors dissociaret: atq; di
uelleret. nisi vnus esset qui quod nexuit con-
tineret. Non tam vero certus ordo nature
procederet. Nec tam dispositos motus lo-
cis. temporibus. efficientia. spatijs. qualita-
tibus explicaret: nisi vnus esset qui has mu-
tationum varietates manens ipse dispone-
ret. hec ille. Ex predictis igitur rationibus patet
qualiter sine aliqua fide adeo celitus in infu
sa quisq; potest naturaliter & cognoscere de-
um & intelligere. ¶ Secūdo hoc idem probo
exemplo Socratis qui ut habetur li. de mori-
bus philosophorum. cum accusatus esset atheni
ensibus. ꝙ derideret Apollinē tanq̃ carnē
& hircū eorum deū. prohiberetq; eidem fieri
sacrificiū: captus fuit ab eis & incarceratus. De
tentusq; est triginta diebus in carcere. eo ꝙ
simpliciter vnum deum coleret. vbi mirabi-
lem cordis constantiā se habere ostēdit. Nā
carcer et mors vultum eius seu animā per-
turbare non potuerunt. Dicenti autem ei q̄-
dam. Ecce ꝙ Athenienses ad mortem te cō
demnauerunt. eo ꝙ colis aliū deum q̃ suos.
Respondit & illos natura. Cū autem ut ait
Valerius li. 7. iudicatum ab Atheniēsibus
esset: ut hausto veneno periret delatum sibi
mortis poculū. non aliter q̃ medicamentum
mortis accepit: & de mortis contēptu. vniusq;
dei cultu vsq; ad vite exitū libero animo di
sputauit. Cum autē potionē mortis de dan
tis manu accepisset. apposito ad labia pocu-
lo: vxor eius xantippe que illic aderat. vocife-
rans ait. Heu innocens homo perit. Qui re
spondit. Nunquid nocenti mihi q̃ Innocen
ti duxisti mori sancius esse. Mortuus est igi
tur Socrates propter cultum vnius dei ve-
neni poculo. Anno vite sue. 94. quo anno cō
posuerat librum nobilissimum de moribus.
Post mortem vero eius Athenienses peni
tentia ducti criminatores eius morti adiudi
cantes: imaginē eius auream in templo col
locauerūt. Mortuus est autē in diebus As-
sueri regis Assiriorum. hec omnia ad litterā
in li. supradicto. Quo etiam exemplo patet. ꝙ
ex quo Socrates naturaliter deum cogno-
uit. & sine aliquo habitu fidei infuso: ut a qui-
busdam creditur. concluditur per cōsequens.
ꝙ deus per naturā sine alia fide cognoscibi-
lis est. ¶ Aliud exemplū ponitur in compen
dio theologie. quod ab aliquibus Alex. de hal.
appropriatur. Ibi enim libro. j. ca. 2. sic dicitur ad
litteram. Contigit in hispania: & fidedigna
relatione recepi. ꝙ quidam leuis homo lu-
debat ad ludū taxillorum. & ludo procedente
cepit passim pecuniam suā ammittere. Do-
lens igitur de pecunie ammissione corde ora
bat deum: ut daret sibi lucrum. vel saltē pos
set recuperare amissum: et quāto plus deum
rogabat. etiam vbi apparebat species lucri.
ipse plus admirantibus qui aderant ammit
tebat. Amissa autē in ludo tota pecunia quā
habebat: vestes q̃s portabat exposuit: et vsq;
ad camisiam omnes ammisit. Tunc valde
confusus de deo lamentans: ꝙ eum non ex-
audierat: quasi totus animo furibundus ad
domū accessit: armaturas suas & omnia bo
na munimenta corporis sui que habebat ac-
cepit. ac totaliter armatus. ac si campum du
elli intrare deberet equū ascendit: et ad pla-
team vbi multi valentes erant aggregati ve
nit. et vniuersis astantibus tanq̃ extra men-
tem positus dixit. Si quis est amicus et fi-
delis dei: qui dicat deum esse aliquid: vadat
et muniat se. quia ego reddam eum mortu-
um et victum. quia ego dico et teneo: ꝙ de-
us non est. Attoniti fuerunt singuli qui ade-
rant. quia verba tante insanie audierant. nul
lus tamē tanq̃ dementi voluit ei responde-
re. Sed cui non respondit homo. respon-
dit deus. Nam deus qui flagellauit pharao
nem opponentē se potentie dei per muscas
immisit vnam muscā: licet esset tempus hi-
emis. qui eum in facie sic inuasit: et sic inter
galeam et faciem se ponens: aculeis suis acri
ter eum lesit. ꝙ oportuit eum galeam depo-
nere: et per terram se proijcere. At vbi mu-
sca liberum habuit accessum. sic eum passim
in facie feriebat ꝙ se defendere nō valens ni
mis fatigatus de equo ad terram cecidit. et
faciem versus terram ut se posset a musca tu
eri posuit. At musca fortiter eum inuasit nec
cessat quousq; publice blasphemiam quam
ore prophano protulerat omnibus audien-
tibus cum cordis gemitu reuocauit: etiam

dixit. q deus ſolus habet verū eſſe ſine cuiꝰ eſſe nullū ens poteſt eſſe:qui noluit infamiā meā ⁊ blaſphemiā per maiorem creaturam punire:ſed ad maiorē meam confuſionē. miraculoſe me deuicit per vnam muſcā et proſtrauit.Quo dicto ſtatim muſca cum reliqt: ⁊ diſceſſit.hec ibi verbaliter.Ex pdictis itaqȝ auctoritatibus rationibꝰ⁊ exemplis patet . qliter naturaliter deus eſt cognoſcibilis a rationali creatura.etiam ſine aliquo habitu fidei infuſo.Que ſimul oīa confirmans Alexan.de al.in prima pte ſumme.q.2.mēbro. 2. articu.pmo.in corpore.q.dicit. Cū qrit an p naturalē potentiā ſit poſſibile deū cognoſcere.Reſpondeo q cognitio de deo qd eſt haberi non poteſt p naturā. Cognitio autē de deo q eſt. poteſt haberi p rationē naturalē vnde Hugo in ſuis ſententijs.Deus inquit noticiam ſuam ab homine ſic ab initio temperauit.ut ſicut nunꝗ quid eſſet:poterat cōprehendi.ita nunꝗ quia eſſet poterat ignorari.hec Hugo ⁊ Alexand.verbaliter. Ex quo igitur ut manifeſte patet. deus naturaliter ſine aliquo habitu fidei infuſo cognoſci poteſt a quolibet humano intellectu nō immerito. ut ſuperius pretactū eſt:querit ſiue queri poteſt:que ſit potiſſima cauſa: qre deꝰ vult quālibȝ animā rationalē neceſſario habere fidei habitū ſupnaturaliter infuſū: ut ex eo ⁊ deum ipm cognoſcat:⁊ inſuper beatificari ⁊ ſaluari poſſit.Cum deus ipſe ut dicit.3. de anima.Nihil fruſtra faciat:⁊ per conſequēs facere non debeat p plura qd quidē poteſt fieri per pautiora.Ad hoc reſpondet Tho.lib.i. contra gētiles.⁊ inſup ſcda ſcde.q.2.articu.3. Necnon ⁊ in pma parte ſumme.q.i2.⁊ ar. i2 Item Ric.in prohemio pmi ſententiaꝝ. Et inſup Alexan.de ales.in.3.pte ſumme.in tractatu de fide.qui oēs concordant dicentes.q deus vnūqueqȝ habere voluit vltra naturalem ipſiꝰcognitionem etiā habitū fidei ſupernaturalem.tanꝗ quid ſumme neceſſariū ad ſalutem quadruplici precipue cauſa.quarū.

¶ Prima dicitur cauſa maioritatis .
¶ Secunda dicitur cauſa paucitatis.
¶ Tertia dicitur cauſa prolixitatis.
¶ Quarta dicitur cauſa falſitatis.

¶ De quarta cauſa qua oſtēdit quod fides infuſa etiā vltimam cognitionē naturalem de deo cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutē.et primo de prima.

Prima igit cauſa qua deus vltra naturalem ipſius dei cognitionē.etiam voluit vnūqueqȝ ſaluandū habere fidem infuſam ⁊ ſupnaturalē. dicit cauſa maioritatis:quoniā ut dicit.3.de anima. Cū ſine fantaſmate nāli ratione anima nihil intelligere poſſit clarū eſt: q cum deus ſit oīno incorporeꝰ impoſſibile eſt per conſequēs.q p fantaſmata a nobis cognoſci poſſit: niſi forte per creaturas tanꝗ per ſuos effectus. Que cognitio de ipſo ſic habita vtiqȝ eſt imperfecta ut igitur qlibet humanus intellectus:altiorē: maiorē:atqȝ perfectiorē de ipſo deo cognitionē intelligētiā habere poſſet. Ideo,ppter hoc voluit deus cuilibet infundere ſupnaturalē lumen fidei infuſum: ut habeat altior ⁊ perfectior cognitio de ipſo deo.⁊ q per talem habitum fidei.habeatur altior ⁊ pfectior cognitio de deo : ꝗ ſimpliciter p oēm naturalē rationē.quadrupliciter ,pbo . Primo auctoritate. Secūdo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto ſimilitudine. ¶ Primo probo auctoritate.Ap̄ſ.i.Corin.i3.di.Nobis inqt reuellauit deꝰ per ſpiritū ſuū illa.ſ.que noſtro pncipū huiꝰſeculi nouit.i.phorū. ut exponit glo. ¶ Secundo hoc idem probo vnica rōne.vȝ. additionis.Fundamētū rationis ponit phs. tertio Thop.dicēs.Tale additū tali facit magis ipm tale.patet hec regula.Nā ignis additus igni:vulnꝰ vulneri:augent calorē ⁊ dolorē.Quo pſuppoſito certū eſt.q ſi per lumē naturale rationis cognoſcit deus. ergo neceſſe eſt cōcludere q per additionē luīs ſupnaturalis fidei.magis ⁊ pfectius cognoſcat.qm ut dicit Alexā.in tertia pte ſumme. in tractatu de grā.Naturā ſupnaturalis grā non deſtruit ſed pficit. ¶ Tertio hoc idem ,pbo vnica diſtinctione beati Tho. in pma pte ſumme.q.i2.ar.i3.in corpore.q.di.Cum qritur an p gratiā fidei habeat altior cognitio de deo ꝗ per naturalē rationē. Reſpōdeo abſolute q ſic.Qd ſic patet.Cognitio eni quā p rationem naturalē habemꝰ,duo requirit.ſ. fantaſmata ex ſenſibilibꝰ accepta:⁊ lumen naturale intellectuale.Cuius virtute intelligibiles conceptiōes ab eis abſtrahimꝰ.⁊ qtū ad vtrūqȝ iuuat hūana cognitio per reuelationē gratie. Nam ⁊ lumē naturale intellectus ↄfortatur p infuſionē luminis gratuiti. Et interdū etiā fantaſmata in imaginatione hois formātur diuinitus magis exprimētes res diuinas ꝗ

ea que naturaliter a ſenſibilibus accepimus. ſicut apparet in viſionibus prophetalibus. et interdum etiam alique res ſenſibiles formãtur diuinitus. aut etiam voces ad aliquod diuinum experimentum. ſicut in baptiſmo xpi viſus eſt ſpiritusſanctus in ſpecie columbe: ꝛ vox patris audita eſt. hic eſt filius meus dilectus. hec Thomas verbaliter. Ex qua diſtinctione patet. qualiter vltra naturalem cognitionem de deo conuenientiſſime infunditur a deo habitus ſupernaturalis fidei: quo altius et perfectius deus ipſe cognoſcitur.

¶ Quarto deniqꝫ hoc idem probo ſimilitudine ipſius Ade. de quo q̃rit Alexan. de ales in prima parte ſumme. q. 2. membro. 2. arti. 4. An ipſe. ſ. Adam in ipſo ſtatu melius cognouerit deum ꝙ̃ cognoſcatur nunc per fidem. Et reſpondit di. ꝙ in Adaꝫ fuit cognitio naturalis. et ſuperaddita. Maior autem cognitio poteſt dici tripliciter. vel q̃tum ad comphenſionẽ intellectus. vel q̃tum ad meritum vel q̃tum ad guſtum. Poteſt ergo dici ꝙ cognitio quã habuit Adam de deo per creaturas. maior fuit q̃tum ad comprehenſionẽ intellectus. Sed illa que eſt per fidem. maior eſt q̃tum ad meritũ. ꝛ q̃tum ad guſtum. ꝙ̃ illa que eſt ſimpliciter p naturam. Eſt enim duplex pñtia dei. p viſuꝫ: ꝛ per guſtũ. Et ſm hoc eſt cognitio videntis in lumine: ꝛ guſtantis in tenebris. Et talis ẽ cognitio fidei. in q̃ abſens eſt viſui: ꝛ preſens guſtui. propter qđ dicitur in ps. ꝙ̃ magna multitudo dulcedinis tue: quã ab. ti. te. hec Alexã. verbaliter. ꝙ ſi ut patet. cognitio fidei Ade precipue q̃tum ad meritum ꝛ guſtũ. fuit perfectior ꝙ̃ eſſet ſimpliciter naturalis cognitio. ergo a ſimili pfectior eſt cognitio noſtra. quã habemꝰ de deo per fidem: ꝙ̃ ſit illa quã habemus per naturalem cognitionẽ vel rationẽ. Et ſic ex predictis auctoritate: ratione: diſtinctione: atqꝫ ſimilitudine patet prima cauſa. vz. maioritatis qua oſtenditur vltra naturalem cognitioneꝫ de deo fuiſſe omnino neceſſariã ad ſalutem infuſionẽ ipſius fidei.

¶ De ſecunda cauſa qua oſtenditur ꝙ fides infuſa vltra cognitionem naturalẽ de deo cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem.

SEcunda etiam cauſa infuſionis ipſiꝰ fidei dicitur cauſa paucitatis. Quoniaꝫ enim vidit deus ꝙ p rationẽ naturalem: ipſius cognitio a paucis immo pauciſſimis haberet. ideo ꝓpter hoc ſapientiſſime decreuit. ut quicũqꝫ ſaluãdus foret ipſum p fidem infuſam ꝛ ſupnaturalẽ cognoſceret. Triplici nãqꝫ reſpectu ꝓbari poteſt qualiter pauciſſimi p naturalem rationeꝫ. ipſum cognouiſſent: niſi habitus fidei infuſus ſupueniſſet. Quoꝝ poſt dicitur reſpectus indiſpoſitiõis: clarum eſt enim. ꝙ cũ humana corpora recipiant influentias diuerſas a corporibus celeſtibus: per cõſequens habent diuerſas diſpoſitiones: ꝛ complexiones. Sed quia ut dicitur ſcđo de aia. Molles carne aptos bone mentis ꝛ doctrine dicimꝰ. Duros vero ineptos. ꝓpter igitur graues ꝛ ꝯrias qualitates corpis ut plurimũ etiã grauatur aia. ne poſſit eſſe diſpoſita ad cognoſcendũ deum. que cognitio acquiritur per habitũ acquiſitũ naturalis ſcietie. Quod cõfirmans Salomon Sapi. 9. dicit. Corpus qđ corrũpitur aggrauat animaꝫ: ꝛ deprimit terrena inhabitatio ſenſum plurima cogitantẽ. Qđ primũ facit fides infuſa: qꝛ ſtante etiam q̃libet corporis grauitate ꝛ paſſione. faciliter mediãte ipſa deus ipſe cognoſcitur. ¶ Secũdus etiam reſpectus quo monſtratur. qꝛ ſine fide per naturalẽ rationẽ pauciſſimi deũ cognouiſſent. dicitur reſpectꝰ occupationis. Sententia eſt phi pmo politicoꝝ. ꝙ difficile eſt ſimul multa cõſpicere. Et quidaꝫ alius ſapiẽs dicit. Pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus. Qđ ſi ſic eſt. cũ contingat multos occupatos eſſe: aut circa regimẽ ꝓuinciaꝝ: aut circa neceſſitatẽ ꝛ prudẽtiã rei familiaris. Clarũ eſt. ꝙ tales non poſſent ſimul ꝛ ſemel intendere ſtudio phie naturalis qua deus aliqualiter per rationes naturales cognoſcitur. Ideo ꝓpter hoc voluit deꝰ quoſlibet ſaluandos fidem habere infuſaꝫ. ¶ Tertius deniqꝫ reſpectus dicitur reſpectus dedignationis. vidẽs enĩ omnipotẽs deus. ꝙ multi ocio pigritie atqꝫ faſtidio dediti eſſent ex hoc ꝙ vidiſſent: ꝙ non ſine magno ſtudio ꝛ labore. talis naturalis ſciẽtia ꝛ cognitio dei poſſet acquiri. Et ſic propter hoc impedirent a tali cognitione veritatis ꝛ ipſius dei. Ideo tanꝙ̃ amator noſtre ſalutis voluit ꝛ vult omnes ſaluandos habere habitũ fidei infuſum. ex quibꝰ tribus reſpectibus patet. etiam ſecũda cauſa. qua deus voluit cognoſci per fideꝫ: ꝛ non tñ per rationem naturalẽ. ex quo per viam naturalis rõnis pauciſſimi deũ cognouiſſent. ꝛ p ꝯſequẽs pauciſſimi ſalui fuiſſent.

¶ De tertia cauſa qua oſtenditur quod fi-
des infuſa etiam vltra cognitionem natura
lem de deo cuilibet ē neceſſaria ad ſalutem.

Tertia inſup cauſa. qua deus vltra na
turalē ipſius cognitionē. voluit vnū
quēq̃ ſaluandū habere fidē infuſam
⁊ ſupnaturalem. dicit̄ cauſa prolixitatis. Vi
dens eteni deus. ꝙ per naturales rationes
cognitio ipſius fuiſſet valde prolixa omnibꝰ
⁊ diuturna. ⁊ vix per longū tempus acquiſi-
ta fuiſſet. ideo ut talis prolixitas: ab omnibꝰ
poſſet euitari: ⁊ cognitio ipſius tempe breuiſ-
ſimo poſſet haberi. voluit ꝓpter hoc vnicuiq̃
tm̄ q̄ꝝtum eſt de ſe habitū fidei ⁊ vere cogni-
tionis infundere. Et ꝙ ſine fide impoſſibile
fuiſſet deum naturaliter cognoſcere. niſi pro
lixo ⁊ longiſſimo tempe. quod vtiq̃ tempus.
quaſi totū perditū fuiſſet triplici reſpectu pro
batur. Quorū Primus dicit̄ reſpectus pro
funditatis. Secūdus dicit̄ reſpectus imbe-
cillitatis. Tertius dicit̄ reſpectus paſſibilita
tis. ¶ Primus reſpectus quo oſtendit̄ ꝙ ſi-
ne fide per naturales rationes deus non po
tuiſſet cognoſci. niſi in tempore longiſſimo ⁊
valde prolixo: dicit̄ reſpectus profunditatis.
Nam vidit deus ꝙ veritas ⁊ cognitio ipſiꝰ
dei. ſeu ſanctiſſime trinitatis. ſic erat profun-
da immo ꝓfundiſſima et altiſſima. ꝙ etiam
vix per longum tempꝰ potuiſſet acquiri. ⁊ in-
ſuper ad illam rōnalis anima non attinge-
ret. quod claruit in multis philoſophis. q ad
cognitionem profundā trinitatis per natura
les rationes nunq̄ꝫ deuenerunt. Et qualiter
per naturales rationes poſſibile eſſet vnq̄ꝫ ꝓ
fundam eſſentiā trinitatis cognoſcere. Cum
etiam ut inquit Auguſti. in quodā ſermone
ad Heremitas. Impoſſibile fuit ꝙ vnꝰ phi-
loſophus cognoſceret naturā apis quā p tri
ginta annos iugiter ſcire inueſtigauerat. Et
propterea Job. 16. ca. dicebat. Cum vix par-
uam ſtillā ſermonē eius cepimus: magnitu
dinē throni eius quis poterit intueri. vbi etiā
Grego. dicit. Totum quicq̄d de deo accipe-
re poſſumus. eſt quaſi quedā ſtilla liquoris.
Propter hoc igit̄ voluit deus vnūquemq̃
habitū fidei infuſum habere. ¶ Secundꝰ in-
ſuper reſpectus. dicit̄ reſpectus imbecillita-
tis. Tam inſuper debilis: leuis: atq̃ imbecil
lis eſt humanus intellectus. ꝙ p ſe ſine fide
ad cognitionē tam profunde veritatis mini-
me deuenire potuiſſet. dicēte Auguſ. p̄mo de
tri. Mentis humane acies inualida in tā ex
cellenti luce veritatis. non figit̄: niſi p iuſticiā
fidei emūdetur. hec ibi. ¶ Tertius deniq̃ re
ſpectus. dicit̄ reſpectus paſſibilitatis. Cū eni
anima ſimul ⁊ corpus diuerſis occupent̄ paſ
ſionibus: ⁊ infirmitatibus: minime ſunt ido-
nea ad cognoſcendū: tantā altitudinē diuine
maieſtatis. Ideo propter hoc ⁊ etiā alios ſu-
pradictos reſpectus ut facilius ⁊ breuiori tē-
pore ab omnibus. ipſius dei cognitio habere
tur. voluit ꝙ omnes cōiter ⁊ generaliter cū
per fidem cognoſcerēt. Ex quibus etiam pa
tet tertia cauſa neceſſitatis eiuſdē fidei.

¶ De quarta cauſa qua oſtenditur. ꝙ fides
infuſa etiam vltra cognitionem naturalē de
deo cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem.

Quarta deniq̃ cauſa. qua deus vltra
naturalem ipſius dei cognitionē eti-
am voluit vnūquemq̃ ſaluandū: ha
bere fidem infuſam ⁊ ſupnaturalem. dicitur
cauſa falſitatis. Videns eni clemētiſſimus
deus ꝙ humanus intellectus: ſepiſſime poſ-
ſet incidere in errorē et falſitatem. ſi eni ſim
pliciter tm̄ per rationē naturalē cognoſcere
vellet. ideo ut hoc inconueniens ab intellectu
humano penitꝰ remoueret. voluit oīno ꝙ cū
per fidem intelligeret. Nam potuiſſet huma
nus intellectus ſine fide in errorem et falſita
tem incidere tribus precipue reſpectibꝰ. quo-
rum. Primus dicit̄ reſpectus imbecillitat̄
Secūdus dicit̄ reſpectꝰ ſenſibilitatis. Ter
tius dicit̄ reſpectus pſuaſibilitatis. ¶ Pri-
mus igitur reſpectꝰ quo ſine fide intellectus
faciliter in errorē incidiſſet. dicit̄ reſpectꝰ im-
becillitatis. Tam debilis enim eſt mens hu-
mana ⁊ vacillatoria. ꝙ plerūq̃ naturali rōi
falſitas admixta fuiſſet. ꝙ etiā credidiſſet bo
nū malū: ⁊ ecōuerſo. Simil̄r q̄ꝺ eſt verū fal-
ſum: ⁊ ecōuerſo. ¶ Secūdus etiā reſpectꝰ. di
citur reſpectus ſenſibilitatis. Cū eni oporte-
ret fantaſmata ſpeculari. cum qui deū ſim-
pliciter naturali rōne cognoſcere vellet. que
fantaſmata nō ducūt in perfectā cognitionē
rei. Ideo propter hoc quiſq̃ errare potuiſſet
Ne igitur aliquis ſic in errorē incidere poſ
ſet. deus cognoſci voluit per habitum fidei in
fuſe. ¶ Tertius deniq̃ reſpectus. dicit̄ reſpe
ctus pſuabilitatis. q̄ poſtremo vidit deꝰ ꝙ de
mones ſunt valde inuidioſi. ideo ſicut ab eis
Eua fuit decepta ab eiꝰ illuſiōe: ſic multi etiā

ſine fide ab eis potuiſſent decipi ⁊ illudi. Jō propter hoc voluit deus. ꝙ omnes eū cognoſcant per fidem.que a deo ſolo infunditur: et ſoli deo innitit͛.propter quod impoſſibile eſt ipſam habentē incidere in errorē. dūmodo in ea ꝑmaneat.cum talis fides ſit a deo. qui nec fallere nec falli poteſt. Et ꝙ dyabol⁹ q̄ ſ͛ꝫ Pau.2.Corin.xi.ſe transfigurat in angelum lucis:conatus fuiſſet ſine fide decipe homīes volentes deū ſimpliciter per rōnes naturales cognoſcere.patꝫ ꝑ exēplū. Naꝫ legit͛ in legenda ſancti Martini epi.ꝙ quadā die dyabolus in forma magni regis purpura ⁊ dyademate aureis caligis ornatus. ſereno ore letaqꝫ facie ſibi apparuit. Cūqꝫ ambo diu tacuiſſent. Agnoſce inq̄t demō quē colis Martine. Xp̄s ego ſum:qui deſcenſurus ad terrā prius me tibi maniſeſtare nolui. Adhuc cum Martin⁹ admirās taceret:rurſus ait. Martine: Cur dubitas credere:cuꝫ me videas ſic glorioſum: Certe xp̄s ego ſum: Cur me non adoras: Tūc Martinus a ſpiritusancto edoctus ait. Domin⁹ me⁹ Jeſus xp̄s non ſe purpuratum. Nec diademate renitentē venturꝫ ſe eſſe predixit. Ego xp̄m niſi in eo habitu et forma qua paſſus eſt:⁊ crucis ſtigmatā ꝑferentem venire conſpexero:non credā nec adorabo. Ad hanc vocē confuſus demon ſtatim diſparuit:⁊ totā cellaꝫ fetore repleuit.hec oīa ibi. ¶ Ex predictis igit͛ cum quattuor cauſis clariſſime patuit.qualiter clariſſim⁹ deus.tā͞qꝫ valde neceſſariū voluit vnicuiqꝫ fidei habitum infundere.quo ꝑfecte cognoſceret͛: cuꝫ ad eū cognoſcendū minime ſufficeret rōnalis. ⁊ ſic per conſequēs etiā patet ſecūda excellētia ipſius ſacratiſſime fidei:que dicit͛ excellētia neceſſitatis. in qua monſtratū fuit qualr̄ fides infuſa cuilibet eſt neceſſaria ad ſaluteꝫ In qua ſacratiſſima fide iugiter vſqꝫ ad mortem me ⁊ vos conſeruare dignet͛ clemētiſſimus deus:q̄ ſimul eſt largitor fidei ⁊ remunerator. Cui ſit ſemp omnis laus ⁊ gloria ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Dominica in quinquageſima de tertia excellentia ipſius ſacratiſſime fidei.

Eſpice: fides

r tua te ſaluū fec͛. Lu.18.c.⁊ in euāgelio occurrētis dñice. Due veritates ſpectabiles ciues in hodierno ⁊ preſenti euāgelio nobis ſp̄ualiter a clemētiſſimo ſaluatore noſtro proponūtur. q̄rum vna dici poteſt veritas certificationis. ſcd̄a veritas ſignificationis. Nam ut ait euāgeliū ad litterā. Aſſumpſit ieſus.12.diſcip̄los ſuos.et ait illis. Ecce aſcendim⁹ hieroſolimā ⁊ cōſummabūtur omnia que ſcripta ſunt ꝑ prophetas de filio hoīs. Tradetur eni gentibus:⁊ illudet͛:⁊ flagellabitur: ⁊ cōſpuetur. Et poſtq̄ꝫ flagellauerit.occident eū : ⁊ tertia die reſurget.hec euangeliū ad litterā. In predictis verbis maniſeſte apparet qualiter Saluator omnib⁹ Ap̄lis ſuis predixit totū myſteriū ſue paſſiōis: atqꝫ reſurrectionis: ut dū poſtea et paſſionem tolleraſſet. ⁊ inſuper reſurrexiſſet:tam ipſi Ap̄li:q̄ꝫ etiam totum genus humanū.fidem certam ⁊ indubiaꝫ eius paſſioni ⁊ reſurrectioni exhiberent:q̄ꝫ fidem. quia Ap̄li tunc non habebāt. Jdeo hec ante eis predicebātur. Sic enim dicit euangeliuꝫ Ipſi nihil horū intellexerūt. et erat verbum iſtud abſconditū ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebātur.hec ibi. Poſtq̄ꝫ vero predicta omnia eſſe facta ad oculū conſpexerūt. certitudinaliter omnes crediderūt.hec igit͛ modo nos certitudinaliter predicta omnia ⁊ credere debemus ⁊ tenemur. Ex hac veritate elicitur correlariū.ꝙ fides noſtra in aliquib⁹ ſic ſe habet ſicut ſcientia.qm̄ ſicut ſcientia eſt demonſtratiua ſuaꝝ cōcluſionū. ſic fides eſt demōſtratiua actualr̄: ſicut patuit in ipſis Apoſtolis myſterioꝝ paſſionis: ⁊ reſurrectionis xp̄i. Ex quib⁹ patet prima veritas euāgelij. q̄ dicit͛ certificationis. Proponit͛ etiam nobis Secūda veritas:que dicit͛ ſignificatiōis. Nā euangeliū ſubſequit͛ ⁊ ponit qualiter quidaꝫ cecus clamans poſt xp̄um ab ipſo ſaluatore eſt illuminatus. Qui cecus ſ͛m Grego.ſignificat.totum genus humanū:ꝑ peccatū p̄morum parentū obcecatū. Sed poſtmodū ꝑ legem naturalē ⁊ moſaycā aliqualiter illuminatur. Sp̄ualiter tn̄ ſignificat populuꝫ xp̄ianum:qui cū ante xp̄i aduentū idola adoraret tanq̄ꝫ cecis ⁊ demonibus ſacrificaret. Poſt aduentū tamē ipſius ſaluatoris cōuerſus ad fidem xp̄i mediante p̄dicatione apoſtoloꝝ meruit illūiari per gratiā in preſenti ab ipſo ⁊ ꝓ.ꝰ:⁊ inſup per gloriam in futuro. Nā ante xp̄i aduentū:populus iudaicus erat populus dei electus. Populus vero non xp̄ian⁹:tunc erat populus a deo reprobatus ⁊ paganus.

Sed poſt Chriſti aduentum: facta eſt mutatio per gratiam ⁊ dexteram dei excelſi. Qm̄ populus iudaicus: ex quo Chriſtum cōtēpſit ⁊ fidem eius ſpreuit: merito a deo tunc eſt reprobatus ⁊ maledictus. Econtra vero: populus qui nunc eſt chriſtianus ſed antea paganus: ex quo Chriſti fidem cordialiter ſuſcepit ideo ex hoc nunc eſt a deo electus ⁊ benedictus. De qua benedictiōe.i. electione dicitur j. Pe.2. Vos eſtis gens ſancta pp̄lus acquiſitionis: vt virtutem ānuncietis ei qui de tenebras vos vocauit in admirabile lumē ſuū Qui aliqn̄ non pp̄lus: nunc autē pp̄lus dei. Qui non conſecuti miſericordiam: nūc autē miſericordiam conſecuti. hec ibi. De tali etiā populi iudaici reprobatione: ⁊ populi Chriſtiani electione. ꝓpha in perſona ipſius xp̄i dicit. Populus quē non cogno.ſ.ante aduētum meū ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.ſ.poſt aduentum meum. Filij alieni mentiti ſunt mihi.i.populus iudaicus: ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis.i.a vijs fidei vere ⁊ virtutis: ex qbus etiā patet declaratio ſcd̄e veritatis. ⁊ ſic etiam patet moralis expoſitio euangelij ſacri. Poſt cuius declarationem qm̄ in ſuperioribus ſufficienter declaraui ſecundam ipſius ſacratiſſime fidei excellentiā vʒ neceſſitatem volens ordinate procedere: habeo in preſenti tertiam ipſius fidei excellētiam declarare: que dicitur excellentia dignitatis. Cuius tertie excellētie declaratio talis erit.

¶ De vnitate ſacratiſſime fidei quō.ſ.ē vna ſola vera fides ⁊ non plures.

T Ertia igitur excellentia ſacratiſſime fidei in ordine declaranda dicitur excellentia vnitatis. In hac igitur excellentia habemus videre: an neceſſario ſit vna vera fides: an poſſint eſſe plures. Cum enim triplex ſit fides ſub qua cōiter viuit totū genus humanum. vʒ. fides Chriſtianoꝝ: fides iudeoꝝ: ⁊ fides ſaracenoꝝ: ſeu theucrorū: qui obſeruant legem Machometi. videndum ē ⁊ declarandū an omnes ſaluari poſſint ſub ſua fide: obſeruando ea que ſua fides cuiqʒ p̄cipit: vtputa. An bonus iudeus ſm̄ legē ſuā. Similiter ſaracenus. Similiter chriſtianus poſſint ſaluari quilibet in ſua. An ſolum ſaluetur neceſſario ſub vna ſola fide quicūqʒ ſaluat. vtputa ſub fide Chriſtianoꝝ: ſiue ſub lege eorum. Ad huius igitur q̄ōnis ⁊ excellentie clarificationem. tres articuli ſunt precipue declarandi. Quoꝝ primus dicitur articulus falſe opinionis. Scd̄us dicit᷑ articulus firme tentiōis. Tertius dicitur articulus egregie ſatiſfactionis.

¶ De tribus alijs articulis circa vnitatem fidei declarandis. Et p̄mo de p̄mo articulo declarando in quo oſtenditur falſa opinio illorum: qui dicūt vnūquēqʒ poſſe ſaluari ſub ſua fide.

P Rimus articulus circa vnitatum fidei declarādus: dicitur articulus falſe opinionis. Circa queſtionē ſupra poſitam. Cuʒ queritur an quiſqʒ ſaluari poſſit ſub ſua lege ⁊ fide: obſeruando tamen ea que cuiqʒ ſua fides precipit: fuit falſa imo falſiſſima opinio quorūdam dicentium: ꝙ ſic. Nam quidam tenuerunt ꝙ realiter quiſqʒ ſaluari poteſt ſub ſua lege: qd̄ tripliciter probare conati ſunt. Primo auctoritatibus. Scd̄o rationibus. Tertio admiratione.

¶ Primo probant duabus auctoritatibus quaꝝ p̄ma eſt Joel̄ ꝓphe.2.c. dicentis. Omnis quicūqʒ inuocauerit nomen dn̄i ſaluus erit. Sed cum omnes ſub ſua fide inuocent deū ergo omnes ſub ſua lege ſaluari poſſunt.

¶ Scd̄a auctoritas eſt Apoſtoli.j.Thi.2.dicentis. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. ¶ Scd̄o hoc idem probare nituntur tribus precipue rationibus. Primo ratione finalitatis. Scd̄o rōe ſuperabilitatis. Tertio rōne cauſalitatis. ¶ Primo probant ratione finalitatis. vnūquēqʒ ſaluari i ſua fide ⁊ lege. Fundamentum rōnis eoꝝ ponit phs 2.phyſi. qui dicit. Agens ſm̄ rōnem agit naturaliter ꝓpter finem: qd̄ ſi ſic eſt: ergo deus qui eſt pfectiſſim⁹ in ratiōe ⁊ itellectu ex quo creat de nihilo animas omniū hominū eas facit propter aliquē finem: quo conceſſo. Si queritur quo fine creauit deus omnes infideles.ſ. omnes iudeos: omnes ſaracenos: omnes turchos: ⁊ etiam chriſtianos. Claruʒ eſt ſm̄ Augu. ⁊ omnes theologos in.j. diſtin. 46. ꝙ omnes creauit ad hoc vt beatificent᷑. Sed cum dicatur. j. politico. ⁊.3. de anima. ꝙ deus nihil facit ocioſum in natura. concluditur per conſequens: ꝙ quilibet moraliter viuens in ſua lege ⁊ fide ſaluatur. ¶ Scd̄o hoc idem probant ratione ſuperabilitatis. Fundamentum rationis eorum ponit phs. lib.j. metha. di. Vnumquodqʒ entium vtitur nā

ſibi propria.patet hec regula.Cum eni ignis
naturaliter ſit calidior ſole: qui tamen non
formaliter:ſed virtualiter:vel effectiue calid⁹
eſt. Ideo maiorem calorem emittit.Quo p̄-
ſuppoſito certum eſt:ꝙ in natura ⁊ in eſſen-
tia dei duo precipue ſunt.ſ.miſericordia ⁊ iu
ſtitia.dicente ꝓpha.Duo h audiui:quia ptās
dei eſt:⁊ tibi dn̄e miſericordia. Et alibi dicit
Miſericordia ⁊ veritas obuiauerūt ſibi.Sꝫ
clarum eſt:ꝙ maior eſt miſericordia in deo
q̄ꝫ iuſtitia.dicente Iac.2.c.Miſericordia ſup
exaltat iudiciū.⁊ ps.dicit. Miſerationes ei⁹
ſuper omnia opera eius.Et Hieronym⁹ de
pen.diſtinc.j.quia diuinitatis.dicit. Quia di
uinitatis natura clemens eſt ⁊ pia: ⁊ magis
ad indulgentiam q̄ꝫ advindictam prona.hec
ille.Et rōnem de hoc aſſignat Ricar.in.4.
diſtinc.46.artic.2.q.2.di. ꝙ miſericordia eſt
deo naturalior:eo ꝙ reſpicit bonitatem ſue
nature.Iuſtitia vero reſpicit peccata: quare
ſi vt patet miſericordia eſt deo magis natu-
ralis q̄ꝫ iuſtitia.Et vnumq̄dqꝫ ſequitur pro
prietatem ſue nature: bene concludit ꝙ de⁹
ex abūdantia ſue miſericordie ſaluat omnes
qui moraliter viuunt ſub ſua fide ⁊ lege.
¶Tertio hoc idem probant ratione cauſali-
tatis. Fundamentum rationis eorꝫ ponit
Auctor lib.de cauſis.di. Quicquid eſt cauſa
cauſe:eſt etiam cauſa cauſati. patet hec regl̄a
Nam ſi quis fuit cauſa plantandi arborem
eſt etiam cauſa omniū fructuū ex illa deſcen
dentium. Quo preſuppoſito certū eſt:ꝙ de⁹
eſt qui creat hominē:⁊ cauſa lib.arbi.dicēte
Salomone Sapien.10.Fecit deus hominē
rectum: ⁊ reliquit eum in manibus conſilij
ſui.Et Eccleſia.15.dicitur.Deus ab initio cō
ſtituit hominem.⁊ reliquit eum in manu cō
ſilij ſui.Sed clarum eſt:ꝙ libe.arbi.eſt cauſa
peccati.di.pho.3.ethico. Voluntaria ſūt vitia
ſicut ⁊ virtutes.Q̄d ſi ſic eſt:ergo ſequitur ꝙ
deus eſt cauſa peccati . Sic enim dicitur ex
de iniur.⁊ dam.da.c. ſi culpa . Qui cauſam
dāni dat:dānum dediſſe videtur: imo quod
plus eſt:ſi deus dānaret moraliter viuentes
in ſua lege.preſuppoſito etiam ꝙ peccarent :
magis eſſet peccator:q̄ꝫ omnes dānandi. et
ratio eſt:quia.2.metha.dicitur. Quicquid eſt
cauſa aliorum vt ſint talia:id maxime ē tale
ſicut exempli gratia.Si ignis eſt cauſa cale-
factionis:ideo ipſe maxime eſt calidus. Sed
cum impoſſibile ſit deum eſſe cauſam dire-
rectam alicuius mali.⁊ per conſequens dā-
nationem aliquorum.bene ergo concluditur
ꝙ omnes moraliter viuentes in ſua fide et
lege ſaluantur.¶Tertio deniqꝫ probant ali
qui generali admiratione:ꝙ omnes ſub ſua
lege ⁊ fide viuentes ſaluari poſſunt. Dicunt
enim.Si deus ſolū eos ſaluaret qui ſub vna
fide viuunt.⁊ ceteros omnes ab illa fide alie
nos damnaret.valde mirū omnibus homi
nibus mundi generaliter appareret:et preci
pue cum pauciſſimi ſaluētur.Multi vero dā
nentur. et ſic ex predictis auctoritatib⁹:ratio
nib⁹:⁊ generali admiratione. patet falſa opi
nio dicentiū. ꝙ vnuſquiſqꝫ ſaluari poteſt in
ſua lege ⁊ fide. Et per conſequēs etiā patet
primus articulus circa vnitatē fidei declarā
de.qui dicit articulus falſe opinionis.
¶De ſcd̄o artic'o circa vnitatē fidei declarā
do:in quo oſtēdit ꝙ ſimplr eſt vna ſola vera
fides et ñ plures: i q̄ ſaluari pt qcūqꝫ ſaluat.

SEcundus articulus circa vnitatē fi-
dei declarādus.dicit articulus firme
tentionis.Quoniā ut ait phus pmo
Elenchoꝝ. ⁊ primo rethorice ſue. Oppoſita
iuxta ſe poſita magis eluceſcūt. ſicut album
magis eluceſcit. apud nigrū q̄ꝫ ſi nullū nigꝝ
adeſſet.Ideo poſtq̄ꝫ demonſtraui falſaꝫ opi-
nionē dicentiū. ꝙ vnuſquiſqꝫ ſaluari poteſt
ſub ſua fide.habeo nunc in preſenti articulo
declarare veram opinionem ⁊ rectam:quo-
modo.ſ.nō eſt poſſibile homines ſaluari niſi
ſub vna ſola fide ⁊ lege.propter quod dico ꝙ
de neceſſitate ſalutis eſt:ꝙ quiſqꝫ firmiter te
neat ⁊ credat:ꝙ ſit ſola lex ⁊ fides:in qua ſo-
la:⁊ non in aliqua altera ſaluatur : ⁊ ſaluari
poteſt:quicūqꝫ ſaluari debet ⁊ ſaluatur. Et
ꝙ neceſſe eſt credere:ꝙ ſit vna ſola fides in
toto mundo:in qua ſola ⁊ non altera quiſqꝫ
ſaluat. Quintupliciter ꝓbo. Primo ratio
tionibus. Scd̄o auctoritate. Tertio diſtin
ctione. Quarto ſimilitudine. Quinto reue
latione. ¶ Primo ratione quadruplici:q.ſ.
neceſſe eſt tenere ⁊ credere ꝙ ſit vna ſola fi-
des in toto mundo:in qua ſola non in alte-
ra ſaluatur:quicūqꝫ ſaluatur ⁊ ſaluari debet
Primo ratione obiectionis. Scd̄o ratōe
ſubiectionis. Tertio ratione diuerſificatio-
nis. Quarto ratione infuſionis.¶ Primo
probo ratione obiectionis:ſiue obiecti. Fun-
damentum rationis ponit Tho.ſuper libro
de ſenſu ⁊ ſenſato.di.Simplex obiectū ſim-

plicem potentiam ⁊ non diuerſam requirit. patet hec regula. Cum enim qᵹ ſint obiecta ſpecifica ſenſibilium: ideo qᵹ dicim⁹ eſſe ſenſus. Et quia color vt dicitur in ſcōo de anima. eſt ſimpliciter obiectum viſus: ideo ſimpliciter vnus ſenſus qui eſt potentia viſiua ⁊ non auditiua. ſimpliciter dirigi poteſt ſeu dirigitur ad ipſum colorem videndum: quod nullus aliorum ſenſuum diuerſorum facere poteſt. Exemplifica de alijs ꝓut vis. Quo preſuppoſito vȝ. ꝙ quandocūqȝ obiectum eſt vnum: neceſſarium eſt eſſe tm̄ vnam potentiam: ⁊ per conſequens tm̄ vnū actum. Certum eſt autem ꝙ deus ſimpliciter inquantum eſt veritas increata: eſt vnuȝ ſolum obiectum cuiuſlibet intellectus rationalis. ſic enim dicitur Exodi. 20. Audi Iſrl. dominus deus tuus vnus eſt. Et ꝓpha dic. Non erit in te deus recens: quod cōfirmās Ricar. in. 3. diſtin. 23. articu. 5. q. 2. dicit. Obiectum fidei eſt veritas increata: ad quā creata omnia reducuntur. hoc idem aſſerit Tho. ſcōa ſcōe. q. j. articu. j. Sic inſuper obiectum intellectus ſpeculatiui eſt ipſa veritas: que ēt reducitur ad primam veritatem. Vnde phs 2. metha. dicit. Intellectus ſpeculatiui finis ⁊ delectatio eſt veritas. Et. 6. ethico. ait. Bonū intellectus eſt ſcientia ⁊ veritas. Et ṗmo de anima dicit. Intellectiua ⁊ ſpeculatio veritatis videntur eſſe proprie paſſiones anime. ꝙ ſi ſic eſt: ꝙ vna eſt ſimpliciter in ſe veritas diuinarum rerum ſeu credendorum. ſ. veritas increata: quā non variat nec diuerſificat in aliquo diuerſitas: vel varietas credendorum: qm̄ talis increata veritas rerum non pendet vllo modo ex ipſis hominibus: aut ex diſpoſitionibus eorum credendorum: neceſſe eſt concludere: ꝙ vnius veritatis ſimpliciter ⁊ debet eſſe vna apprehenſio: ſicut ⁊ vni⁹ coloris vna eſt apprehenſio: ſicut ⁊ vnius coloris vna tm̄ eſt potentia. ſ. viſiua eum apprehendens. ⁊ hoc quantum ad apprehenſum: lȝ ſint varij modi apprehenſionum: ſicut vn⁹ apprehendit ſignum cum ſagitta tenens arcum altum. Alius procliuium: alius in parte dextra: ⁊ alius in parte ſiniſtra. Ex qua ratione neceſſario: neceſſario concluditur: ꝙ cū apprehenſio iſtius increate veritatis nō poſſit eſſe in cōmunitate omnium hominum: niſi per credulitatem ⁊ fidem: bene ſequitur quod vna ⁊ cōmunis debet eſſe credulitas omnium hominum. Cum autem iudei credant in meſſiam venturum. Saraceni vero ⁊ theucri in Machometum: ⁊ chriſtiani in Chriſtum: propter quod ⁊ diuerſas leges ſequūtur ⁊ opera. clarum eſt ꝙ duas ſectas neceſſario oportet eſſe falſas: cum probatuȝ ſit ꝙ vnum ſit ſimpliciter obiectum cuiuſlibet humani intellectus. ſ. veritas increata: ⁊ oīa que ad eam reducuntur. ¶ Scōo etiam probo ratione ſubiectionis ſiue ſubiecti: ꝙ ſimpliciter eſt vna bona fides: ⁊ non plures. Fūdamentum rationis ponit phs. 3. de anima. dicens. Scientie ſecantur quēadmodum ⁊ res a quibus vel de quibus ſunt ſcientie. hoc idem confirmat idem phus ṗmo de anima ⁊. 2. methaphy. ⁊. 8. topicoꝝ. ꝙ ſcientia trahit nobilitatem a ſuo ſubiecto. patet hec regula. Quia enim anima eſt diuerſa genere a corpore. Ideo ſm phm ṗmo de anima. diuerſificat ſcientiam ab eo. Similiter quia ignis ⁊ aqua ſunt diuerſa genere: ideo diuerſificāt act⁹ ſuos. Ex quo bene patet: ꝙ ſi plura ſint ſubiecta ⁊ diuerſa: ergo plures erūt ⁊ diuerſe ſcientie ab eis procedentes. Econtra vero ſi vnum eſt ſimpliciter ſubiectū: vna erit ſimpliciter ⁊ ſcientia. Quo preſuppoſito ꝙ vni⁹ ſubiecti vna ſimpliciter eſt ſcientia. Certum eſt ꝙ intellectus eſt vnus ſpē in tota generatione humana. Vnde Tho. in. 2. di. 32. ⁊ dñs Bonauentura ibidem in queſtionibus circa litteram. q. vltia dicunt. ꝙ omnes anime rationales ab origine ſunt equales: quantum ad ſubſtantiam ⁊ eſſentiā. Quia vt dicit phs 3. metha. Species equaliter predicantur de ſuis indiuiduis quod eſſe nō poſſet: ſi forme eſſent inequales. Et ratio eſt ſȝ Tho. Quia cum omnis diuerſitas formalis que non ꝑ reſpectum ad materiam ſit diuerſitas ſm ſpeciem. teſte pho. 10. metha. omnes anime q̄ ſint eiuſdem ſpeciei: relinquitur ꝙ nulla diuerſitas: ⁊ per conſequens inequalitas ſit i animabus humanis: hic non loquor de aīa Chriſti: que fuit perfectior omnib⁹ animab⁹ etiam in naturalib⁹: quia naturaliter habuit meliorem intellectum: memoriam: ⁊ voluntatem: ꝗ quelibet alia aīa. lȝ ꝓpter hoc non ſit egreſſa timore humane ſpēi. Nec inſuper loquor: ꝙ vna aīa ꝑ accñs nō ſit ꝑfectior altera reſpectu melioris cōplexionis corporis: prout dicit phs. 2. de anima. Sȝ loquor ſimpliciter: ꝙ natura hominis ſiue natura aīe

quantum ad ſubſtantiam ⁊ eſſentiam:vna ⁊
eadem eſt apud omnes:vnde iudei intellect⁹
⁊ ſaraceni nihil differt ab itellectu chriſtiani
⁊ econuerſo.dicente Porphirio in ſuis vni-
uerſalibus. Plures homines ſunt vnus hō
participatione vnius ſpeciei. Species enim
eſt collectio in vnam ⁊ eandem naturaꝫ. Et
ibidem ait. Pe vero que ſunt hominis pro-
prietates.dico autem eius qui eſt cōis erunt
equaliter eedem in omnibus. Idem autem
eſſet vniuſcuiuſqꝫ vnum ⁊ idem:neqꝫ inten-
ſionem:neqꝫ remiſſionem ſuſcipit.hec ibi. ꝙ
ſi vt patet natura omnium hominum ē eq̄-
lis:⁊ eſt eadem apud omnes nationes mun
di: ergo ſequitur ꝙ ⁊ naturalia erunt eadem
apud omnes. Ideo quecūqꝫ debentur crea-
tori iure nature:ſeu iure naturalium.cōmu-
niter ei debentur ab omnibus ⁊ apud oēs.
Ideo cultus q deo debetur naturaliter: ſiue
propter eius excellentiam:ſiue propter bene-
ficiorum ⁊ donoꝝ naturalium obligationeꝫ
cōmunis eſſe debet apud omnes. Sed cum
talis cultus qui deo debetur ab omnib⁹ iure
nature nihil ſit niſi principia quedam fides.
vꝫ.⁊ credulitas. Ideo ꝓpter hoc neceſſe ē cō
cludere:ꝙ vna ſola ⁊ non plures ſit fides et
credulitas:que deo debetur. ꝙ ſi ſint plures
credulitates:ſicut ⁊ ſunt. Igiť ſic diuerſimo-
de credentes neceſſe eſt agere contra naturā
⁊ ſic quoddam malum ⁊ peccatum . Igitur
propter hoc neceſſe eſt tenere:ꝙ vna ſit ſim-
pliciter vera fides:⁊ non plures. Et ſic confir
matur iſta ratio. Videmus enim ꝙ affectio
num cauſe apud omnes:⁊ apprehēſiones ea
rum etiam erga deum eedem ſunt. Nā ſpei
cauſa in omnibus eſt apprehenſio diuine li-
beralitatis ⁊ miſericordie. Amoris autem
cauſa eſt apprehenſio diuine bonitatis. Igiť
cum affectiones iſte eedem ſint apud omnes
⁊ apprehenſiones que ſunt cauſe illoꝝ eedeꝫ
apud omnes erunt. Apprehenſiones in pre-
ſenti de deo:oportet eſſe fidei: propter virtu-
tem intellectus hominum: vt in precedenti-
bus monſtratum eſt. ꝙ ſi ſic eſt:ergo a ſimili
vera fides:vna ⁊ eadem erit neceſſario apud
omnes. Si autem aliquis obijceret.di. Cum
enim.3.de anima dicatur. Scientie ſecantur
quēadmodum ⁊ res:igitur cum fides ſit de
rebus coniunctis materie tranſmutabili: et
de re ſeparata a materia:⁊ de deo ⁊ de mo-
ribus hominū: videtur ꝙ ad minus poſſint
eſſe tres fides.ſ.naturalis:diuinalis:⁊ mora-
lis. Ad hoc reſpondeo:ꝙ ⁊ ſi de rebus diuer
ſis diuerſe ſint ſcientie.hoc debet intelligi q̄ñ
conſiderantᷣ non in relatione ad aliquid vnū
quod ſit ꝑncipiorum ſubiectum. In fide autē
non eſt ſic:imo omnia que conſiderantur in
fide ⁊ creduntur:conſiderantur ⁊ creduntᷣ ſꝫ
aliquā comparationem ad aliquid vnum:qꝺ
eſt ꝑncipioꝝ.ſ.articuloꝝ fidei ſubiectuꝫ.ſ.deū
Vel dicas ſm̄ Ricar.in prohemio.j.q.2.ꝙ
quecūqꝫ conueniunt in rōne vna poſſunt ad
vnam ſcientiam pertinere. Vnde etiam oīa
inquantum conueniunt in ratione entis:per
tinent ad methaphiſicaꝫ. eo ꝙ methaphiſica
tractat de omni ente vniuerſaliter. Vn̄ phs
4.metha.dicit.ꝙ vnius ſcientie conſideratio
ē de ente vniuerſaliter. Et Auic.j.metha.ſue
dicit.ꝙ ſubiectum mediante eſt ens inquātū
ens. Sic ergo a ſimili dico. Cum fides infu-
ſa ſit ſimpliciter de diuerſis articulis ⁊ reb⁹
per ſolam rationem ⁊ virtutem diuinam:q̄
omnia ſimul complectitur. Omnia enim ab
ipſo deo:⁊ ad ipſum ſunt: exiſtens vna ſim-
pliciter:poteſt etiam eſſe de diuerſis rebus.
Ex quibus omnibus patet ſcđa ratio. ¶Ter
tio probo fidem neceſſario eſſe vnam ratiōe
diuerſificationis. Fundamentū rationis po
nit phs.j.poſterioꝝ.⁊.4.metha.dicens. Affir
matio ⁊ negatio nunqꝫ ſunt vera de eodem.
patet hec regula. Nam ꝙ aliquid ſimul ⁊ ſe
mel ſit album ⁊ non album:calidum ⁊ nō ca
lidum:hoc eſt impoſſibile: quia neceſſario oꝫ
ꝙ illud ſit ſimpliciter:aut album aut non al-
bum:aut calidum aut non calidum. Quo p̄-
ſuppoſito cum bonum ⁊ malum ſint in reb⁹
Sed veꝝ ⁊ falſum ſint in intellectu: vt dicit
7.metha.certū ē: ꝙ fides qua quiſqꝫ ſaluan
dus eſt:non poteſt eſſe ſimul vera ⁊ falſa:q̄m
vt dicitur.10.metha. Duo cōtraria non ſtant
ſimul. Sed manifeſtum eſt:ꝙ aliqui: vꝫ puta
iudei ⁊ ſaraceni affirmant ſuam fidem eē bo
nam. Fidem vero chriſtianoꝝ eſſe oīo falſaꝫ
Oppoſitum chriſtiani dicunt:qꝺ ſic pꝫ. Nā
lex Machometi concedit.12.vxores vt bonū
lex vero chriſtianoꝝ prohibet:vt malū. Tunc
vltra peto:aut habere.12.vxores eſt bonū ſm
ſuam rōnem aut malum. Sed claꝝ eſt:ꝙ lex
chriſtianoꝝ cum prohibeat hoc vt malum:et
⁊ lex machomenti concedat vt bonuꝫ: ꝙ hoc
omnino eſt impoſſibile. vꝫ. ꝙ lex machometi
ſit ſimul bona ⁊ mala: ⁊ ſic dico de quauis

alia fide ⁊ lege. ꝙ autem quiſq; iudicet ſuam fidem ſimpliciter vel legem eſſe bonam: et econtra omnem aliam malam. patet. q2 qſq; fauet eis qui ſue adherent fidei. Nam chriſtiani baptizant ſaracenos ⁊ iudeos. ⁊ econuerſo: ipſi dant chriſtianis ſuas cerimonias. Econtra etiam per oppoſitum: omnis ſecta igne ⁊ ferro perſequitur ſentientes contraria ſue fidei tanq̃ rem malam. imo plus perſeq̄t illos q̃ fures ⁊ raptores. Quibus omnibus premiſſis: cum impoſſibile ſit ꝙ vna ⁊ eadẽ fides ſit ſimul vera ⁊ falſa. Ideo per conſequens impoſſibile eſt eſſe niſi vnam ſolam ⁊ veram fidem: qua deo exhibetur verus cultus. ¶ Quarto deniq; probo ratione infuſionis: ꝙ ſimpliciter eſt vna ſola fides: i qua ſaluatur quicũq; ſaluatur. Fundamentum rationis ponit phs. 2. de generatione ⁊ corruptione. di. Idem manens idem: ſemꝑ aptum natum eſt facere idem. patet hec regula Nam ignis manens ignis: ſemper calorem emittere poteſt: ⁊ non frigus. Quo preſuppoſito certum eſt: ꝙ fides a deo in anima infũditur. dicente Auguſtino in lib. de libe. arbi. ⁊ ponitur de conſecra. diſtinc. 4. c. Gratia. Fides inquit non eſt liber. arbi. tm̄. Sed eſt dei donum. Et Sapien. 3. dicitur. Dabitur ei fidei donum electum ⁊ ſors in templo dei acceptiſſima. Qđ ſi ſic eſt: ꝙ fides eſt a deo. cum deus ſit ſemper manens. Idem inuariabiliter ergo neceſſario infundit in animabus vnam ſolam fidem: ⁊ non diuerſas Nam aliter ſibi facere eſt impoſſibile: quia vt probatum eſt: cum oporteat aliquã fidem eſſe veram: aliquam vero falſam: ſequeret̄ ꝙ deus ipſemet mutabilis eſſet: ⁊ inſuper diuerſe ſubſtantie ⁊ nature: pro eo ꝙ vni infunderet fidem ſalutiferam: alteri vero non ſalutiferam ⁊ dãnabilem. Et vltra hoc videretur ꝙ deus eſſet acceptator perſonarum: qđ eſt impoſſibile: ⁊ etiam hereticũ credere. Sic enim dicitur. 32. q. 4. c. ſic. ⁊ de conſecra. diſt. 4. c. nequaq̃. ⁊ ex de preben. c. venerabilis. Apud deum nulla eſt acceptio perſonarum: propter quod oportet concludere: ꝙ deꝰ vnã ſolam fidem omnibus exhibet: qui volunt accipere ⁊ non plures. Et ideo libro de cauſis dicitur. Cauſa prima exiſtit in omnibꝰ rebus ſm̄ diſpoſitionẽ vnã. Et Plato in thimeo dicit. Prima cauſa eſt ſine vlla variatione. Et. 7. ethico. phus. ait. Simplicis ⁊ imutabilis nature ſemper vna ⁊ eadem actio ẽ. Que ſimul omnia confirmans Salomon Sapi. 6. ait. Puſillum ⁊ magnum diligit deus: et eſt ei equaliter cura de omnibus. Ex predictis igitur quattuor rationibus clariſſime pʒ qualiter ſimpliciter eſt ſola vna ⁊ vera fides ⁊ non plures: in qua ſaluabit̄ quicũq; ſaluat̄

¶ Scđo hoc idem probo vnica auctoritate Auguſtini. libro de verbis domini. dicentis. Vna ſola eſt fides deo grata: ⁊ omnibus ſalutifera: in qua omnes ſaluantur: ⁊ extra quã ſaluari ipoſſibile ẽ. hec ille. ¶ Tertio hoc idẽ probo vnica diſtinctõe. beati Tho. ſcđa ſcđe q. 4. arti. 6. in corpore. q. dicentis. Cuʒ querit̄ an tm̄ ſit vna ſola ⁊ vera fides. an poſſint eẽ plures? Reſpondeo ꝙ fides vera tm̄ vna eſt Nam fides ſi ſumatur per habitum. dupliciter poteſt cõſiderari: vno modo ex parte obiecti. Et ſic eſt ſimpliciter vna fides. Obiectũ enim fidei formale: eſt veritas prima: cui inherendo credimus quecũq; continentur ſub fide. Alio modo ex parte ſubiecti: ⁊ ſic fides diuerſificatur ſm̄ ꝙ eſt diuerſorum. Manifeſtum eſt autem ꝙ fides ſicut ⁊ quilibet aliꝰ habitus ex formali ratione obiecti hʒ ſpeciẽ. Sed ex ſubiecto indiuiduatur. Et ideo ſi fides ſumitur pro habitu quo credimus: ſic fides eſt vna ſpecies: ⁊ differens numero i diuerſis hominibus. Si vero ſumatur pro eo quod creditur: ſic etiam eſt vna fides: ꝙ idẽ eſt qđ ab omnibus creditur ⁊ credi debet. lʒ etiam ſint diuerſa credibilia: qua cõmuniter omnes credunt: q2 omnia reducũtur ad vnũ ħ Tho. verbaliter. ¶ Quarto hic idem ꝓbo vnica ſimilitudine: ꝙ vʒ. neceſſe ẽ vnam ſolã eſſe fidem ⁊ non plures: quã ſimilitudinẽ ponit phus. 8. politico. verſus principium. Om̄ inquit vnꝰ eſt finis ciuitatis omnium. Ideo neceſſarium eſt ad eius finem conſeruandũ eſſe vnam diſciplinam ⁊ eandem omnium. hec ibi. Ex qua ſimilitudine accipio: ꝙ de rebus ordinatis directe ad vnum finem: vna ẽ vita: vna ſciẽtia: vna diſciplina: ergo a ſimili cum omnia que ſunt fidei directe referantur ad vnum finem. ſ. deum. ſiue vitam eternam ſicut dicitur Joã. 20. Hec ſcripta ſunt vt credatis. ⁊ vt credentes vitam eternam habeatis. cõcluditur neceſſario ꝙ vna ſit ſola fides vnus ſolus cultus dei: vna ſola fidei religio: ⁊ non plures: qua mediante finem conſeq̄t vite eterne: quicũq; eternam vitam conſequi

debet. ¶ Quinto deniq̧ probo reuelatione ꝙ.ſ.vna eſt vera fides. Nam in legenda ſancte Cecilie habet᷑.quomodo ſenex quidam.ſ. Angelus apparuit valeriano Cecilie marito:cum libello in manibus. vbi erant ſcripta verba Apli ad Ephe.vnus deus. vna fides. vnū baptiſmū.vnus deus ⁊ pater omniū. q eſt ſuꝑ omnes:⁊ per omnia eſt benedictꝰ.hec ibi.dic hiſtoriā ad litteraꝫ ſi vis:ut habes in legendario.⁊ etiaꝫ in lectionibꝰ breuiarij. Ex predictis itaq̧ rationibꝰ. auctoritate. diſtinctione.ſimilitudine.atq̧ reuelatione.patet q̄liter impoſſibile eſt eſſe niſi vnam ſolam fidē veram bonā et ſalutiferā. Et qualiter impoſſibile eſt omnes ſaluari ſub lege ⁊ fide ſua. ⁊ per conſequēs etiam patet ſecūdus articulꝰ circa vnitatem fidei declarādus. qui dicitur articulus firme tentionis.

¶ De tertio articulo circa veritateꝫ fidei declarādo de ſatiſfactione:ↄtra dicētes ꝙ qſq̧ poteſt ſaluari ſub ſua fide.

Tertius deniq̧ articulus circa vnitatem fidei declarādus: dicit᷑ articulus egregie ſatiſfactionis. Qm̄ aliq adhuc dubitare poſſent.ꝙ.ſ. non ſit niſi vna ſola vera fides:pro eo ꝙ in primo articulo demonſtratū eſt oppoſitū ꝑ auctoritates.rationes.⁊ etiā generalē admirationē. ut quilibet intellectꝰ poſſit firmiter credere ⁊ tenere. qđ ſimpliciter in articulo ſecūdo monſtratū eſt. idcirco declarabo ſingillatim ſupradictas auctoritates.rōnes. atq̧ generalem admirationem.et per cōſequens omnis mens plene ⁊ egregie ſatiſfacta remanebit. Et qm̄ tria in oppoſitum ſunt propoſita: ideo tres ſatiſfactiones faciemus.Quarū.⁊c̄. Prima dicit᷑ ſatiſfactio auctoritatū. Secunda ſatiſfactio rationū. Tertia dicit᷑ ſatiſfactio admirationū. ¶ Prima ſatiſfactio facienda dicit᷑ auctoritatū. Due eniꝫ auctoritates propoſite fuerunt.ꝙ.ſ.queliꝫ fides poteſt eſſe bona:⁊ ꝑ cōſequens quiſq̧ in ſua fide ſaluari poteſt. Et prima fuit Joelis prophete.2.c.di. Omnis q cūq̧ inuocauerit nomen dn̄i ſaluꝰ erit.Quā declarando dico:ꝙ ille terminus oīs.non intelligit᷑ ꝙ omnes illi ſaluant᷑: qui tm̄ deū adorant ⁊ inuocant. Sed qui eū in veritate fidei adorant. Proinde ꝓpheta dicit. Prope eſt dominꝰ omnibꝰ inuocantibus eū in veritate. Vbi glo.dicit. Ergo longe eſt dominꝰ ab oibus inuocantibus eū cum fidei falſitate. hec glo. Et ideo Ricar.in.4.di.15.ar.4.q.7.querit.An oratio a quolibet facta ſemꝑ ſit audibilis a deo. Et reſpondet di.ꝙ nō. Sed oportet ꝙ oratio ſalutifera quattuor habeat conditiones. Prima ē ꝙ ille qui petit:petat humilr̄.reputando ſe indignū tali gratia. Secūda eſt:ꝙ ille qui petit: petat ſalubriter:ideſt ea tm̄ que ꝑtinent ad ſalutem.prout eſt gratia:illuminatio intellectus:remiſſio peccatoꝝ ⁊ huiuſmodi. Tertia eſt ꝙ ille qui petit: petat ꝑſeuerāter.quoniā dominꝰ Matth.10. dicit. Qui ꝑſeuerauerit vſq̧ in finē hic ſaluus erit. Quarta cōditio ē ꝙ ille q petit petat fideliter.i.ꝙ petat cū firma fide ⁊ non cum dubia ⁊ falſa.Quam verā fidem:cū non oīs teneat. exquo ſimpliciter vna eſt. ut probatum eſt.ↄcluditur ꝑ conſequēs ꝙ nō oīs ſaluatur in ſua fide ⁊ lege.prout prima auctoritas oſtēdere videbat᷑.Secūda auctoritas que videbatur oſtēdere.ꝙ oīs ſub ſua lege ſaluari poterat.⁊ qua ꝓ ſcuto aliqui allegebant fuit pauli ꝑmo Thi.2.di.Deus vult omnes hoīes ſal.fieri. Quā auctoritatē egregie dn̄s Bonauētura declarans in ꝑmo.di.46.ar.j.q.j. in corpore.q.dicit.Cum querit᷑ an iuxta auctoritatem pauli deꝰ ſimpliciter velit omnes homines ſal.fieri. Reſpondeo ꝙ duplex eſt voluntas dei.ſ.antecedens ⁊ abſoluta: conſequens ⁊ conditionata. Volūtas antecedēs ⁊ abſoluta eſt illa q̄ reſpicit ordinē nature prout a deo condita eſt.⁊ qꝛ omne bonū a deo eſt volitū.etiā omnē naturā rōnalē ſeu intellectualem bonū eſt ſalutē obtinere. Ideo hac volūtate deus q̄ꝫtum in ſe eſt. vult omnes hoīes ſal.fieri.Quod patet:tū ex ꝑte nature date:tū ex parte gratie oībus oblate. dedit eni cuilibet naturā ſm̄ quā quiſq̧ poſſet finē ſuū cognoſcere:⁊ cognitū querere:⁊ queſitū inuenire:⁊ inuenta inherere: ac ꝑ hoc ſalutē obtinere. Gratiā quoq̧ ſimpliciter obtulit.dū filium miſit ⁊ preciū pro omnibꝰ dedit.leges etiam oībus ⁊ mandata propter hoc exhibuit. Volūtas vero dei conſequēs ⁊ cōditionata reſpicit ordinē ꝑmo ex ꝑte li.ar. in quo incidit etiā ſpontaneū malum.⁊ quia non eſt bonū omnes homines ſaluos fieri.niſi ſub cōditionibus iſtis.ut .ſ.qui ſe preparat ⁊ ſaluari conſentit.ideo vult deus ſaluare benefaciētem ⁊ volentem. Nolentem vero ⁊ malefacienteꝫ ⁊ ſue gratie reſiſtentē.non vult deus ſaluare:quia hoc facere.nec bonum nec iuſtū

eſſet.qđ bene patet exemplo ſolis.Nam licꝫ ſol omnes homines q̄ntum eſt in ſe illuminare velit.tamē qui oculum claudunt ⁊ ſponte ſe auertunt.nō illuminant̄ a ſole. Sic deꝰ q̄ntum in ſe eſt paratus eſt omnes illuminare per gratiā ⁊ ſalutem. Sed qui obſtaculū ponunt nequaq̄ʒ ſaluant̄. Habes etiam exēplum in rege q̄ntū ad cōformitatem nature omnes ſub ſuo regno conſtitutos vult ſaluare ⁊ bonū habere.tamen propter culpe deformitatem:⁊ ſuorum preceptoꝝ transgreſſionē vult oīno eos nō ſaluari:ſed damnari.Ex q̄ diſtinctione patet.qualiter deus non vult ſaluare omnes ſub diuerſis legibus viuentes. ſed ſimpliciter q̄ ſub vna fide ⁊ lege bene viuunt.Ex quibus omnibꝰ patet illa ſatiſfactio contra falſam opinionem. vꝫ.auctoritatum.

¶Secūda inſuper ſatiſfactio contra falſam opinionē aliquorū facienda dicit̄ rationum. Ultra enim auctoritates tres rationes prepoſite fuerunt. ꝙ.ſ. quelibet fides poteſt eſſe bona . et quiſq̄ʒ per conſequens poteſt ſaluari in ſua fide.quibus plene ſatiſfaciam: ad ſingulos ſingulariter reſpondendo. Ad primam autē rationē.ſ.finalitat̄. ꝙ deꝰ.ſ. nihil facit niſi propter finem. ergo creauit omnes homines proter finem:⁊ quia ille finis eſt beatitudo. Reſpondeo ꝙ omnia predicta vera ſunt.Cum autē cōcluditur.ergo omnes ſaluant̄. ex quo deus nihil facit fruſtra. Nego h̄ eſſe veꝝ.immo falſiſſimū eſt.Et ratō.quia ut dicit̄ li. de regimine prin.non puenitur ſimpliciter ad finem aliquē niſi ꝑ medium eius Sicut non acquiritur ſanitas ſine medio medicine.ꝙ ſi ſic eſt.ergo nullus finem vite eterne poteſt adipiſci niſi habeat mediū quo mediate poſſit acquiri. Et ideo non ſufficit iudeos ⁊ ſaracenos ⁊ inſuper xpianos creatos eē ad finem beatitudinis ad hoc ut ſaluentur.ꝙ ſi dicerent Iudei ⁊ Saracenos omnes nos medium habemus. ſcilicꝫ fidem noſtrā cum operibus:qua mediate omnes ſaluari poſſumus. Reſpondeo ꝙ non ſufficit habere medium:niſi illud mediū ſit conueniens cum fine.quia ſm philoſophū ſecūdo Thopicorū.⁊ ſeptimo Methaphiſice. Ea que ſunt ad finē debent regulari ſm ꝙ dictat ratio finis. vnde non quelibet medicina eſt ſufficiens dare alicui ſanitatem.ſed illa ſolum que eſt conueniens ad expulſionem infirmitatis.Sic a ſimili dico:ꝙ non ſufficit omnes habere ſuā fidem cum operibus. ſed oportet ꝙ talis fides cum operibus ſit conueniens cum fine beatitudinis.Cum autem impoſſibile ſit: ꝙ triplex predicta fides ſit conueniens cum fine.Sed vna tantū prout in ſecundo articulo monſtratum eſt. ideo concluditur. ꝙ non omnes ſaluantur ſub ſua fide. ſed ſolum ſub vna fide ſaluantur.Ex quibus omnibus.patet.ꝙ prima ratio nihil concludit . Ad ſecundā rationē qua ſic arguebatur vnumqđq̄ʒ vtitur natura ſua propria.⁊ per conſequens cum in deo ſit miſericordia ⁊ iuſticia:⁊ miſericordia naturaliter ſuperet iuſticiā. vide argumentū ſupra. Reſpondeo ꝙ deus vtit̄ natura ſua. Sed cum natura dei ſit ordinatiſſima in ſeruando ordinem quē ipſe nature dedit:ut dicitur.8. Phiſicorum.⁊ ordo dei eſt cum hominibus.ut quicūq̄ʒ voluerit miſericordiam ⁊ ſalutem:eam ab eo accipiat. Ideo ſaluare volens ordinē:non tantū non ſaluabit omnes.immo ſtante libertate arbitrij in quo ſalutem poſuit ⁊ miſericordiam: nullatenus poteſt ſaluare nolentes. dicente Auguſ. ſuper Ioan. Qui fecit te ſine te.non ſaluabit te ſine te.Et apoſtolus ad hebreos.5.ait. Factus eſt omnibus obtempantibus ſibi cā ſalutis eterne.Cum igitur omnes predicti ſaluari nolint:cum aliqui ſponte falſe fidei adhereant.ut infra patebit. Ideo argumentum eorum nihil concludit. Immo magis cōcludit oppoſitū.ꝙ.ſ.plures ex iuſticia damnabūtur.que tanta eſt in deo.nec minor q̄ʒta miſericordia. cum omne quod eſt in deo habeat rationē infinitatis.et ſic idem ꝙ ipſe deus Ex quibus omnibus patet ſatiſfactio ſecunde rationis. Ad tertiā deniq̄ʒ rationem .vꝫ. quicqđ eſt cauſa cauſe ē cā cauſati. ergo ſi tot damnant̄.cum non damnētur niſi mediate peccato quod ex libe.ar. procedit.ſequitur ex hoc ꝙ deꝰ eſt cauſa potiſſima oīm illorū peccatorum. et per conſequēs deus eſt maximꝰ peccator. Reſpondeo ſm Bonauenturā in ſcđo di.37.ar.2.q.j.Et ſm Tho.in prima ꝑte ſumme.q.49.ar.2.ꝙ hoc non eſt verum.ꝙ ſcꝫ deus ſit cauſa peccati effectiue. q̄uis ipſe deus ſit cauſa libe.ar. Et ratio eſt:quia defectus cauſe ſcđe.ſ.li.ar.procedit ſimpliciter ab ipſa cauſa ſcđa .ſ.ab ipſo li.ar. ſicut exempli gratia. Si miniſter facit aliqđ cōtra mādatū dn̄i.non reducit̄ hoc in dn̄m ſicut in cauſam primā:ſed ſimplr̄ in miniſtꝝ. quod ut clariꝰ

patcat exemplū declaro. Ecce quidā domi-
nus videt quandā iuuenculā paupculā qui
dicit ſeruitori ſuo ſiue famulo porta.25.duca
tos matri eius paupercule.ut eaȝ nuptui tra
dat. vadit ille ſeruus ⁊ dicit matri iuuencu-
le.dabo tibi.25.aureos:ſi vis ꝙ ſemel cum fi
lia tua peccem:que ſtatim cōſentit. peto igiť
nunc:quis eſt cauſa principalis ⁊ potiſſima
illius peccati? O tu dices forte.dn̄s fuit cau-
ſa:q dedit.25.ducatos ſeruo. R̄n̄deo nō ē ve
rum. Ratio eſt: quia non dedit ſeruo duca-
tos illo fine. Sed ille ſpōte ⁊ malo fine vſus
eſt. Sic eſt in propoſito de deo.quia de⁹ideo
dedit li.ar.ut quiſqȝ ſimpliciter faceret bonū
⁊ ſaluareť.et non ut faceret malum ⁊ ſic dā-
naretur. Et ratio eſt philoſophi ſc̄do de ge-
nerrtione.⁊ cor.dicentis. Ab eodem agēte pe
nitus in ſe non diuerſificato non egreditur
perfectū et imperfectū. ſicut nec ab arbore ſi
mul egreditur fructus dulcis et amarus. ſed
bonum dicit perfectionem: malū imꝑfectio-
nem.quia dicit priuationē modi:ſpēi:⁊ ordis
penes q̄ determinať perfectio creature. Cum
igitur deus ſit agens ꝑfectiſſim⁹non in ſe di
uerſificatus.ergo cū bona actio ſit ab ipſo.ſe
quitur ꝙ mala ideſt peccata nō eranť ab eo
dē.propter quod Deuterono.32.dicitur. Dei
perfecta ſunt opera.⁊ Matth.5. etiam diciť.
Eſtote perfecti:ſicut ⁊ pater celeſtis ꝑfect⁹eſt
Deniqȝ Auguſt.li.83 .queſtionū ait. Deo au
ctore nullus homo deterior fit. Ex quib⁹ om
nibus patet.ꝙ tertia ratio nihil concludit. et
per conſequēs etiā patet ſecūda ſatiſfactio q̄
diciť rationū. ¶ Tertia deniqȝ ſatiſfactio cō
tra falſam opinionē aliquoꝝ facienda diciť
admirationis . Arguebať enim ꝙ generalis
oībus mirū videretur ſi deus ſimpliciter ſal
uaret omnes qui ſub vna fide viuūt.alios ve
ro omnes cum ſint quaſi innumerabiles dā
naret.quod dicebat oīno eſſe impoſſibile et
incredibile. Quib⁹ ſatiſfaciendo dico.ꝙ nul-
li debet eſſe mirū ⁊ incredibile. Si deus oēȝ
multitudinē dānet.preter eos qui ſub vna fi
de viuūt.immo oībus deberet mirū appare
re.ſi deus aliter faceret.vnde nō tantū eſt ve
rum. ꝙ omnes ab vna vera fide dei ſemoti
et alieni damnētur.ſed etiam hoc eſt cōueni
entiſſimū.quod tripliciter ꝓbo . Primo au
ctoritatibus. Secundo rationibus. Tertio
ſimilitudine. ¶ Primo ꝓbať auctoritatib⁹.
Nam Matthei.20.diciť. Multi ſunt vocati
pauci vero electi.vbi ait glo. Nullus miretur
ſi pauci ſaluanť:⁊ multi damnanť . q2 a deo
omnes vocati citi⁹ eligūt penas: q̄ȝ eternas
delicias. Et Matth.7.diciť. Arta eſt via que
ducit ad vitaȝ.ſ.nolentibus eam ſequi:⁊ pau
ci intrāt per illā.ampla ⁊ ſpacioſa eſt q̄ ducit
ad perditionē.et multi intrāt per illā. ¶ Se-
cūdo hoc idē probo triplici ratiōe. Primo
ratione electionis. Secūdo ratione inueſti-
gationis. Tertio rōne operationis. ¶ Pri
mo probo ratione electionis.ꝙ.ſ.nullus mi-
rari debet ſi omnes damnātur preter illos
qui ſub vna vera fide viuūt. Fundamentuȝ
ratiōis ponit ph̄us.3.Ethicoꝝ.dicēs. Volū
tarie ſunt virtutes ſicut ⁊ vitia.quod confir-
mans Sap̄.Eccliſt.15.ait. Ante hominē bo
nū ⁊ malū:vita et mors. quodcūqȝ voluerit
dabitur ei. Quibus adherēs. Ambro.15.q.1.
c. Non eſt.ait. Voluntariū ſibi militē eligiť
xp̄us:⁊ volūtariū ſeruū dyabolus auctionať
Neminē enim iugo peccatoꝝ aſtrictū poſſi-
det. niſi ſe ei prius ere peccatoꝝ vendiderit.
hec ille. Quo preſuppoſito.ꝙ.ſ.virtus et qua
quiſqȝ ſaluať eſt voluntaria:bene cōcludit.ꝙ
ſi tot damnātur.nullus debet mirari.exquo
voluntarie ſibi eligunt talem damnationeȝ.
Cauſa igiť q̄re tot damnāť ⁊ pauci ſaluanť.
ſiue ꝑueniunt ad regnū eterne beatitudinis
eſt.quia deus nequaq̄ȝ vult cogere aliquem
cū ſinat ordinē iam datū reb⁹ oībus ſeruari
Et ꝙ videlȝ ſit.ꝙ pauci curent venire ad vir
tutē vere fidei.⁊ ꝑ conſequēs ad regnū cele-
ſte.ꝓbať auctoritate ꝓphete.di. Dn̄s de celo
proſpexit ſuꝑ filios hoīm:vt videat ſi eſt in-
telligēs aut requires deū.ſ. per veram fideȝ.
omnes declinauerūt.ſ.a vera fide. ſimul inu
tiles facti ſunt.non eſt qui faciat bonū nō eſt
vſqȝ ad vnū. Hoc idem ꝓbať etiam figura:
ſiue ſimilitudine. Nam omnes ſimul ad ce-
nam agni ꝓuidi inuitati noluerūt venire. ut
diciť Luce.14. Ibi enim diciť homo quidaȝ
ſcȝ Deus fact⁹homo fecit cenā magnā:⁊ or-
dinauit:verā fidem:⁊ inuitauit multos.i. om
nes:⁊ miſit ſeruū ſuū.ſ.paulū et alios apoſto
los:ſiue angelū bonū dicere inuitatis.ut ve-
nirent.ſ.ad veram fidē. quoniā omnia pata
erant:⁊ ſeqtur in Euangelio. ⁊ ceperunt om
nes ſimul ſe excuſare:quoꝝ excuſatio ꝑfecto
eſt ſtulta ⁊ inualida. Sic eni diciť Prouer.3
Excuſatio ſuperboꝝ ignominia. Et ratio eſt
quia nō ſic ſe excuſarent ad cenam tpalem.

aut ad temp[or]ale lucrum. Primus igit[ur] dixit. villã emi. vbi notat[ur] appetitus diuitiaru[m]: qui ex superbie radice procedit. quia ppter hunc appetitũ homo sup[er]bus efficitur. Seq[ui]tur neceſſe habeo exire. ſ. ab eterno[rum] contemplatione. [et] a mei consideratione: [et] a vere fidei cognitione. ſequitur [et] videre illã. i. ſtudiũ applicare ad temp[or]alem gloriã. ſicut pauo ad caudã ſuam. Propriũ enim ſup[er]bo[rum] eſt ſ[ecundu]m Greg. Oculos simpliciter non ad deũ: ſed ad ſuam gloriã leuare. contra quos dicit[ur] in pſal. Oculos ſuperbo[rum] humiliabis. Sequit[ur] rogo te habe me excuſatũ. glo. Humilitas ſonat in voce. ſed ſuperbia in actione. Sequit[ur] alter aut[em] dixit. Juga bouũ emi quinq[ue]. i. curioſitat[em]. 5. ſenſuũ: temp[or]alia inueſtigando multo labore queſiui. quod facit auarus. qui cor: linguam: manus: pedes: oculos: ſemp[er] hab[et] occupatos circa iſta t[em]p[or]alia bona. dicente Salomõ. Eccleſiaſtes. 10. Inſatiabilis oculus auari. Seq[ui]tur [et] eo probare illa. Ecce viciũ curioſitatis [et] ſolicitudinis. Rogo habe me excuſatũ. q[uasi]. Aliu[d] ſum in multis occupatus. ut dictũ eſt. Alius dixit. vxorem duxi: [et] ideo non poſſum venire. glo. vxor eſt concupiſcentia carnalis. hãc vxorem ducit. qui ſ[ecundu]m carnis deſideria viuere proponit. Iſta cõcupiſcentia carnis cũ ſua delectatione. precipue viget in ſaracenis. [et] iõ non curãt ad fidem veram ſe cõuertere. De quibus Osee. 5. dicit[ur]. Non dabũt cogitationes ſuas [et] reuertãtur ad d[omi]n[u]m deum ſuũ. q[uia] ſpecies fornicato[rum] in medio eo[rum] e[st]: [et] d[omi]n[u]m nõ cognouerũt. hec ille. Ex prefata igit[ur] auctoritate [et] ſimilitudine euidenter apparet. qualit[er] omnes. ſ. infideles ſe excuſant. [et] nolũt venire ad nuptias vere fidei: ſeu eterni regis: ſ[ed] magis tribuunt ſe prout dicit[ur] in prima Joan. 2. Superbie: auaritie: atq[ue] luxurie. Et ideo iuſte ex ſua libera [et] ſpontanea voluntate damnant[ur]. Sicut etiã dicit[ur]. 23. q. 4. c. diſplicet. Nã quis neſciat hominẽ niſi merito male volũtatis damnari: [et] merito volũtatis bone ſaluari. hec ille. Et Ber. dic[it]. Nihil ardet in inferno niſi propria volũtas. tolle propriã voluntat[em]: et iam non eſt infernus. Item. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor. d[icitu]r. Vaſis ire nunq[uam] de[us] redderet interitũ: ſi nõ ſpõtaneũ iuenire tur homo habere peccatũ. hec ibi. Et ideo cõcludo. ſicut nõ miraret[ur] ſi aliquis ex libera voluntate ſe precipitaret in profundo lacus: cũ a nullo cogeret[ur]; [et] dereſeret palatiũ plenum magno theſauro. q[uo]d libere habere potuiſſet. Sic certe nullus debet mirari ſi plures dãnantur q[uam] ſaluant[ur]. Ex quo ipſi libere eligunt damnationẽ ſuam: [et] libere reſpuũt fidem veram: et eternã gloriam. ¶ Secũdo etiam p[ro]bo ratione inueſtigationis. q[uod] nullus debet mirari ſi omnes damnant[ur]. qui ſũt extra ſolam [et] veram fidẽ. Fundamentũ rationis po nit[ur]. 3. Ethi. [et] etiã extra de iniu. et dã. da. ca. ſi culpa. vbi dicit[ur]. Ignorantia neminẽ excuſat cum ignorat q[uod] ſcire debuit. Quo preſuppoſito: etiam a ſimili dicõ de illis q[ui] ſunt extra veram fidẽ. quoniã inexcuſabiles ſunt ſi damnãtur. quoniã neſcierũt que ſcire tenebantur [et] debuerũt. Et ſi diceres. Ob. credebant fidem ſuam fore bonã. Reſpõdeo q[uod] non tenet talis excuſatio. quia debebant querere veritatem ab hominib[us]. vel a deo per orationes q[ui] eis reuelaſſet: vel inſpiraſſet veram fidem. Et ideo ſi aliquis volens corporaliter ambulare. nollet preuidere vie pericula cum poſſet. Sed oculis clauſis aut auerſis incedere vellet: merito imputaret[ur] ſibi [et] ignorantie ſue. ſi quid mali ei ex hoc accideret. Item ſi q[ui]s vellet ire ad aliquẽ locũ viam ignorans. [et] habens paratum qui viã ſibi oſtenderet: [et] ducatum preberet. ſed nollet ſibi viam oſtendi. [et] ducatũ preberi: imputaret[ur] ſibi. ſi quid mali ei accideret. Ergo a ſimili cum ſpiritualia p[er]icula ſint magis periculoſa. Et per conſeq[ue]n[ti]s magis cauenda. Sequit[ur] ſi q[ui]s circa illa negligens fuerit in preuidendo: ſeu veritatem querendo. merito ei imputat[ur]: cum in p[er]iculum ceciderit ſue damnationis. Nam ideo de[us] dedit cuilib[et] intellectũ [et] rationẽ: ut querat [et] cognoſcat bonum a malo. [et] verum a falſo. q[uo]d qui non fecerit: aut per negligentiam: aut per craſſam ignorantiam: ſeu p[er] maliciã: vtiq[ue] et penam meretur [et] inexcuſabilis eſt. Sic enim dicit[ur] Luce. 12. Seruus ſciens voluntat[em] d[omi]ni ſui [et] non faciẽs: plagis vapulabit multis. Et Ap[osto]lus. 1. Corin. 14. ait. Ignorans ignorabit[ur] vbi glo. dicit. Qui ſcire potuit [et] noluit: nõ veniam ſed penam promeret[ur]. Et Auguſt. Nõ omnis ignorans eſt immunis a peccato. Ille ignorans debet excuſari a pena qui a quo diſceret non inuenit. Illi autem hoc ignoſci non potuit. qui habentes a quo diſceret operam non dederunt. hec ille. Et Gregorius in moral[ibus]. [et] põitur. 38. di. c. qui ca. inquit. Qui ca que dei ſunt ſapiunt. a d[omi]no ſapiunt[ur]: [et] qui

quod p[ro]p[ri]a in ferno ardet ni[si] p[ro]pria voluntas

ea que dei ſunt neſciunt a domino neſciun-
tur.atteſtante Paulo qui ait. Qui ignorat
ignorabitur.hec ille. Ex predictis patet ꝙ ſi
iudei ⁊ ſaraceni errant:talis ignorantia eis
eſt iputanda:exquo ſi volunt poſſunt ab alijs
de veritate informari:⁊ precipue a deo:vnde
ſi quis viuit ſm legem nature diligens deū
⁊ proximum naturali amore: ⁊ deū inuocat
quantum poteſt: vt ei viam ſalutis reuelet:
aut per angelum:aut per aliquā perſonam:
aut per inſpirationē intrinſecam tenetur ei
deus aliquo predictorum modoꝝ:ſm Alex.
in.3.parte ſumme circa finem. reuelare verā
fidem:⁊ veram viam ſalutis: qḋ vtiqꝫ ſemꝑ
fecit ⁊ faciet:proinde ait ꝓpha. Cuſtodit dñs
omnes diligentes ſe.vbi ait glo. Qui deum
naturaliter diligit:habet deum qui eum in
via veritatis dirigit ⁊ cuſtodit. Et Salomō
prouer.2.ait. Cuſtodiet rectorum ſalutem et
proteget dominus gradiētes ſimpliciter. Ex
qua ratione inueſtigatiōis bene patet. ꝙ nul
lus mirari debet de multorum infideliū dā
natione. Exquo viam veritatis nolunt in-
ueſtigare. ¶ Tertio inſuper probo rōne opa-
tionis naturalis:ꝙ nullus mirari debet de
multitudine dānandorum. Fundamentum
rationis ponit phs.4.ethic.di. Qualis vnuſ-
quiſqꝫ eſt:talia naturaliter vult: talia loquit
⁊ talia operatur.hec ibi.patet hec regl̄a. Nā
armiger loquitur de factis armorum:⁊ exer
cet ſe in eis. Similiter medicus loquitur de
medicinis. Agrigola vero de agricultura:⁊ ſe
in eiſdem exercent: nec miratur aliquis de
hoc ꝙ ſic faciunt: ſed magis miratur de hoc
ꝙ ignis calefacit: ſol illuminat: ⁊ huiuſmodi
quorum cauſe ſunt ignote eis. Quo preſup-
poſito certum eſt:ꝙ deus naturaliter eſt iu-
ſtus:⁊ iuſtitiam diligit. dicente ꝓpha. Iuſtꝰ
dominus ⁊ iuſtitias diligit. ꝙ ſi ſic eſt. ergo
mirandum non eſt:ſi iuſtitia dei eos qui ſibi
ſunt inobedientes ⁊ rebelles punit ⁊ dānat
imo exquo tantā multitudinē creauit ad finē
beatitudinis:debet qſqꝫ mirari diuitias bo-
nitatis ſue:pro eo ꝙ tante multitudini tot et
tanta contulit bona in hoc mundo: cū tamē
preuideret eos omnes futuros malos: cum
etiam ſm Angelum.peccator non ſit dignꝰ
pane quo veſcitur. Nullus ergo de taliū dā
natione miretur:non enim miraretur aliqs
ſi dominus aliquis felle potaret ſeruum qui
ei fellis potum dedit. Sed miſeri infideles ⁊
peccatores dant deo cibum fellis: cum eum
peccatis ſuis offendunt. dicente ꝓpha in ꝑ-
ſona dei. Dederūt i eſcam meam fel:⁊ in ſiti
mea potauerunt me aceto. Ex predictis igit
tribus rationibus patet qualiter non eſt mi-
randum ſi deus tot dānet:exquo dānantur
ex demerito infidelitatis:atqꝫ peccatoꝝ ſuoꝝ
¶ Tertio poſtremo etiam probo ſimilitudīe
qualiter nullus mirari debet de tanta mul-
titudine dānatorum. Sicut enim videmus:
ꝙ nullus miratur:ſi hoc aliquis metat quod
ſeminat:imo potius miraretur de oppoſito.
Sic certe a ſimili multo minus mirandum
eſt ſi peccatores ⁊ infideles metūt mala poſt
mortem. Exquo peccata ⁊ infidelitatem ſe-
minauerunt in vita preſenti. Eccle.7.dicit.
Noli facere mala:⁊ non te apprehendent.
Et ibidem dicitur. Non ſemines mala i ſul
cis iniuſtitie:⁊ non metes ea in ſeptuplum.
Deniqꝫ Apoſtolus ad Gal.6.concludit. di
cens. Que eni ſeminauerit homo.hec et me-
tet:qm̄ qui ſeminat in carne: de carne metet
corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu
de ſpiritu metet vitam eternam. Ex ꝑdictis
igitur omnibus patet tertia ſatiſfactio: ꝙ vꝫ
nullus mirari debet ſi neceſſario dānantur
omnes qui ſunt extra vnam ſolam ⁊ veram
fidem:⁊ per conſequēs etiam patet tertia ex-
cellentia ipſius ſacratiſſime fidei:qua neceſſe
eſt credere ⁊ tenere:ꝙ ſimpliciter ſit vna ſola
⁊ vera fides:⁊ non plures. In qua ſaluantur
quicūqꝫ ſaluantur. In qua vnica fides nos
omnes bene viuere faciat dñs noſter Jeſus
xp̄us:q in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in
ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſcd̄a poſt dñicam quadrageſime de
quarta excellentia ipſiꝰ ſacratiſſime fidei que
dicitur excellentia virtutis.

r Eſpice:fides tua te ſaluū fecit. Luc.18.c.⁊ i euāgelio preterite dominice.

Poſtqꝫ fideliſſimi ciues ſufficienter declarauimus tertiā
excellentiam ſacratiſſime fidei: in qua mon-
ſtratum eſt:qualiter neceſſe eſt tenere: ꝙ ſim
pliciter ſit vna ſola vera fides ⁊ non plures:
in pñti ſermone habemus declarare ⁊ vidē
quartam excellentiam ipſius benedicte fidei
que dicitur excellentia veritatis vnde cū pre-

Suppoſitum ſit:ꝙ ſimpliciter inter omnem fidem eſt vna ſola ſalutifera fides:habemus videre que ſit illa vera fides ⁊ ſalutifera inter omnes ⁊ ab omnibus tenenda:vtputa hem⁹ videre:an ſola fides Chriſtianoꝛuꝫ ſit bona: ſeu ſola fides iudeoꝛum:ſeu etiam ſola fides ſaracenoꝛum atqꝫ turchoꝛuꝫ. Et ſic breuiter dico ꝙ ſola fides bona:vera:optima:atqꝫ ſalutifera:nec non ⁊ ab omnibus tenenda:eſt fides chriſtianoꝛum ſanctiſſima:in qua ſola: ⁊ non in aliqua altera omnes ſaluant͛ quicūqꝫ ſaluantur. Et hec concluſio ꝓfecto debet ee̅ maximi gaudij:leticie:atqꝫ cōſolationis:apd̄ omnes chriſtianos:cum tm̄ ipſi ſoli in ſtatu ſint vere fidei ⁊ ſalutis:⁊ inſuper ipſi ſoli pn̄t deum verū colere:vere diligere:⁊ eidem vere ſeruire. Et ꝙ ſola chriſtianoꝛū fides vera ſit ⁊ ſalutifera:⁊ non altera.12.validiſſimis atqꝫ foꝛtiſſimis argumentis clariſſime ⁊ apertiſſime demonſtro. Quoꝛum pͥmum dicitur argumentum teſtificationis. Scd̄m dicitur argumentum ſubiugationis. Tertium dicit͛ argumentum obiectionis. Quartum dicit͛ argumentum reuelationis. Quintum dicit͛ oꝛdinationis. Sextum dicitur completiōis. Septimum dicitur tolleratiōis. Octauū dicitur intranſmutationis. Nonū dicitur argumentum confirmationis. Decimum dicitur argumētū diſperſiōis. Undecimū dicitur argumentū opinionis. Duodecimū dicitur argumentum durationis.

¶ De.12.argumentis quibus oſtenditur ꝙ ſola fides chriſtianoꝛum eſt vera ⁊ ſalutifera

PRimū igitur argumentū quo oſ̄dit͛ ſolam fidem chriſtianoꝛum ee̅ veraꝫ ⁊ non alteram dicitur argumentum teſtificationis. Clarum eſt enim ſicut experiētia docet:ꝙ ſi aliqui teſtes nolunt de aliqua re teſtificari publice:ſed tm̄ ſecreto falſi ee̅nt. Sed ſi teſtificantur in iudicio de aliqua re: eis omnino ab omnibus fides certa adhibet͛ propter quod cū fides chriſtiana habeat veras ⁊ quaſi innumerabiles teſtes ſuper oēm aliam fidem ⁊ legem:mandatū eſt quod eadē chriſtiana fides ſeu lex verioꝛ eſt ⁊ certioꝛ alia fide ⁊ lege. Quibus teſtibus fidei:ſeu legis chriſtiane. Triplici ꝑcipue reſpectu plena ⁊ certa fides:omnino ab omnibus eſt exhibenda. Quoꝛum primus dicitur reſpectus pluriſicationis. Scd̄s dicitur reſpectus cōcoꝛdationis. Tertius dr̄ reſpcūs ſcificatōis.

¶ De triplici reſpectu quo fides adhibenda eſt teſtibus fidei chriſtiane. Et pͥmo de pͥmo.

PRimus igitur reſpectus quo fides omnino adhibenda eſt teſtibus chriſtiane fidei dicitur reſpectus pluriſicationis. Certum eſt enim vt habet͛ Matth. 18.⁊ ex̄ de teſtibus ⁊ atteſtationibus.c. In oī negocio.⁊.c.Cūm que vertitur. ⁊ de teſtis.c. relatum.el pͥmo.ꝙ ſimplr̄ duobus teſtibus vel tribus aliquid in iudicio aſſerentibus fides adhibetur. Nō ſi ſic eſt:quāto magis fidei ſeu legi chriſtiane:fides eſt ab omnibus adhibenda:que non ſolum duos aut tres teſtes habet:ſed quaſi innumerabiles ⁊ infinitos. De quib⁹ aliquos precipue h̄ ponemus Quoꝝ pͥmus fuit Ioā.baptiſta. de quo Io. j.c.dicitur. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt oēs crederent per illum. Et ibidem de Chriſto loquens dicit. Ipſe eſt.ſ.xp̄us:qui poſt me uēturus eſt:qui ante me factus eſt:cuius nō ſuꝫ dignus vt ſoluam coꝛigiam calciamentoꝛuꝫ eius. Et ibidem dicitur Io.teſtimoniū perhibebat de xp̄o ⁊ clamabat.di. Hic eſt quem dixi:qui poſt me venturus eſt:⁊ ante me factus eſt:q prioꝛ me erat:⁊ de plenitudine ei⁹ omnes accepimus gratiam pro gratia:quia lex per Moyſen data eſt:gratia ⁊ veritas p Ieſum xp̄m facta eſt. Et infra ſubditur. Altera autem die vidit Io.xp̄m venientem ad ſe:⁊ ait. Ecce agn⁹ dei:ecce qui tollit peccata mundi.hic eſt de quo dixi poſt me venit vir: qui ante me factus eſt:quia prioꝛ me erat:et ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtaretur in iſrl̄.ꝓpterea veni ego in aqua baptizans: ⁊ teſtimonium perhibuit. Ioā.di. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de celo:⁊ manentem ſuper eum:⁊ qui miſit me baptizare in aqua:ille mihi dixit. Sup quē videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manenteꝫ ſuper eum.hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſcō: ⁊ ego teſtimonium perhibui ⁊ vidi:quia hic eſt fili⁹ dei.hec ibi. Ecce iam habes. O fides chriſtiana vnum teſtem fide dignū. ¶ Scd̄s teſtis fuit Petrus pͥnceps apoſtoloꝛuꝫ:qui Matth.16.de xp̄o dicit. Tu es xp̄s filius dei viui. Et Io.6.c. Idē dic̄. Nos cognouim⁹ ⁊ vidim⁹:qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei. Cui⁹ teſtimoniū fuit tāte virtut͛ ⁊ veritat͛:ꝙ vt h̄r Act.x.c. Cū ipe fidē xp̄i ꝑdicaret:ſtatim de⁹ ei⁹ verba cōfirmauit. Ibi.n.dr̄ ſic. Adhuc loqnte Petro

verba hec.cecidit ſpiritus ſanctus ſuper oēs qui audiebant eum:⁊ in nomine Chriſti baptizati ſunt.hec ibi. Tertius teſtis fidei chriſtiane fuit Joā.euangeliſta.de quo Joan.j.c. dicitur. Vidimus gloriam eius:gloriā quaſi vnigeniti a patre:plenum gratie ⁊ veritatis. vbi glo.ait. Vidimus.i.cognouimus:per miracula:per vocem lapſam de celo:per tranſfigurationem: reſurrectionem: aſcenſionem : ſpiritus.ſ.miſſionem:gloriam eius talem et tantam:vt decet vnigenitum dei patris. hec glo.. Item.j. Jo.j.c.dicitur.Qđ fuit ab initio qđ audiuimus ⁊ vidimus oculis noſtris: qđ perſpeximus:⁊ manus noſtre contractauerunt de verbo vite. Et vita manifeſtata eſt : ⁊ vidimus ⁊ teſtamur:⁊ ānunciamus vobis

¶ Quartus teſtis fidei chriſtiane fuerūt oēs ſimul apoſtoli:in quorum perſona Petrus loquens Act.10.c.dicit. Nos teſtes ſum⁹ oīuꝫ que fecit Jeſus in regione iudeorum:⁊ ierlm quē occiderunt ſuſpendentes in ligno: hunc ſuſcitauit deus tertia die:⁊ dedit eum manifeſtum fieri non omni populo. Sed teſtibus preordinatis a deo:nobis qui māducauim⁹ ⁊ bibimus cum illo:poſtq̄ꝫ reſurrexit a mortuis:⁊ precepit nobis predicare populo ⁊ teſtificari:quia ipſe eſt conſtitutus a deo iudex viuorum ⁊ mortuorum.hec ille. ¶ Quintus teſtis fidei chriſtiane fuerunt ſimul omnes prophe:de quibus Act.10.dicitur. Huic oēs prophe teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomē eius.ſ.Chriſti

¶ Sextus teſtis fidei chriſtiane fuerūt cuꝫ Chriſto reſuſcitati . De quibus Matth.27. Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt cum illo.ſ.cum Chriſto:⁊ apparuerunt multis:et introierunt in ſanctam ciuitatē. Inter quos reſuſcitatos ſicut legit̄ in euangelio Nichodemi. ſurrexerunt duo filij Nichodemi. vꝫ Carinus ⁊ Leoncius:qui vꝫ populo iudaico ſolam chriſtianam fidem aſſeruerunt eē veram. ¶ Septimus teſtis chriſtiane fidei: fuerūt ipſi iudei:q ſm Nico.de lira:cognouerūt chriſtum eſſe dei filium: ⁊ precipue ſcribe et doctiſſimi in lege ſacerdotes:ſed inebriati inuidia:perdiderunt veram cognitionem ipſi⁹ Chriſti.De qbus ꝓphetauit optime Dauid dicens. Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut ebri⁹ ⁊ omnis ſapientia eorum deuorata eſt.Et iō Matth.9.c.dicitur. Egreſſis autem illis. vꝫ iudeis:obtulerunt ei hominem mutū demonium habentem:⁊ eiecto demone locutus ē mut⁹. Et admirate ſunt turbe:dicentes.nūq̄ꝫ apparuit ſic homo in toto iſrael. hec ibi. Et Joan.xj.c.dicebant ipſi iudei . Quid facim⁹ quia hic homo multa ſigna facit . Si enim dimittimus eum ſic:omnes credent in eum

¶ Octauus teſtis chriſtiane fidei fuit Job:q paganus erat ⁊ idumeus:lꝫ viueret ſm legē naturalem. Qui Job.18.c.dicebat. Scio eni q redemptor meus viuit. ⁊ in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum:⁊ rurſum circūdabor pelle mea:⁊ in carne mea videbo deū ſaluatorem meum:quē viſu.ſum.ego ⁊ ocu. m.ꝯſpec.ſunt. Repo. eſt hec ſp.m.in ſin.meo hec ibi. De quo Job Augu.lib.18.ciui.dei.c. 47.ait. De beato etiam Job mirabili viro qui nec indigena nec proſelitus.i.aduena populi iſrael fuit. Sed ex gente idumea genus ducens.Chriſtum verum confeſſus eſt:diuinitus autem prouiſum fuiſſe non dubito: vt ex hoc vno ſciremus:etiam per alias gētes eſſe potuiſſe:qui ſm deum vixerunt:eiq̄ꝫ placuerunt pertinentes ad ſpiritualē ieroſolimā quod nemini conceſſum fuiſſe credendū eſt : niſi cui diuinitus reuelatū eſt.hec ille. ¶ Nonus teſtis chriſtiane fidei fuit Joſephus qui fuit iudeus:⁊ in veteri iudeoꝝ lege doctiſſimus:q capt⁹ fuit in vltima captiuitate ierlm per Titum ⁊ Veſpeſianum facta. hic eni ſic ait. De Chriſto in quodaꝫ opere ſuo.fuit igt eiſdem tꝑibus: Jeſus ſapiens vir: ſi tñ eum virū noīare fas eſt.Erat eni mirabiliū operum patrator:⁊ doctor eoꝝ qui libenter que ventura ſunt audiūt:⁊ multos ex gentib⁹ ſibi adiunxit.poſt crucem aūt his qui cuꝫ dilexerāt iterum apparuerit:⁊ ab eis viſus eſt ſm q prophe de ipſo predixerūt.hec ille. ¶ Decim⁹ teſtis chriſtiane fidei:fuerūt ipſi demones:q vt habet̄ Matth.8.aſſerebāt xp̄m eē dei filium dicentes. Jeſu fili Dauid vt quid ante tp̄s veniſti torq̄re nos: Qđ ꝯfirmās Augu. 18.ciuita.dei.c.47.ait. Hoīes plures de xp̄o prophare ipulſi ſunt:tā ipius grē pꝛicipes:q̄ꝫ exptes.mali autē angeli ⁊ demones pñtem xp̄m quē iudei nō agnoſcebāt publice ꝯfeſſi ſunt.hec ille. ¶ Vndecim⁹ teſtis xp̄iane fidei fuerūt phi:q cū tꝑe paſſiōis xp̄i athenis eēnt ⁊ vidiſſent ꝯ nām:ſimul eclipſare ſolē ⁊ lunā nec valerent aliquo modo inuenire cauſam nālem illius eclipſis:ſeu obſcurationis ſolis ⁊ lune:ad hoc iducti ſunt.ſ.per ſpiritū ſanctū

ut ſic dicerent:⁊ precipue maximus ille phi-
loſophus Dionisius ariopagita. Aut de⁹ in-
quiūt nature patitur. Aut tota machina mū-
dial' deſtruitur ⁊ ob hoc conſtituerūt arā il-
lam deo ignoto. vȝ xp̄o qui tūc in cruce mor-
tem tollerabat. Duodecim⁹ teſtis fidei xp̄ia-
ne fuerunt ipſi tres magi. qui ut habet͛ Mat-
thei.2.capitulo. Viſa ſtella iam dudū nūeri
24.per balaam prophetā venerunt ab orien-
te Hieroſolimā:⁊ tandem in bethleez. ⁊ ob-
tulerunt ipſi xp̄o. vȝ dei filio adoratione pre-
13 cia aurū:thus:et mirrā. Tredecim⁹ teſtis xp̄i-
ane fidei fuer͛t ipſi angeli q̄ Lu.2.paſtorib⁹ di-
xerunt. Ecce euangelizo vobis gaudium ma-
gnū. quod erit omni populo. quia natus eſt
nobis hodie ſaluator:qui eſt xp̄us dn̄s in ci-
uitate dauid. Et hoc vobis ſignū. quia inue-
nietis infantem pannis inuolutū: ⁊ poſitum
in preſepio: ⁊ ſubito facta eſt cuȝ angelo mul-
titudo celeſtis exercitus : laudantiū ⁊ dicētiū
gloria in al.d.⁊ inter.p.h.b.vol.hec ibi. Item
Luce primo ca. Angelus gabriel teſtificatus
eſt xp̄m dei filiū de virgine Maria naſcitu-
rum. Unde ibi ſic dicit͛. Miſſus eſt angelus
Gabriel. Dic totū ſi vis. In reſurrectiōe eti-
am xp̄i. ut habet͛ Matth.28.⁊ Jo.20. Appa-
ruerūt quattuor angeli xp̄i reſurrectionē te-
ſtificantes. Similiter in eius aſcenſione ha-
betur Act.j. Apparuerūt duo angeli. Ibi eni
ſic dicit͛. Cumq̄ȝ intuerent͛ in celū eunteȝ illū
ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtib⁹
albis. qui ⁊ dixerunt. viri ga.quid ſta.aſpi.in
celū.h Je.q.aſſ.eſt a nobis in celū.ſic ve. quē.
14 vi.cum e.in celū.hec ibi. Decimuſquartus te-
ſtis xp̄iane fidei fuerunt Moyſes ⁊ helias.q̄
ut habetur Matthei.17. Teſtificati ſunt xp̄ȝ
eſſe veꝝ dei filium. Unde ibi ſic dicit͛. Poſt
dies ſex aſſumpſit ieſus Petrū Jacobum ⁊
Joannē fratrē eius. ⁊ duxit eos in montem
ex.ſeoꝝ. ⁊ trā.eſt ante eos.⁊ reſplēduit facies
eius ſicut ſol. Veſtimenta eius facta ſunt al-
ba ſicut nix.⁊ ecce appa.eis moy.⁊ hel.cuȝ eo
loquētes.nec fuerunt ibi ꝑ imaginationē:ſed
fuerunt ibi ꝑſonaliter. ſm̄ Auguſt.li.de mira-
bilib⁹ ſacre ſcripture. quoniā Moy.venit de
lymbo ⁊ apparuit. ſm̄ Nicolaum de lira.in
quodam corpore ſibi adoptato. ſicut apparēt
angeli in corporibus aſſumptis.⁊ miſterio fa-
cto rediit in preiacentē materiā. Helyas ve-
15 ro venit de paradiſo terreſtri in quo in curru
igneo tranſlatus eſt. Decimuſquintus teſtis
xp̄iane fidei fuit quidā gentilis ⁊ pagan⁹ de
quo Tho.ſecūda ſecūde.q.2.articu.7.in ſolo͛
tertij arti. ait ad litterā. Inuenit͛ in hiſtorijs
Romanoꝝ.ꝙ tempore Conſtantini Augu-
ſti:et helene matris eius inuentū fuit quod-
dam ſepulcrū. in quo iacebat homo gentilis
auream laminā habēs in pectore.in qua ſcri-
ptū erat xp̄s naſcetur de virgine. ⁊ ego cre-
do in eū. O ſol ſub cōſtantini ⁊ helene tp̄ib⁹
iteꝝ me videbis. hec ille. Hic eni ħȝ aliquos
fuit moraliſſim⁹ Plato. ¶ Decimuſſext⁹ te-
ſtis chriſtiane fidei fuit tota trinitas. vȝ.pr̄ et
filius ⁊ ſpiritus ſanctus. De qua.j. Joan.5.
c.dicitur. Tres ſunt qui teſtimonium dant i
celo. pater verbum ⁊.ſ.ſ.⁊ hi tres vnum ſunt
Et infra ſubditur. Si teſtimonium accipim⁹
teſtimonium dei maius eſt:qm̄ hoc eſt teſti-
monium dei quod maius eſt:quia teſtifica-
tus ē de filio ſuo. hec ibi. Et ꝙ ſpecialiter to-
ta trinitas de chriſto ſit teſtificata.patet. Nā
pater teſtificatus eſt de Chriſto ꝙ ſit ei⁹ fili⁹
Unde Matth.17.dicitur. Adhuc eo loquē-
te.ſ.Petro in tranſfiguratione Chriſti. Ecce
nubes candida ⁊ lucida obumbrauit eos. Et
ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius me⁹
dilectus in quo mihi bene placui ipſum au-
dite. Similiter idem patet Matth.3.c. teſti-
ficatus eſt. Ibi enim ſic dicitur. Baptizatus
autem Jeſus confeſtim aſcendit de aqua: et
ecce vox patris de celo. di. Hic eſt filius me⁹
dilectus:in quo mihi cōplacui. hec ibi. Simi-
liter ipſe filius de ſeipſo teſtificatus eſt. cum
vt habetur Matth.17.c. Supernaturaliter
ante diſcipulos viſibiliter tranſfiguratus eſt
In qua vtiq̄ȝ tranſfiguratione:oſtendit potē-
tiam ſue deitatis in ſpecie beatitudinis. Si-
militer etiam ſpiritus.ſ.teſtificatus eſt xp̄m
fuiſſe dei filium:deſcendendo ſuper ipſuȝ in
ſpecie columbe. vt Matth.3.c.dicitur. Bapti-
zatus Jeſus confeſtim aſcendit de aqua. et
ecce aperti ſunt celi: ⁊ vidit ſpiritū dei aſcē-
dentem ſicut columbam ⁊ manentem ſuper
ſe. Et Joan.j.dicitur. Teſtimonium perhi-
buit. Joā.baptiſta de Chriſto dicēs. Quia vi-
di ſpiritum deſcendentem quaſi columbam
de celo:⁊ manentem ſuper eum:⁊ ego neſci-
ebam eum. hec ibi. ¶ Decimoſeptimo poſtre-
mo teſtis chriſtiane fidei omiſſo pro nūc te-
ſtimonio ſibillaꝝ:fuerunt omnia elementa.
De quibus Greg.in omel͛.epiphanie ſic di-
cit. Omnia elementa auctoreȝ ſuum veniſſe

teſtata ſunt:vt enim de his quodam viſu hu mano loquar hunc deum celi eſſe cognouerunt:qui eo nato protinus ſtellam miſerunt Mare cognouit:quia ſub plantis eius ſe calcabilez prebuit.Terra cognouit:quia eo moriente contremuit. Sol cognouit: qui lucis ſue radios abſcōdit.Saxa ꝛ parietes cognouerunt:quia tempore mortis eiꝰ ſciſſa ſūt. Infernꝰ cognouit:quia hos quos tenebat mortuos reddidit.Et tamen hūc quem dominū elemēta inſenſibilia ſenſerūt:adhuc infideliū iudeoꝝ corda: deum eſſe minime cogoſcunt. ꝛ duriora ſaxis ad penitentiā ſcindi nolunt. cumqꝫ abnegant quē elementa. ut diximus. aut ſignis.aut ſciſſionibꝰ deum clamant. hec ille.¶ Quid vltra dicam de teſtibꝰ xpiane fidei.Certe hanc eſſe verā fidem teſtificant omnes facre virgines. Sed ꝛ ſancti cōfeſſores omnes ſancti monachi ꝛ heremite.Omnes ſancti apoſtoli ꝛ euāgeliſte. Omnes deniqꝫ ſacri theologi ꝛ doctores.Ecce O fides xpiana.iam habes nō vnū aut duos.ſed quaſi innumerabiles ꝛ infinitos teſtes . te oīno eſſe veram teſtificātes. Quis igit deeetero dubitare poteſt de certitudine virtutis tue. certe nullus ſane mentis. Tu igit ſola fides xpiana cuſis veriſſima.ſicut teſtes predicti aſſerunt:ab oībus imitanda es.Ex predictis oībus patet primꝰreſpectus ſolā fidē xpianam demonſtrās reſpectu teſtiū eſſe veriſſimā. q dicit reſpectus plurificationis.

¶ De ſecūdo reſpectu quo fides adhibenda eſt teſtibus fidei xpiane.

ſ Ecundus etiā reſpectꝰ quo fides omnino eſt adhibenda teſtibꝰfidei xpiane:dicit reſpectus cōcordationis: ſeu cōformationis.Experientia teſte dicimꝰ.ꝙ qñ ſunt multi teſtes ad inuicē diſcordes. nequaꝗꝫ coꝝ dictis fides habet. Oppoſitū vero fit de multis teſtibus ad inuicem ſe cōcordantibus. quoniā eorū dictis plena fides adhibet Sic a ſimili dico:ꝗuis multi ſint teſtes.ut ꝑ tactū eſt.ſi tamen eſſent diſcordes:eis nequaꝗꝫ fides adhiberet. Sꝫ quia manifeſtū eſt.ꝙ teſtes fidei xpiane ꝛ ſi ſunt multi tamē ſunt concordes ꝛ maxime conformes. Ideo fidei xpiane ab omnibus merito fides eſt adhibēda. Et ꝙ teſtes fidei chriſtiane in eorum ſententijs ſint cōcordes patet ꝑ propoſitionē autenticā Sco.in.ꝓlogo primi ſen.q.2.di. In nō euidentibus ex terminis nec principia euidētia habentibꝰ nō conſonāt firmiter ꝛ infallibiliter multi diuerſimode diſpoſiti. niſi a cauſa ſupiori ipſorū intellectus incline ad ꝯſenſum.hec Scotus. Patet hec regula Scoti. Vult enim dicere ꝙ quando de vno negocio:et ſup vna re multi habētes diuerſas diſpoſitiones ꝛ cōplexiones habent tractare et loqui:ꝛ illud negociū ꝛ illa res eſt euidens ꝛ clara: ipſi multi ſunt concordes in vna ſententia.qđ ſic patet. Nam ponat ꝙ ſint duo homines diuerſaꝝ nationū:ꝛ diſpoſitionū.vnꝰ ſcꝫ Judeus.alius ſaracenus.alius paganus. alius xpianꝰ:ꝛ huiuſmodi.petatur ab eis oībus.vtrum ignis ſit calidus.mel dulce. ꝛ fel amarū.vnanumiter reſpondebūt ꝙ ſic.Et ratio eſt.Quia hec naturaliter eſſe videmꝰ omnibꝰnationibꝰmundi:ꝛ clarū. Sed ponat ꝙ illa res ſit obſcura ꝛ nō euidens. certū eſt ꝙ nō erunt ad inuicē concordes.patet hoc. Nā ponatur ꝙ ſint.10.homines diuerſaꝝ nationum ꝛ diſpoſitionū.vocati ad electionē vnꝰ prelati:ꝛ huiuſmodi.Manifeſtum eſt ꝙ non erunt ſic concordes.eo ꝙ vnus eligit petrum alius ioannē.Et rō eſt:quia in nō euidentibus accidit.qđ dicit de conſe. di.4.c. ſicut in ſacramētis.Quot capita tot ſentētie: ꝗ vtiqꝫ diuerſitas ſententiaꝝ prouenit ex eo qđ dicitur in.c.qꝛ diuerſitatē. extra de conceſſione preben. Diuerſitatez corpoꝝ diuerſitas ſepe ſequitur animoꝝ.Qđ confirmans auctor.6. principioꝝ dicit. Anima cōiuncta corpori naturaliter imitat paſſiones corporis. Si autē in re obſcura et non euidenti multi diuerſarum diſpoſitionū ſeu nationū ad inuicē concordent. certe hoc nō eſt ꝓpter aliud. niſi qꝛ deus oēs illuminauit:ſeu direxerit ad ſimul concordandū. Patet hoc in electione alicuiꝰ prelati:quia ſi multi electores ad inuicē concordant . tenetur communiter pro miraculo. His ꝑmiſſis:peto ſi articuli fidei quos mādat ipſa fides ut credamus ſit res euidens et clara.ꝛ certum eſt ꝙ non. Quam enim euidentiam habet primus articulus.ſcilicet Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre: Certe nullam Quā etiam euidentiam habet ſecundus articulus. videlꝫ Et in Jeſum xpm.ꝛc. Et ſequitur. Qui conceptus eſt de ſpū ſancto.natus ex Maria virgine.Certe nullā.Tranſcurre ſic per ſinglos.

⁊ nullam euidentiā et claritatē inuenies. qđ
confirmans Grego. in omel. in feſto ſancti
Thome. pfecto inqt liquet: quia fides illarū
rerū eſt argumētū que apparere nō poſſunt.
que eniʒ apparent fides nō habent: ſed agni
tionem. hec ille. Preſuppoſito igit ut patʒ ꝙ
articuli fidei nullā habeant euidentiā: ſeu co-
gnitionē viſibilem ſenſualem. peto. An inter
ſcripturas ⁊ ſcriptores fidei xpiane ſit cōcor
dia ⁊ cōformitas. ⁊ certū eſt ꝙ ſic. dicēte Hie
ronimo in epiſtola de morte ozie: ⁊ ſeraphin
⁊ calculo. Quicquid in veteri teſtamēto legi
mus hoc in euangelio reperim⁹. ⁊ qđ in euā
gelio fuerit lectitatū. hoc in veteris teſtamē-
ti auctoritate deducitur. nihil diſſonū nihilqʒ
diuiſum eſt. hec ille. Et Auguſt. de vera reli-
gione dicit. Nihil diſſonuʒ inuenies in fide
nihilqʒ diuerſum. vnā ſententiā in totis fa-
ctis codicibus reperies. immo omniū noſtro
rū catholicoꝝ. vna eſt firma vera ⁊ concors
ſententia. hec ille. Hec enim concordia in fi-
de xpianorum figurata fuit in die palmaruʒ
in precedentibus xpum ⁊ ſubſequentib⁹: qui
omnes ſimul idem canticū dicebant. Vnde
Matthei. 21. capitulo dicit. Turbe auteʒ que
precedebant. ⁊ que ſequebant ſimul clama-
bant. di. Oſanna filio dauid: benedictus qui
venit in nomine dñi. hec ibi. Et ꝙ omnes ſi
mul cōcordent. patet etiā per experientiā. Si
enim legas omnes ſcriptores catholice fidei
in eorum dictis inuenies eos concordare.
Si enim legas omnes ꝓphetas. utputa Iſa
yam Hieremiā Ezechielem Danielē Oſe
am Ioelem Amos Abdiam Ionam Mi-
cheam Naum Abacuch Sophoneā Ageū
Zachariam Malachiam. omnes ſimul con
cordant in fide xpi. Si inſuper legas epiſto-
las, Petri Ioan. Iaco. Iude Apoſtoli pau-
li. omneſqʒ act. apoſtoloꝝ: ⁊ legendas eorum
prorſus inuenies oēs concordes in fide xpi.
Si etiam legas omnes doc. vʒ Auguſt. Am
broſiū Hieronimū Gregoriū Ioan. Criſo
ſtomū. Ceteroſqʒ omnes: inuenies ꝙ oēs ſi-
mul cōcordant in ſubſtantialib⁹ fidei. Si etiā
legas omnes Euangeliſtas. vʒ. Mattheum
Marcū Lucam et Ioannē. Inuenies ꝙ ſi-
mul in fide xpi cōcordant. Si deniqʒ legas
omnes ſacros theologos. utputa ſctm̄ Tho-
mā Ioan. Sco. Sanctū Bonauenturā Ale
xan. de ales Ricar. Pe. de Taran. Egidiuʒ
Romanuʒ ceteroſqʒ oēs: inuenies omnino
ꝙ ſimul concordant in his que ſunt de ſub-
ſtātia fidei: ꝑ quod claret omnes catholicos
vere cōcordare in vna fide: in vno baptiſmo
ceteriſqʒ ſacramentis. non ſolū in dictis. ſed
etiam in factis. in geſtis ⁊ operibus. nec qui
dem in puncto diſcordant in his que ſunt fi
dei ⁊ legis xpiane. licet in his que ꝑ proba-
bilē occurrūt rationē vel opinionē. aliquādo
vnus aliter ſentiat: ꝗ̄ʒ alius. Sed quid di-
cam de concordia. 72. interpretum veteris le
gis. Qui ut ait. Auguſt. 18. ci. dei. c. 42. in nul
lo diſcordarunt. Pro quo notandū eſt: ut le-
gitur in hiſtoria eccleſiaſtica. ptholome⁹ phila
delphus rex egipti. cum eſſet valde ſtudioſus
⁊ libroꝝ cupid⁹: prefecit bibliotece ſue deme-
triū. Cumqʒ qͤſiſſet ab eo de numero libroꝝ
24. milia ad eſſe rñdit. Sed paulo poſt tem-
poris vſqʒ ad. 50. milia poſſe venire Reſpō-
dit. Nunciatū eſt autē ſibi ait eſſe apud iu-
deos legem ore ipſius dei editā et ſcriptā il-
lius digito. ꝓ qua ſummopere laborandū di-
cebat. ut in greco conuerſa: in archiuis rega-
libus haberetur. hec enim erat lex dei viuen
tis. Et ad oſtendendū ſanctitatem legis ad-
didit. ꝙ niſi a cultoribus dei viuentis tranſ-
ferri potuiſſet. Naʒ et Theopompus cum in
hiſtorijs quas ſcribebat hanc interſerere vo
luiſſet: per dies triginta verſus eſt in amen-
tiam. Theotentus quoqʒ ob eandem cauſaʒ
factus eſt cecus. Sed penitentes ſanati ſunt
Et ſuggeſſit Regi. ut ſcriberet pontifici iu-
deorum: ut iudeos hebraice ⁊ grece lingue pe
ritos ad ipſuʒ dirigeret cum lege dei. qui ad
eam tranſferendam ſufficerent. Quod ut im
petraret: munera cum epiſtolis mittenda cō
ſuluit. Aderat autem Ariſteus qui ei con-
ſuluit dicens. Habes inquit O Rex quo-
modo quod poſtulas obtinebis. ſolue iude-
os quos captiuos tenes in regno tuo. Nihil
gratius erit pontifici iudeoruʒ. Liberauit igi
tur Rex de iudeis centum viginti milia. dās
dominis eorum pro capite centū viginti dra
gmas argenti. Tunc ſcripſit Rex Eleazaro
Iudeorum pontifici. rogans ut ſeniores ad
ſe mitteret: qui interpretationem legis dei
viuentis ei darent. Eleazarus vero mittens
quod poſtulabat. Sic illi reſpondit. Ad in-
terpretandum legem quam poſtulas: miſi
viros ſeniores de vnaquaqʒ tribu ſecum le-
gem ferentes. Tuc autem pietatis et iuſticie
erit ad nos eam caute remittere. Qui cum

veniſſent ad regē.benigne ab eo collecti ſunt
Et cum dudū cum rege diſputaſſent de vno
deo colendo:oſtendētes ꝙ nulla creatura eēt
deus:introducti ſunt in domū regis que ad
ſecretam negociorum deliberationem ordi-
nata erat.Et faciens illos ab inuicez ſepara
re.ut ſinguli ſuum ſenſum ſcriberent. Et ut
nullus eorum ſciret ſcientiam alterius: date
ſunt eis ſingule celle:ſeu camere ad oportune
interpretandū quicquid eis videretur: et di-
uiſerunt ad interpretādū inter ſe libros:⁊ ſan
cto Symeoni ſeni:qui ut habetur Luce.ſcđo
Paruulū Jeſum in vlnas tenuit: datus eſt
liber Jſay.ad interpretandum. Vnus enim
ex illis.72.interpretibꝰ fuit: Seruatꝭ autē ſin
gulis diebꝫ rituū:purificationū ⁊ cerimonia
rum ſuarum.ſm̄ legem in diebus ſeptuagin
taduobus interpretationē compleuerūt.Si-
meon ad tranſlationem Jſay veniens. cum
veniſſet ad illud qđ Jſa.ſeptimo. ca.legitur.
Ecce virgo concipiet.⁊c̄.Admirans verbum
prophete:credenſqꝫ illud impoſſibile fore cuz
ly virgo bis abraderet. loco eius ſcripſit al-
ma.Ecce inquit alma concipiet:⁊ inuenit ite
rum atqꝫ iterum ſcriptū. Ecce virgo con.⁊c̄.
¶ Tertio vero cum abraſiſſet.litteris aureis
ſcriptū inuenit.Ecce virgo.⁊c̄.Cognoſcenſqꝫ
illud diuini eſſe myſterij orās deū interroga
uit.quid hec ſibi vellet.Qui reſponſum acce-
pit a ſpiritu ſancto. ꝙ ex tali virgine de qua
propheta dixerat. deberet oriri ſalus mundi
in iſrahel:nec mortem ipſe videret niſi cū pri
us in vlnas ſuas reciperet. propterea Luce. 3.
cap̄.dicitur. Reſponſum accepit Symeon a
ſpirituſancto non viſurū ſe mortem niſi pri-
us videret xp̄um domini.vnde venit in ſpiri
tu in templū.et cum inducerent puerum Je-
ſum parentes eius:ut facerent ſm̄ conſuetu-
dinem legis pro eo. Jpſe accepit eum in vl-
nas ſuas:⁊ benedixit deum:⁊ dixit. Nūc di-
mittis ſeruū tuū dn̄e.⁊c̄.⁊ huiuſmodi. ¶ Cō
pleta igitur ut pretactū eſt: totius veteris le-
gis interpretatione ab illis ſeptuagintaduo-
bus:⁊ nihil in ꝓphetijs:nec in figuris: nec in
ſolo verbo q̄ꝫtum ad ſententiā diſcordes fue
runt:ſed in omnibus tanq̄ꝫ ex vno ore ſimul
concordes inuenti ſunt.de quorū mirabili cō
cordia.Auguſt.libro.18.ci.dei.c.42. ait. Quo-
niam reuera ſpiritus erat vnus in omnibus
Jdeo tam mirabile munus dei acceperant.
ut illarum ſcripturarum non tanq̄ꝫ humana
rum.Sed ſicut erant diuinaꝝ iſto modo eti
am cōmendaret auctoritas crediturīs quan
doqꝫ gentibus profutura: quod iam videmꝰ
effectū.hec ille. His igitur p̄miſſis peto. An
tunc fuerit concordia ſeu conformitas inter
ſcriptores.qui fuerunt diuerſimode diſpoſiti
⁊ complexionati.et certum eſt ꝙ ſic. Ex quo
infero.ꝙ cum facta fidei non ſint euidentia ⁊
clara:ſcriptoreſqꝫ eiuſdem ſint vel fuerint di
uerſimode diſpoſiti. Et ex hoc debuerunt in
ſuis ſententijs varia ſentire. ⁊ cuz fuerint cō
formes ſeu concordes. Certum eſt ꝙ hoc nō
aliūde proceſſit:niſi a ſpirituſancto a quo ſcri
ptores ipſi illuminati ſunt. Quod patet exē-
plo naturali ipſius ſolis. qui cum per diuer-
ſas feneſtras domū ingrediatur:licz diuerſi-
tatem habeant feneſtre. quia vna eſt quadra
alia rotunda.vna breuis.alia longa.vna ſtri-
cta alia lata:tamen ſol idem eſt in eis nec di
ſcordat.Sic a ſimili dico de ſcriptoribus ſa-
cre ſcripture : qui licet fuerint vnus alter di-
ſpoſitus q̄ꝫ alter.tamen omnes idem fidei lu
men non diuerſum receperunt a deo. Pro-
inde.j. Pe.j.ca. dicitur. Spiritu ſancto illu-
minati locuti ſunt ſancti dei homines. Op-
poſitū eſt in alijs legibus ſeu ſcientijs.Nam
licet theucri ⁊ ſaraceni ſint ſub lege Macho
meti:tamē diuerſimode ſunt diſcordes in ea
dem lege. Et Auguſt. 18. ciui. dei.etiam di-
cit.ꝙ philoſophi ſunt valde diſcordes in co-
rum ſententijs.Nam diſcipuli ſepius magi
ſtro contradicunt.ſicut patet de Antiſtene.et
Ariſtipo.qui ambo fuerunt Socratis diſci-
puli. Sed tamen in multis ſibi contradixe-
runt. Similiter Ariſto. in pluribꝰ cōtradicit
Platoni magiſtro ſuo. Similiter inter ali-
os philoſophos.ut infra patebit.maxima di-
ſcordia eſt:ſicut patet de modo ſciendi de p̄n
cipijs nature:⁊ huiuſmodi. pront dicit̄ primo
de anima. ⁊ p̄io Metaphiſice. Ex predictis
patet etiā ſecūdus reſpectus.qui reſpectu ip-
ſorū teſtium cōcordantiū ſolam fidem xp̄ia-
nam demonſtrat eſſe veriſſimā.qui dicit̄ re-
ſpectus concordationis.

¶ De tertio reſpectu quo fides exhibēda eſt
teſtibus fidei chriſtiane.

t Ertius deniq̄ꝫ reſpectꝰ quo fides om
nino adhibenda eſt teſtibus fidei chri
ſtiane:dicit̄ reſpectus ſanctificatiōis.
Certum eſt enim ſicut etiā per experientiam
videmꝰ ꝙ quando multi eſſent teſtes ⁊ vltra

hoc eſſent concordes: eſſent tñ infames ⁊ vitioſi: pauca vel nulla fides coꝝ dictis ⁊ ſentẽtijs adhiberetur. Oppoſitũ vero eſt de multis teſtibus ad inuicem cõcordantibus: ⁊ plenis omni virtute ⁊ ſanctitate eorum dictis fides plena adhibetur. Sic a ſimili dico ꝙ ⁊ ſi multi eſſent teſtes fidei chriſtiane: ⁊ vltra hoc ſimul eſſent infames: nequaq̃ꝫ eis eſſet fides adhibenda. Sed quia manifeſtum eſt: ꝙ teſtes chriſtiane fidei ſunt multi: ⁊ etiam concordes: ⁊ vltra hoc pleni ſunt omni virtute ⁊ ſanctimonia: per conſequens eidẽ chriſtiane fidei ab omnibus merito fidei ẽ adhibenda. Si igitur conſiderare volumus auctoritatẽ: dignitatem: virtutem: atqꝫ ſanctitatem eorũ qui fidem chriſtianam compoſuerũt: ordinauerunt: predicauerũt. ꝓfecto inuenimus: ꝙ rationabiliter nulla poteſt haberi ſuſpicio ꝙ in ea ſit aliquid falſitatis: deceptiõis: erroris ſeu mendatij. Conſidera igitur ꝑmũ quãte ſanctitatis Moyſes extiterit: q ꝑmos libros ſancte fidei cõpoſuit: vꝫ. pentatheucũ. Patet enim de ipſo: ꝙ deus loquebatur cum ipſo: ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuũ. Per eum etiã multa ſigna fecit. vt patet Exo. 7. 8. 9. 10. xi. caplis. de diuiſiõe maris. hr̃ Exo. 14. De ieiunio. 20. dieꝝ: ⁊ continua locutione cũ deo. Et de obtẽtione tabulaꝝ habetur Exo. 24. ⁊ 25. c. Quanta etiã fuit ſanctitas Joſue patet. Nam ſicut habeť Joſue. x. c. ad ꝑceptũ ipſius Joſue ſtetit ſol in medio celi: ⁊ non feſtinauit occũbere ſpatio vnius diei: nec fuit ante ⁊ poſtea tam longa dies obediente deo voci hominis huius. Quante etiam ſanctitatis fuerit Dauid. patet. Nam ꝑmo Reg. 16. c. dicitur. ꝙ inuenit gratiam coram oculis dei ⁊ deus ipſe elegit eum in regem ſm cor ſuũ. Quid dicemus de ſanctitate Jere. prophe. Tante enim ſanctitatis fuit ꝙ ipſe loquens in perſona dei. i. j. c. de ſeipſo dicit. Prius q̃ꝫ te formarem in vtero noui te. ⁊ anteq̃ꝫ exires de vulua ſanctificaui te: ⁊ ꝓpheꝫ in gentibus dedi te. Maxime etiam ſanctitatis fuit Daniel ꝓpha. Qui vt habetur Danielis. 3. cum ex precepto Nabuchodonoſor Regis poſit⁹ eſſet in lacu leonum: nequaq̃ꝫ ab eis leſus ẽ: q nimo Angelus dei per capilſum a iudea i babilonem ꝓpham Abacuch deportauit: vt ſic ei cibuꝫ ſeu prandiũ impenderet: diſcurre ſi placet per omnes patres veteris teſtamẽti ⁊ videbis quante ſanctitatis fuerint: teſtes chriſtiane fidei: ⁊ ſic videbis: quare fides eis eſt adhibenda. Sed quid dicemus de ſanctitate patrum noui teſtamenti? Vt eni a Jo. baptiſta incipiam. Ecce fuit tante ſanctitatis ⁊ virtutis: ꝙ in vtero matris. vt habeť Luc. j. c. fuit ſanctificatus. Ibi eni ſic dicitur. Vocabis inquit angelus ad Zachariam nomen eius Joãnem: ⁊ erit tibi gaudiuꝫ ⁊ exultatio ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: vinũ ⁊ ſicerã non bibet: ⁊ replebiť ſpiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſue. hec ibi. Infantulus etiam adhuc. 5. annorum petijt deſertum: vt ſe conſeruaret in gratia: ⁊ a leuibus caueret peccatis: Unde eccleſia ſic de ipo canit. Antra deſerti teneris ſub annis ciuiuꝫ turmas fugiẽs petiſti: ne leui ſaltem maculare vitaꝫ famine poſſes: hunc etiam ipſe dominus: vt habetur Matth. xj. cõmendauit dicens. Amen dico vobis: ꝙ inter natos mulierum non ſurrexit maior Joan. baptiſta. Quante etiam ſanctitatis extiterit beatus Jo. os auri: in ſermone decollationis ſue dicit. Joãnes fuit ſcola virtutum: magiſterium vite: ſanctitatis forma: norma iuſtitie: virginitatis ſpeculũ: pudicitie titulus: caſtitatis exemplum: penitentie via: peccatorũ venia: fidei diſciplina: maior hoie par angelis: legis ſumma: euãgelij ſanctio: apoſtolorum vox: ſilentium ꝓpheꝫ: lucerna mundi: precurſor iudicis: mediator domini teſtis: ⁊ totius medius trinitatis. hec ille. Ex prefatis patet Joan. baptiſtam fuiſſe eximie ſanctitatis. Quid inſuꝑ dicem⁹ de ſanctitate Pauli: qui vt habetur. 2. corin. 12. ante ãnos 14. raptus eſt ad tertium celum: ⁊ audiuit archana dei: que non licet homini loqui? Deniqꝫ quãta fuerit ſanctitas Apoſtolorum teſtium chriſtiane fidei: inſinuat Apoſtolus q ad hebre. xj. c. dicit. ꝙ talibus hominib⁹ ſantitate plenis: non erat dignus ipſe mundus. Cum igitur fuerit tanta ſanctitas teſtium legis chriſtiane: merito ei fides ab omnibus ẽ adhibenda. nequaq̃ꝫ enim credendum eſt: tales ⁊ tantos homines victos fuiſſe: aut mẽdacia dixiſſe. ꝙ ſi forte opponeres ꝙ teſtes fuerunt mendacij ⁊ non veritatis. Certe hoc patet eſſe falſum. Nam aliquis mendacium dicit triplici reſpectu. Aut reſpectu ignorãtie: aut reſpectu auaricie ⁊ cupiditatis: Aut reſpectu pene. Reſpectu ignorantie nequaq̃ꝫ mẽtiti ſunt: quia vt infra dicetur eorum ſcientia

⁊ cognitio non proceſſit a mundo. Sed ime-
diate a ſpiritu ſancto: qui nequaq̃ mẽtiri pt.
Nam. j. corin. 2. dicit. Quis enim ſcit hoium
que ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis qui
in ipo eſt? Et infra que dei ſint nemo cogno
uit niſi ſpiritus dei. Et ſubditur. Nos autẽ
non ſpiritum huius mundi accepimus ſm
ſpiritum qui ex deo eſt. Ubi glo. Ambro. ait
Ne timeas viris ſanctis credere: ⁊ aſſenſuz
tuum prebere: cum dominus eis dederit ſen
ſum ſuum. Reſpectu etiam auaritie ſeu cupi
ditatis: teſtes chriſtiane fidei nequaq̃ ſunt
mentiti. Non enim propter temporale lucrũ
aliquid aſſerebant. quia Matth. 19. dicebant
Ecce nos reliquimus omnia ⁊c. Et ad phil.
3. Apoſtolus dicit. Omnia arbitratus ſum
vt ſtercora. Reſpectu inſuper pene non ſunt
mentiti: eo q̃ propter fidem Chriſti om̄i pene
ſe ſubijciebãt. Un̄ Acti. 20. c. Apoſtolus de
ſeipſo dicit. Spiritus ſanctus per omnes ci-
uitates proteſtatur mihi dicens: qm̄ vincula
⁊ tribulationes me manent. Sed nihil hoꝝ
vereor. Idem quoq̃ Paulus ad Roma. 8.
in perſona omnium fideliuz dicit. Quis nos
ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio: angu
ſtia: an perſe. an. fa. an. nu. peric. an gladius:
ſicut ſcriptum eſt: quia propter te mortifica-
mur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occi
ſionis. Certus ſum enim: q2 neq̃ mors: neq̃
vita: neq̃ Angeli: neq̃ principatus: neq̃ vir
tutes: neq̃ inſtantia: neq̃ futura: neq̃ forti-
tudo: neq̃ altitudo: neq̃ profundũ: neq̃ crea
tura aliqua poterit nos ſeparare a caritate
dei: que eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.
hec ibi. Ex prefatis patet qualiter predicti te
ſtes chriſtiane fidei: nullatenus mentiti ſunt
imo plus dicam: q̃ quilibet predictorum te-
ſtium ꝑus mille mortes ſuſcepiſſet: q̃ vel mi
nimum mendacium dicere: ſeu facere voluiſ
ſet. Sic eniz dicitur. 25. q. j. c. ſunt quidã. Im
poſſibile igitur fuit tot venerabiles doctores
ſanctos ⁊ virtuoſos fuiſſe deceptos vel men
titos: quia ſi mentiti fuiſſent omnes ſanctita
tem ⁊ probitatem ſuam penitus perdidiſſent
Et qd̓ plus eſt omnes ſimul dãnati fuiſſent.
propheta dicẽte. Perdes omnes qui loquũ
tur mendatium. Et ideo Auguſtinus. 9. diſt.
Si ad ſcripturas inquit ſacras admiſſa fue-
rint officioſa mendacia: quid in eis remane-
bit auctoritatis? Que tandem de ſcripturis
ſententia proferetur: cuius pondere conten-
tioſe falſitatis obſcederetur improbitas. hec
ille. Credendũ eſt igitur ſanctis teſtibus chri
ſtiane fidei. Si enim creditur verbis Pla-
tonis: Ariſtotelis: vel Socratis: ⁊ illius porci
Auerois. Sententijſq̃ aliorum phoꝝ: quãto
magis adhibenda eſt fides viris ⁊ teſtibus
tante virtutis ⁊ ſanctitate plenis. q̃ ſi fidem
non exhibes omnibus ſimul predictis teſti-
bus: ſaltem ipſi deo: ſeu ſanctiſſime trinitati
fides adhibẽda eſt. Nã imponatur q̃ ibi ſint
decem viri mẽdaces: qui dicunt q̃ pluit hac
nocte: cõmuniter creditur eis. Si igitur illis
datur fides: quãto magis danda eſt homini
vero: prudenti graui: ⁊ maturo. imo tali viro
datur maior fides q̃ inſtrumentis notarioꝝ
Sicut patet in mercatoribus. A fortiori igiẗ
credendum eſt deo: ſeu ſanctiſſime trinitati
teſtimonium reddenti de veritate chriſtiane
legis. Nam ꝑme Io. 5. dicitur. Tres ſunt q
teſtimonium dant in celo. ſ. chriſtiane fidei.
pater: verbum: ⁊ ſpirit⁹ ſanctus. Et ſubditur.
Si teſtimoniũ hominum accipim⁹: teſtimo-
nium dei maius eſt. O igitur anima incre-
dula. O anima infidelis. O anima ſciſmatica
O anima heretica. O anima pagana. O aĩa
a deo ⁊ tota celeſti curia excõmunicata: qd ſa
cis? Certe citi⁹ credis verbis vni⁹ traditoris:
vnius inſanis: vniuſq̃ falſi phi: q̃ hominũ
bus tam veris: ⁊ q̃ teſtibus tã ſanctis ⁊ vir-
tuoſis: ⁊ qd̓ plus eſt q̃ ipſi omnipotenti deo
ſanctiſſimeq̃ trinitati: patri vz filio: ⁊ ſpiritui
ſancto? Sed vhe tibi miſera anima: ve tibi
infelix creatura: ve tibi imago dei: quia tot te
ſtes habebis in teſtimoniuz tue dãnationis
quot teſtes habuiſti in teſtimonium chriſtia-
ne fidei tueq̃ ſalutis. Ex ꝑmiſſis igitur om-
nibus euidenter apparet qualiter ex primo
argumento: vz teſtificationis: qd̓ triplici re-
ſpectu roboratum eſt: vz plurificationis: con-
firmationis: ⁊ ſanctificationis? Chriſtiana fi
des ſuper omnem aliam fidem veriſſima cõ
probatur. Cum habeat plures teſtes: ⁊ ma-
gis cõcordes: magiſq̃ ſanctiores: q̃ omnis
alia fides ⁊ ſecta. In qua fidei chriſtiane ve-
ritate omnes infideles perducat: omneſq̃ fi
deles conſeruet: caput vere fidei ⁊ obiectum
Ieſus Chriſtus dominus noſter: cui ſine fi-
ne ſit omnis laus ⁊ gloria ⁊c.

¶ Feria tertia poſt dominicam quadrageſime iterum de quarta excellentia .ſ. de veritate ipſius ſanctiſſime fidei.

r

Eſpice: fides

tua te ſaluum fecit. Luc.18.c. ⁊ in euangelio preterite dominice. Quoniã amãtiſſimi ciues humanus intellectus: prout dicitur .6. ethico. habet pro obiecto veritatem. hinc eſt ꝙ in omnibꝰ rebus quibus aſſentire debet naturaliter cupit ⁊ querit de ipſa veritate certificari quãtũ poteſt: tanq̃ quoddam ſibi licitum ⁊ honeſtum. Quod confirmans phus .j. ethicorum dicit. Certitudo de omnibus in tantum eſt a quolibet querẽda: inquantum recipit natura rei. hec ille. Ideo propter hoc ꝫ de veritate fidei chriſtiane vnum ſiue primum argumentum declaratum ſit: tamen vt quilibet itellectus magis poſſit certificari: ⁊ nihil dubitare de veritate ipſius fidei chriſtiane: tria alia optima argumenta veritatem ipſiꝰ fidei chriſtiane demonſtrantia: in hodierno ſermone ſimiliter declarabimus. ¶ Scd'm tripliciter in ordine dicitur argumentuꝫ ſubiugationis. Tertium dicitur argumentum obiectionis. Quartum dicitur argumentũ reuelationis.

¶ De tribus alijs articulis quibus oſtenditur quod ſola fides chriſtianorum eſt vera ⁊ ſalutifera. Et primo de ſcd'a in ordine.

ſ Ecundum igitur argumentũ in ordine declarandum quo oſtenditur ſolam fidem chriſtianorum eſſe veram dicitur argumentum ſubiugationis. Si qs enim diligenter attendere ⁊ perſcrutari velit: qualiter totus fere mundus Apoſtoloruꝫ tempore fidei chriſtiane ſubiugatus ſit: apparebit vtiqꝫ ꝙ fides chriſtianorum eſt mirabilis ⁊ vera ſuper omnem aliam fidem ⁊ legeꝫ. Mirabilis enim ⁊ ſupernaturalis apparet perfectio mũdi ſubiugatio ſub chriſtiana fide tripliciter. Primo reſpectu perſonarum cõuertentium. Scd'o reſpectu perſonarum cõuerſarum. Tertio reſpectu modi conuerſionis. ¶ Primo dico ꝙ mirabilis ⁊ ſupernaturalis apparet mundi cõuerſio ſub chriſtiana fide reſpectu perſonarum mundum conuertentium. Que reſpectu ipſorum conuertentium fuit mirabilis triplici ratione.

Primo ratione infirmitatis. Scd'o rõne ruditatis. Tertio ratiõe paucitatis. ¶ Primo dico ꝙ reſpectu perſonarum ſeu Apoſtolorum mundum conuertentiũ: fides chriſtiana vera ⁊ mirabilis apparet: ratione infirmitatis ſeu minoritatis. Nonne o ciues omnibus mirum videretur ſi ſui ignobiles ⁊ ruſtici alicuꝰ ducis: regis: ſeu Imperatoris ſibi: ſeu obediẽtie ſue ſũmitterẽt ducem ſuum regem ⁊ Imperatorem? Clarum eſt ꝙ ſic: ⁊ ratio eſt: quia hoc eſſet omnino contra naturam: precipue cum phus dicat .j. politicorum ꝙ ſm nature ordineꝫ dominus debet ſeruo predominari: ⁊ ſeruus quiſqꝫ ſuo domino tenetur ⁊ debet obtemperare. Sed hunc modum ſupernaturalem: certe tenuerunt ipſi apoſtoli in conuerſione mundi ad chriſtianã fidem. Nam cum ipſi eſſent infimi quantũ ad ſanguinem: vel quantum ad humanã dignitatẽ: eſſentqꝫ aliorum ſerui: atqꝫ omnino mendici ⁊ pauperes cum contra omnem naturã ſubiugauerint ſibi ſeu obediẽtie ſue: ⁊ fidei chriſtiane: milites: comites: marchiones: dominos: barones: duces: reges atqꝫ Imperatores: quid hac re mirabilius ⁊ ſupernaturalius inueniri poteſt? hoc enim nequaq̃ factum vnq̃ fuiſſet: niſi chriſtianorum fides veriſſima extitiſſet. Proinde Bernar. i ſententijs ſuis declarat di. O ſtupendum miraculuꝫ ſuper omnia miracula. Ecce ꝙ minor ſupereſt maiori: cũ tamen non ſit ſeruus maior domino ſuo: ⁊ maior ſubeſt minori: cum reges omnis terre: dominiqꝫ terrarũ ſe apoſtolis ifimis modicis atqꝫ deſpectis ſubmittunt. hec ille. Qd' confirmans Apoſtolus .j. corin. 2. dicit. Infirma mundi elegit deus vt confundat fortia. ¶ Scd'o dico ꝙ reſpectu ꝑſonarum conuertentium fides chriſtiana apparet mirabilis ratione ruditatis ⁊ ignorantie ſeu ſimplicitatis. Mirum nempe ⁊ etiaꝫ ſupernaturale omnibꝰ appararet: ſi in diſputatione aliquis idiota ſimplex rudis ⁊ oĩno illitteratus: non loicus: non eloquẽs: non canoniſta: non legiſta: non aſtrologus: nõ phs: non theologus omnino cõuinceret: atqꝫ opinioni ſue ⁊ fidei ſubiceret hoĩes litteratos: logicos: eloquẽtes: aſtrologos: canoniſtas: legiſtas: phos atqꝫ theologos: hũc modũ ꝑ oĩa tenuerũt apli i ꝯuerſiõe mũdi ad fidẽ xpi. Cuꝫ eni ipi eẽnt illr'ati ſimplices: rudes: igñãtes: ⁊

omnino ideote non habentes logicam: nec
phiam Ariſtotelis: nec aſtrologiam Ptho-
lomei Regis: nõ eloquentiam Demoſtinis
ꝛ Ciceronis: nõ ceteras acquiſitas ſcientitas
tamen ad Chriſti fidem omnes doctos: oẽs
ſapientes: omnes litteratos: omnes ſcientifi
cos: ꝛ peritos contra naturam conuerterunt
Proinde Bernar. in ſententijs ſuis ſic dic.
Stupenduꝫ valde fuit imperitos piſcatores
abſqꝫ litteris ſcientificos conuiciſſe: ꝛ lꝫ ma-
gna ꝛ diuina plane fuerint miracula: que do
minus cõceſſit in terra: hec tamen ſuper oia
alia enituit: quia in paucis ꝛ rudibus ſimpli
cibus ꝛ illiteratis: totum mundum ꝛ omneꝫ
eius altitudinem ſcientie atqꝫ ſapientie ſub-
iugauit. hec ille. Auguſtinus etiam. 22. ciuita.
dei. c. 5. ait. Ipſe modus quo mundus credi-
dit: ſi conſideretur icredibilioꝛ inuenitur. In
cruditos enim liberalibus diſciplinis: ꝛ oio
quãtum ad iſtorum doctrinas attinet impo-
litos non peritos grãmatica: non armatos
dyaletica: non rethorica inflatos: piſcatores
Chriſtus cũ retibus fidei ad mare huius ſcli
pauciſſimos miſit: atqꝫ ita: vt ex omni genẽ:
tã multos piſces: ꝛ tanto mirabiliores: q̃zto
rariores etiam ipſos phos cepit. hec ille. De
qua etiam Ampoſtolorũ ſimplicitate Aplus
j. corin. 2. ait. Non in doctis humane ſapẽtie
verbis. Sed in oſtenſione ſpiritus ꝛ virtutis
predicamus: vt fides noſtra non ſit in ſapien
tia hominum: ſed in virtute dei. Et Hiero⁹
ait. In articulis fidei potius requirenda ſunt
ſana verba ꝛ fidelia: q̃ꝫ ornata ꝛ ſcientia ple-
na. Auguſtinus inſuper ait. Malo eſſe inur
banus: q̃ꝫ incredulus. Et malo eſſe agreſtis
catholicus q̃ꝫ eloquẽs phs ꝛ hereticus. fides
enim non querit ornatum aliunde: q̃ꝫ ſeipſũ.
hec ille. Et certe Chriſtus ipſe Apoſtolis hãc
ſcientiam conuertendi mundum: ante ꝓmi-
ſerat Jo. 14. di. Paraclitus autem ſpiritus
ſanctus quẽ mittet pater in nomine meo ille
vos docebit omnia ꝛ ſuggeret vobis omneꝫ
veritatem. Et Luc. 21. dicit. Ego dabo vobis
os ꝛ ſapientiam cui non poterunt contradi-
cere omnes aduerſarij veſtri. Et ſic patet ꝓ
poſitum. ¶ Tertio probatur concluſio rõne
paucitatis. valde mirabile nãqꝫ eſſet ꝛ ſuper
naturale apparet: ſi temporib⁹ hodiernis. 12.
homines ſoli conuerterent ꝛ ſubijcerent ſibi
ſiue ditioni ſue homines vnius prouincie.
Sed mirabilius videretur: ſi totum ſibi mũ
dum ſubicerent ſine armis: ꝛ ſimilibus: hunc
vtiqꝫ mundum ipſi. 12. Apoſtoli in cõuerſiõe
mundi ſeruauerunt: qui cum eſſent pauciſſi-
mi: puta ſoluꝫ. 12. omnes mũdi perſonas ſibi
ſubiugauerunt: qꝺ impoſſibile foret. ſi etiam
cum maximo ꝛ innumerabili exercitu homiꝫ
armatoruꝫ proceſſiſſent. Qꝺ admirãs Ber.
in ſententijs ſuis dicit. Stupendum valde
fuit: tam per paucas perſonas: totum ſimul
mundum ad vnam fidem adunaſſe. hec ille.
Et ſic patet propoſitum. ¶ Scꝺo etiaꝫ dico
ꝙ chriſtiana fides valde mirabilis ꝛ vera cẽ
apparet reſpectu perſonarum conuerſarum.
Et hoc triplici ratione. Primo ratione af-
flictionis. ¶ Scꝺo ratione incertificationis.
Tertio ratione creditionis. ¶ Primo dico
ꝙ reſpectu perſonaꝝ ad fidem Chriſti cõuer
ſaꝝ: fides apparet mirabilis ꝛ vera ratiõe af-
flictionis. Certum eſt: vt ait Boetius proſa
xi. tertij libri. ꝙ omne animal tueri ſalutẽ de
ſiderat. morteꝫ vero perniciemqꝫ deuitat. Et
ratio eſt: quia. 3. ethicoꝝ dicitur. Mors eſt vl
timum terribilium. Quo preſuppoſito peto
quo pacto ſiue qua conditione recipiebantur
ad fidem Chriſti omnes qui ad eam conuer
tebantur. Nunquid ex abundantia diuitiaꝝ
quã fides chriſtiana eis ꝓmitteret: Certe nõ
Nũquid ex promiſſione delectationum cor-
poraliũ: ꝛ huiuſmodi: Certe non: imo ↄuerte
bantur per dura ꝛ aſpera tormenta: qꝺ vtiqꝫ
eſt contra omnem naturam: cum viuere vni-
cuiqꝫ ſm phm ſit naturale. vnde Job. j. c. dr.
Pellem pro pelle ꝛ cuncta que habet homo
dabit pro anima ſua. i. pro vita conſeruanda
Vnde ꝑma conditio ꝛ pactum fidei Chriſti
erat ꝙ quicũqꝫ recipiebantur: obligati eſſent
ſe prius crudeliſſime morti ſubijcere: q̃ꝫ ſuſce
ptam Chriſti fidem denegare. hoc igitur mõ
ac conditione ſeu pacto conuertebantur oẽs
O miraculum miraculorum: perdere vitam
tam nobilem anteq̃ꝫ Chriſti fidem negarent
¶ Scꝺo rõne incertificationis. Nota ꝙ nã
magis mouet obiectum pñs q̃ꝫ remotũ. Sic
exempli gratia: magis mouetur qs ad amo-
rem alicuius ex eius pñtia: q̃ꝫ ex eius abñtia.
Quo ꝑſuppoſito peto. O ſaraceni. O theucri
quare creditis legi Machometi: Certe quia
concedit nobis omnia delectabilia huius pre
ſentis vite: ad que maxime inclinata eſt hu-
mana natura: poſt corruptionem innocentis
nature. Gen. 8. Senſus ꝛ cogitatõ ꝛc. ꝓpter

quod non eſt mirum ſi multi credunt. Sed o fides chriſtiana quõ conuertiſti ad te mundum: nunquid ex certitudine bonorum preſentium ſeu dilectione? Certe non: imo eos conuertiſti per fidem: ⁊ non per ſpeciem: per abſentia ⁊ futura: ⁊ non propter preſentia. Nam fides chriſtianorum non eſt de viſibilibus: ſed de inuiſibilibus bonis: ſeu rebus q̄ nullatenus poſſunt a ſenſu vllo percipi. Et tñ cum hoc ſit contra naturam. ſ. preſentia relinquere ⁊ ſperare ſimpliciter futura: innumerabiles huic legi ſe ſubmiſerũt ⁊ fidei: quod neq̄q̄ fieret niſi hec fides: ⁊ lex alijs verior eſſet ⁊ melior: ⁊ niſi eſſet donum ſuperceleſte ⁊ infuſum a deo. Unde Auguſtinus in quadam ſua epiſtola ait. Quis tantam hominũ multitudinem ad peccata pronam: ad legem Chriſti carni ⁊ ſanguini contrariam ſeruandam induceret: niſi deus eſſet cum illo? Idem .22. ciuita. dei. c. 5. dicit. Quid mirabilius ⁊ incredibilius eſſe poteſt: q̄ ad legem prorſus contrariam carni ⁊ ſanguini doctores pauci: paupes ⁊ rudes poſſent plurimos potentes ⁊ ſapientes conuertere. hec ille. ¶ Tertio dico q̄ reſpectu perſonaruꝫ ad xpi fidem conuerſarum apparet Chriſti fides veriſſimam ratione creditionis. Certum eſt vt dicit phs. 3. de anima. q̄ intellectus humanus nihil intelligit ſine fantaſmate: quia intelligibilia ſunt in ſpeciebꝯ ſenſibilibus: ideo non ſenſiens nihil vtiq̄ adiſcit. Sed dũ ſpeculatur: neceſſe ē ſimul fantaſmata ſpeculari. hec ibi. Quo preſuppoſito. q̄ intellectus humanus naturaliter non aſſentit niſi rebꝯ naturalibus ⁊ ſenſibilibus. peto quid fides chriſtiana credendum intellectui preponat. Certe non ſenſibilia: non naturalia. Ideo ſupernaturalia: quibus rebus ſupernaturalibꝯ intellectus non ſe ſubmitteret ad credendum: niſi haberet maiorem certitudinem de eis inuiſibilibus ⁊ naturalibus: hoc modo cõuerſi ſunt quicũq̄ ad fidem Chriſti conuerſi ſunt quod vtiq̄ ſtupendiſſimum fuit ⁊ ſuper naturam. Proinde Bernar. tria mirabilia ⁊ ſupernaturalia que credit fides noſtra chriſtiana enumerat di. Tria opa fecit omnipotẽs illa maieſtas in aſſumptione noſtre carnis: ita ſingulariter mirabilia: ⁊ mirabiliter ſingularia: vt talia nec faciet nec facienda ſint amplius ſuper terram. Coniũcta ſunt qppe ad inuicem: deus ⁊ homo: mater ⁊ virgo: fides ⁊ cor humanum. hec ille. Auguſtinꝯ. Inſuper. 22. ciuita. dei. c. 5. dicit. Duobus illis incredibilibus ſi placet dino: quia placere debꝫ addamus hoc tertium. Iam ergo tria ſunt incredibilia: que tamen facta ſunt. Incredibile eſt Chriſtum reſurrexiſſe in carne: ⁊ in celuꝫ aſcendiſſe cum carne. Incredibile eſt mundũ rem tam incredibilem credidiſſe ⁊c. Et ſic recita totum illud capitulum q̄ multum eſt ad propoſitum. Ex qua etiam triplici ratione patet q̄ mirabilis ⁊ vera ſit chriſtiana fides reſpectu perſonarum conuerſarum. ¶ Scd̃o poſtremo etiam dico q̄ valde mirabilis et vera chriſtiana fides apparet reſpectu modi conuerſionis triplici ratione. Primo rõne diuerſificationis. Scd̃o ratione fortificationis. Tertio ratione complexionis. ¶ Prio dico q̄ modus ↄuerſiõis totiꝯ mũdi ad fidẽ chriſtianã fuit mirabil' rõe diuerſificatiõis. ſ. oiuꝫ linguaꝝ. Noticia nãq̄ oiuꝫ linguaꝝ data fuit omnibꝯ apoſtolis a deo q̄ omnis humanus populus intelligebat linguam ſuam Unde Act. 2. c. dicitur. Dum complerentur dies penthecoſtes erãt omnes diſcipuli pariter in eodeꝫ loco: ⁊ factus eſt repente de celo ſonus tanq̄ aduenientis ſpiritus vehementis. ⁊ rep. to. do. vbi. e. ſe. ⁊ apparuerunt illis diſpartite lingue tanq̄ ignis: ſeditq̄ ſupra ſingulos eoruꝫ. ⁊ re. ſunt omnes. ſ. ſ. ⁊ cep. lo. va. li. prout. ſ. ſ. da. eloqui illis. Erant autem in ierlẽm habitantes viri religioſi ex omni natione que ſub celo eſt. Facta autem hac voce conuenit mul. ⁊. m. con. eſt. qm̃ au. v. li. ſ. i. lo. Stupebant autem omnes ⁊ mirabantur ad inuicem dicentes. nonne omnes iſti qui loquuntur galilei ſunt? ⁊ quomodo nos audiuimus vnuſquiſq̄ linguã nr̃aꝫ nullũ in qua nati ſumus? Parthi ⁊ medi. ⁊ elamite: ⁊ qui habitant meſopotamiam. Iudeam ⁊ capadociam: pontum: ⁊ Aſiam frigiam: ⁊ pamphiliam. Egyptum ⁊ partes libie que ē circa cyrenem: ⁊ aduene romane. Iudei quoq̄ et proſeliti cretes ⁊ ara. au. eos lo. n. li. magnalia dei. hec ibi. ¶ Scd̃o hoc patet ratione fortificationis. Mirum valde fuit ⁊ ſupernaturale: q̄ Apoſtoli qui cum deo debiles erant in tm̃ q̄ Petrus qui maior ceteris eſſe videbatur ad ſolam vocem vnius ancille dum mori timuit fidem ⁊ Chriſtum negauit tãta

virtute in momēto temporis ex alto inducti
ſunt: ⁊ ſic fortes effecti: vt etiam nullum ti-
merent. non enim timebant eos qui iã deū
eorum. ſ. xp̄um Jeſum occiderant. quin poti⁹
omni pene atq; tormēto. ut melius infra pa
tebit. ſe cōſtanter ſubmittebāt. Proinde Ac
tu. 4. c. Cum ſacerdos ⁊ magiſtratus prepo-
nerent Petro ⁊ Joanni multa tormēta. Si
a predicatione nominis xp̄i nō ceſſarent. nō
poſſimus inquiūt Petrus ⁊ Joannes q̄ vi-
dimus et audiuimus non loqui. Et actuū. 5.
ca. dixit Petrus. Obedire oportet deo ma-
gis q̄ȝ hominibus. ¶ Tertio hoc patet ratio
ne cōplexionis: ſeu generalis ꝯuerſionis. val
de mirum fuit. ꝙ poſt xp̄i mortem. i. pauper
culi Apoſtoli. non tm̄ vnam prouinciam: ſed
omnē ſimul mūdi prouintias. vniuerſumq;
mundū xp̄i fidei ſubiugarunt. dicente Ber.
Licet magna ſint miracl'a. que deus fecit in
terris. hoc tamen maximū fuit. ꝙ xp̄s ꝑ pau
cos ⁊ ſimplices apoſtolos totū mundum et
omnē eius altitudinē ſibi ſubiugat. Hoc idē
teſtatur propheta dicens. In omnem terrã
exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre ver
ba eorum. hec enim preceperat xp̄us eiſdem
apoſtolis Matth. vltimo, ca. dicens. Euntes
in mundū vniuerſum predicate euangelium
omni creature. Et ſtatim ſubiūgitur. Illi au
tem profecti predicauerunt vbiq; domino co
operante. ⁊ ſermonē confirmante: ſequenti-
bus ſignis. Ex qua triplici ratione ſimul cū
ceteris reſpectibus et rationibus ſupraposi-
tis euidenter apparet: ꝙ cum totus mundus
tam miraculoſe tanq; ſupernaturaliter apo-
ſtoloꝝ tpe ad xp̄i fidem conuerſus ſit. nō
eſt dubium ꝙ xp̄ianorum fides vera eſt ſup
omnē aliam fidem. Et per conſequēs etiam
patet ſecundū argumentū demonſtratiuū. ꝙ
ſola fides xp̄ianorum ſit veriſſima: ⁊ non al-
tera quod dicitur argumentū ſubiugationis.
¶ De tertio argumento quo oſtenditur: ꝙ
ſola fides xp̄ianorum eſt vera ⁊ ſalutifera.

Ertium argumentū in ordine decla
t randum: quo oſtenditur ſolam fideȝ
xp̄ianorum eſſe veram ⁊ non alterã
dicitur argumentū obiectionis: pro cognitio
ne huius argumenti occurrit mihi ſententia
philoſophi ſecūdo de anima dicentis. Habi
tus cognoſcūtur per actus. Actus vero ꝑ ob
iecta. Que regula ſic patet. Nam per actum
exteriorem elemoſyne: ſeu iuſticie. cognoſco
aliquem eſſe in corde habitum iuſtum: atq;
elemoſynariū. quoniā exterior actus. ut dici-
tur ſecūdo Ethicorum. cauſatur ex habitu in
teriori: ſeu diſpoſitione: que fundatur in vo-
luntate. Ex obiecto vero cognoſco ⁊ diſcer-
no: an actus ſeu habitus illius elemoſynarij:
ſeu iuſticiam facientis. fuerit bonus vel ma-
lus. Si enim talis elemoſyna habuit princi-
paliter deuȝ pro obiecto. vtiq; bona dicetur
tam actu q̄ȝ habitu. hoc idem dico de actu et
habitu iuſticie. Si vero actus ⁊ habitus illi-
us elemoſynarij. habuerint pro obiecto aut
vanam gloriam: aut mundanū honoreȝ: ſeu
complementum alicuius voluptatis. clarum
eſt. ꝙ tam actus q̄ȝ habitus illius elemoſyna
rij fuerunt mali ⁊ demeritorij. hoc idem di-
co ſi iuſticia fiat non ex zelo diuini honoris:
ſeu reipublice conſeruande. Sed potius ex
zelo cupiditatis aut alicuius inordinate paſ
ſionis. vtiq; mala et demeritoria erit. Quo
preſuppoſito dico a ſimili ꝙ ex obiecto quod
fides diuerſorum hominum reſpicit cogno-
ſci poteſt. que ſit ſimpliciter vera ⁊ falſa fides
Sed clarum eſt ꝙ obiectū vere fidei. eſt ſim
pliciter credere: deum actu eſſe hominē, et
econuerſo hominem eſſe deum. Et ratio eſt:
quia cum culpa: tam originalis: q̄ȝ actualis
mortalis ſit infinita reſpectu obiecti infiniti
offenſi. requirit ſatiſfactionem infinitam. ad
hoc ut anima ſit purgata et terminata: ⁊ opor
tet ꝙ fiat per creaturam cum deo in vnitate
ꝑſone coniunctam: et vnitam. Ex qua vnio-
ne conſequenter talis creatura dicitur habe
re infinitam virtutem: cum eius actiones et
opera denominationē ſumant: et habeant a
ꝑſona diuinitatis. videlȝ ſapientia dei increata
que eſt filius patris eterni. Quibus conceſ-
ſis. manifeſtum eſt: ꝙ fides Saracenorum ⁊
Turchorum falſa eſſe cognoſcitur: cum ha-
beat ſimpliciter pro obiecto ſimplicem ho-
minē Machometū: qui non tm̄ non eſt de⁹
et homo. et econuerſo per vnionem cum per
ſona filij dei. Sed inſuper eſt peſſimus ⁊ dy
abolicus homo. ex totali ſeparatione a diui-
na gratia. Similiter et fides Judeorum fal-
ſa eſſe cognoſcitur: ex falſo obiecto. quoniam
expectant meſſiam adhuc venturum: qui ta-
men non tantū non veniet niſi ad Judiciuȝ
quoniam iam venit: dum veram humanita

tem in ſe aſſumpſit. Sed inſuper meſſias il-
le quem expectant erit falſus antexpus. Op
poſitum vero eſt de fide xpianorum. que cuꝫ
ſimpliciter credat in chriſtum qui eſt deus ⁊
homo. et econuerſo habet verum obiectum.
⁊ per conſequens non tantum vera. ſed eti-
am veriſſima eſſe probatur. Et ꝙ chriſtus ſo
li chriſtiani credunt. ⁊ ꝙ habent pro obiecto:
ſit realiter deus et homo. ¶Probat auctori-
tas Ber. in libro de conſideratione ad Eu-
genium. dicentis. Tantam et tam expreſſam
vim vnionis in ſe prefert ea perſona. qua de
us et homo vnus eſt chriſtus. ut ſi duo de ſe
predices non erras. hec ille. Hoc idem pro-
bat diſtinctio domini Bonauenture in ter-
tio. diſtin. 7. articu. ꝑmo. queſt. ꝑma. in corpo
re. queſt. di. Cum queritur de hac locutione.
deus eſt homo: et homo eſt deus. Reſpon-
deo ꝙ ſm catholicam veritatem: abſqꝫ du-
bio neceſſe eſt concedere. hominem deum: et
deum eſſe hominem. pro eo ꝙ due nature
ibi vnite ſunt: in vnā pſonā. Que aūt in vno
ſuppoſito vniunť: neceſſario de ſe inuicē ṗdi-
canť: ſi accipianť ꝯcrete: ꝓpter illā maximā q̄
dicitur: quecūqꝫ vni et eidē ſunt eadem: in-
ter ſe ſunt eadem: per quam et fundari habꝫ
virtus ſylogiſmi expoſitorij: quo probat phi-
loſophus. in libro ¶Priorum. Ea que dicun-
tur de vno et eodem: predicari de ſe inuicem
Si igitur vnus eſt chriſtus: qui eſt deus ⁊ ho
mo. neceſſario oportet concedere. deum eſſe
hominē: et hominem eſſe deum. Et hoc at-
teſtantur ſanctorum auctoritates: ⁊ cōmuni-
ter fatentur doctores theologie. Cum tamen
dicitur deus eſt homo. hoc eſt ſingulis mo-
dus predicandi. Non eſt enim talis predica
tio per eſſentiam: quia tunc deus et homo
eſſent eiuſdem eſſentie: quod eſt impoſſibile:
nec etiam per inherentiam. quia tunc accide
ret deo eſſe hominem. Nec inſuper per cau-
ſam. quia tunc pari ratione poſſet dici. ꝙ de-
us eſt lapis. quia ita ē cauſa lapidis. ſicut ho-
minis. nullus igitur predictorum modorum
videtur poſſe concedi. hominem de deo poſ
ſe predicari. Sed eſt tantū hec predicatio per
vnionē. Ideo enim homo predicatur de deo
quia vnitur ei in vnitate perſone. Et quoni-
am hec vnio eſt ſingularis: non eſt mirum ſi
ſingularem modum exigit predicandi. Hec
dominus Bonauentura ad litteram. Ex q-
bus omnibus. patet etiam tertium argumē
tum demonſtratiuum. ꝙ ſola fides chriſtia-
norum ſit veriſſima: et non altera. Ex quo
habet ſimpliciter deum obiectum in quem
credit. videlicꝫ chriſtum: qui eſt deus et ho-
mo: ⁊ econuerſo. prout confitetur vera fides.
quod vtiqꝫ dicitur argumentū obiectionis.

¶De quarto argumento quo oſtenditur. ꝙ
ſola chriſtianorū fides vera eſt et ſalutifera.

q Uartum inſuper argumentum in
ordine declarandum: quo oſtendi-
tur ſolam fidem chriſtianorum eſſe
veram et non alteram: dicitur argumentum
reuelationis: ſeu tranſlationis prophetiarū.
Certum eſt ꝙ ſi tranſcurrere velis totum te
ſtamentuꝫ vetus. O quot prophetias. quot-
qꝫ reuelationes: populus iudaicus a deo tūc
electus: nūc vero reprobamus: ante chriſti ad
uentum ſuſcepit. Nam facte ſunt a deo eti-
am ante legem multe reuelationes. videlicet
ſub Noe: Abraam: et Jacob: ut patet in li-
bro Geneſ. Que dei reuelationes: multipli
cate ſunt lege ſuſcepta. ¶Proinde Numeri. 12
ca. dicitur. Si quis fuerit inter vos prophe-
ta domini: in viſiōe apparebo ei: vel per ſom
nium loquar ad eum. At non talis ſeruus
meus Moyſes. qui in omni domo mea fi-
deliſſimus eſt: Ore enim ad os loquor ei et
palam: et non per enigmata ⁊ figuras deum
videt. hec ibi. Item Deuterono. quarto cap.
dicitur. Non eſt alia natio tam grandis que
habeat deos appropinquātes ſibi. Sicut de
us noſter adeſt cunctis obſeruationibus me
is. Dauid inſuper propheta ait. Non fecit ta
liter omni nationi: ⁊ iuſticia ſua non manife
ſtauit eis. Sed dic mihi: O Judee ſimul cuꝫ
Turchis et Saracenis. nunquid poſt chriſti
aduentū aliq̄s dei viſiōes ſeu ꝓphetias et re
uelatōes habuiſti. certū n̄. Si ergo nō habui
iſti: ergo ꝓphetie ⁊ reuelatiōes dei deſcēdert
in fideꝫ xpianā: ſeu in eccleſiam ex gentibus
collectā. Et vnde hoc. niſi ꝙ deus reprobauit
legem iudeorū: ceterorūqꝫ infidelium: ⁊ con-
firmauit ſicut veriſſimā legem ⁊ fidem xpia
noruꝫ. Quot autē reuelationes ſanctis Apo
ſtolis facte ſint: lege teſtamentū nouū: ſacros
theologos ⁊ doctores: legendaſqꝫ ſanctorum
quaſi infinitas ⁊ innumerabiles certe adin-
uenies. An non maxima. Et excellentiſſima
fuit illa viſio ⁊ reuelatio pauli. de qua ſecūdo

Corin.12. dr. Veniã aũt ad viſiones ⁊ reuela tiones. Deinde inqͭ ipſe Paulus. Scio hominẽ in xp̃o ante ãnos.14. ſiue in corpore ſiue extra corpus: neſcio deus ſit: raptum huiuſmodi vſqꝫ ad tertiũ celum: ⁊ ſcio huiuſmodi hominẽ ſiue in corpore: ſiue extra corp⁹ neſcio: deus ſcit. quoniã raptus eſt in paradiſuꝫ ⁊ audiuit archana verba que nõ licet homini loq. hec ibi. In quo raptu omnes tres hierarchie angelorũ. quorũ quilibet tres choros facit: ſibi reuelate ſunt. quas angelorum hierarchias ⁊ ordines: ſeu choros: cum ſuis ſpiritualibus officijs: ipſe poſtmoduꝫ reuelauit ſancto Dyoniſio aropagite: diſcipulo ſuo: q propter hoc libꝶ cõpilauit: qui intitulatur de angelica hierarchia. tam mirabilis viſio reuelatio. ⁊ raptus ad tertiũ celum in veteri lege nunq̃ꝫ fuiſſe facta leguntur. Et dimiſſis ceteris omnibus viſionibus: ⁊ reuelationibus que ſanctis facte ſunt. cum ſint innumerabiles ⁊ infinite: quid dicemus de reuelationib⁹ Joan. euãgeliſte: quas ſuſcepit in inſula pathmos: dum ibi eſſet delatus in exiliuꝫ. in qua domin⁹ reuelauit ei proprio ore Apocalipſiꝫ: in quo ſm̃ Hieronimũ in prohemio eiuſdẽ tot ſunt ſacr̃a quot verba. Nam in eadẽ apocalipſi continentur reuelationes totius ſtatus mundi. a principio vſqꝫ ad finem. pretermitto de magnis reuelationibus q̃s ſuſcepit dum recumberet in cena domini ſuper pectus ipſius domini Jeſu: quas tũc prout cantat eccleſia: fluenta ſacri euangelij de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit. De qua euangelij ſublimitate. Hieronimus in prohemio eiuſdem dicit. Si parum altius intonaſſet: totus mundus capere non potuiſſet. Ex premiſſis igitur omnibus concludo ſm̃ Thomam ſecunda ſecunde. q. 171. articu. 6. ꝙ cum prophetia ſit quedã cognitio intellectui prophete impreſſa. ſupra omnẽ humanaꝫ facultatem. ex diuina reuelatione procedens. talis autem prophetia ſimpliciter vigeat in fide xp̃iana: et non in alia: ⁊ deus ipſe non poſſit reuelare niſi veritatem. ſequit̃ per conſequens. ꝙ ſola fides xp̃iana vera eſſe cenſetur omnis vero alia fides falſa. Quod deus ido fecit. quia populus Judaicus ab eius obedientia ſe ſubtraxit. Econtra vero populus gẽtilis eidem obedientie ſe ſubmiſit. dicente ꝓpheta. Populus quẽ non cognoui ſeruiuit mihi. in auditu auris obediuit mihi: filij alieni ideſt Judei. nunc alienati inueterati ſunt ⁊ claudicauerunt a ſemitis ſuis. Ex predictis igitur etiam tribus argumentis. videlꝫ. ſubingationis: obiectionis: ⁊ reuelationis. patet q̃liter xp̃iana fides ſuper omneꝫ aliam fidem realiter veriſſima eſſe approbatur. In qua ſi de virtute immenſa omnipotentis dei clemẽtia: nos omnes ſanctificare dignetur in preſenti per gratiam: et in futuro per gloriam. Per infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

qd Prophetia ſit

¶ Feria quarta annorum ſiue die primo q̃dragesime. Iterum de quarta excellentia. vꝫ de veritate ipſius ſacratiſſime fidei.

Nolite theſaurizare vobis theſauros i terra. vbi erugo et tinea demolitur. ⁊ vbi fures effodiunt et furãtur. Theſaurizate autem vobis theſauros i celo: vbi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demollitur. ⁊ vbi fures non effodiunt: nec furantur. Scribũtur hec verba Matth. ſexto. ⁊ in euãgelio occurrẽtis ferie: poſt moralem explanationẽ preſentis euangelij quaꝫ tibi preconi dei ne nimis prolixus videar in ſcribendo faciendã relinquo: poteris totã hiſtoriam euangelij ad materiã fidei adaptare precipue in reaſſumptione thematis. Sic poteris thema declarare. Nolite inqͭ domin⁹ vobis theſaurizare. ⁊c̃. quaſi dicere velit. O vos fideles xp̃iani: qui eſtis ſub vera fide collocati. que nõ eſt de preſentib⁹ ⁊ viſibilib⁹ ſed futur. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: prout faciũt ſaraceni atqꝫ iudei. quorum fides tota. ut patet ad oculum: in terrenis verſatur. que vtiqꝫ tranſitoria ſunt et caduca: atqꝫ penitus inſtabilia. Sed magis theſaurizate theſauros in celo: per virtutem veſtre ſacre fidei. Qui vtiqꝫ theſauri erunt infiniti: incõparabiles: atqꝫ eterni. Ad quos acquirendos mediãte fidei virtute. ut quilibet anim⁹ fideliũ magis inclinetur: habeo in preſenti ſermone vltra iam predicta quattuor argumenta: cũ quinto optimo argumento: veritatem ipſius xp̃ianorum fidei demonſtrare ⁊ declarare. quod vtiqꝫ erit tale.

¶ De quinto argumento quo oſtēditur q ſola fides xpianorum vera eſt ⁊ ſalutifera.

q Uintū igitur argumentū in ordine declarandū.quo oſtenditur ſolam fidem xpianorum eſſe verā et non alteram:dicitur argumentū ordinatiōis. Pro declaratione huius argumenti:ſeu fundamēti:occurrūt verba Cōmentatoris ſuper verba philoſophi.12.Metaphiſice.v3.Bonū vniuerſi cōſiſtit in ordine.vnde ordinata ſunt aliqualiter omnia in vniuerſo.Et iterum.Meliora inquit ſimpliciter ſunt que magis ordinant vnūquodq3 in propriū finem. Hec Cōmentator.patet hec regula. Na3 illa medicina ſimpliciter dicit eſſe melior ceteris omnibus:que magis ordinat infirmum ⁊ egrotu3 ad finem ſanitatis.Similiter melior eſſe dicitur illa oratio ceteris omnibus:que magis obtinent finem gratie cōcupite.ſicut ⁊ oratio octo verbor:quam fecit virgo ad dominū ꝓ ſalute humani generis: cum dixit Luce.ca.1. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm ver.tu.⁊c. dicit melior fuiſſe cunctis orationib[9] ſanctorum patrū.prout dicit ſanctus Bonauentura.in tertio.diſtin.4.ar.ſecūdo.q.2.in ſolutione ſecundi argumēti. Et etiā Ricar.c.di.q2 tunc in inſtanti meruit non merito condigni Sed ſimpliciter digni incarnationē filij dei. Ex qua poſtmodū ſubſecuta eſt redemptio. Quo preſuppoſito.q.ſ.illud ſimpliciter dicit eſſe melius quod magis ordinat in debitum fine3:dico a ſimili.q ſola illa fides melior eſt ⁊ verior omni alia fide:que magis dirigit et ordinat hominē ad finem beatitudinis eterne.Sed manifeſtum eſt.q ſola xpiana fides ſuper omnē aliam fidem. magis ordinat homine3 ad predictum finem. vnde per conſequens neceſſe eſt concludere ſolam chriſtianorum fidem eſſe veram: ſeu omni alia fide meliorem:quod ſic patere poteſt.Triplex eni ordo. neceſſario requiritur ad conſequendū finē eterne felicitatis.quē ordine3 ſimplr obſeruat ſola fides xpiana.Quorum.

¶ Primus dicitur ordo diuinalis.

¶ Secundus dicitur ordo proximalis.

¶ Tertius dicitur ordo ſpecialis.

¶ De triplici ordine quo ſola fides xpiana ordinat in finem eterne felicitatis. Et primo de primo.

p Rimus ordo quo fides xpiana ſup omnē aliam fidem ordinat in finem eterne felicitatis.dicitur ordo diuinalis. Nam fides ſeu lex xpiana ſup omnem aliam fidem ⁊ legem ordinat hominē tripliciter:in deum. Primo q̄tum ad dilectionem. Secundo q̄tu3 ad profectionē. Tertio q̄tum ad remotionem. ¶ Primo dico. q fides xpiana ordinat hominē in deum ſuper omnē aliam fidem.q̄tum ad dilectionē. Na3 Deutero.ſexto.Matth.22.Luce decio precipit xpiana fides.diliges dnm deum tuū in toto corde tuo.⁊c.quid eni3 hoc ordine melius:quid honeſtius:quidve laudabilius eſſe poteſt: ad ꝑducendum hominē ad eternam felicitate3:profecto nihil:immo hoc agere.ſ. deum ſuper omnia toto corde diligere. qſq3 cogitur ex ipſo ſolo dictamine rationis. Unde ſm Ariſtotelem.9.Ethicorum. Quilibet beneficiatus ſeu ab altero beneficiū recipiēs tenetur ſuum benefactorē cordialiter diligere.Quod ⁊ inter nō habentes rationis vſu3 obſeruandū cenſetur. Unde experientia teſte. Uidimus q hec obſeruant canes: ceteraq3 animalia vſu rationis carentia.q̄ vtiq3 benefactorem ſuū intime et cordialiter diligunt.Sed hunc ordinem.Et ſi fides xpiana cōiter obſeruat.tamen nō obſeruant:nec obſeruare poſſunt.ipſi theucri:⁊ ſaraceni:legem machometi obſeruantes. quod dupliciter ꝓbo. Prio rōne. Scdo aucte.¶ Prio rōe contrarietatis ſic.Nā phus.4.Metha.dicit ad introductionē vnius forme in vno ſubiecto requirit expulſio ɔtrarie forme.Et rō eſt ſm eunde3.10.Methaphiſice. Quia due forme cōtrarie nō poſſunt ſimul ſtare. ſicut nec ſanitas nec vita.poteſt ſimul ſtare cum infirmitate ⁊ morte.Quo preſuppoſito certū eſt. q cum lex machometi concedat.12. vxores ſiue concedat q quiſq3 ponat amorē ſuū carnalem in vxoribus.Et econtra.q talis amor carnalis totaliter contrarius eſt amori ſpirituali ipſius dei:ſeu celeſtiū bonoru3 cōcludit. ꝑ conſequens.q impoſſibile eſt q deum diligant toto ⁊ vero corde. ¶ Scdo hoc idem probatur auctoritate Saluatoris.Matth.6. di. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut deo aut mamone.Aut enim vnum diliget ⁊ alterum odio habebit. Ex qua ratione ⁊ auctoritate.patet q cum lex Machometi ſeu ſaracenorum ordinet amorem ſuum,i re-

bꝰ carnalibꝰ. cū vero lex xp̄iana ordinet hoīez in amorem dei atq; celeſtium bonorum. prout etiam euangelium hodiernum demonſtrat. concluditur ꝙ chriſtianoruz fides vera eſt. illa vero falſa. Hic tamen facies exprobrationem prout tibi placet: contra chriſtianos oppoſitum facientes: hunc etiam ordinem dilectionis ad deum non obſeruat iudeorum fides: quod dupliciter probo. Prio ratione. Scđo auctoritate. ¶ Primo ꝓbo ratione obiectionis. Fundamentum rōnis ponit Tho. ſcđa ſcđe. q. 5. ar. 4. dicēs. Spēs ⁊ perfectio cuiuſlibet habitus rerum pendet ex formali ratione obiecti: ⁊ ablata ſpecie habitꝰ nullatenus remanet. patet hec regula. Nam cum abſtinentia inquantum eſt habitus infuſus habeat carnis maceratione ꝓpi deum pro obiecto. Certum eſt ꝙ ſi abſtinentia non habet deum pro ſuo obiecto: iam nō erit habitus a deo infuſus: ſed ſimpliciter acquiſitus. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ obiectum dilectionis eſt ſimpliciter deus. Deꝰ autem eſt ſimpliciter pater ⁊ filius ⁊ ſ. ſ. i. vna eſſentia atq; ſubſtātia. dicēte Jo. pͥme. Jo. 5. Tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo. pater verbum ⁊ ſ. ſ. ⁊ hi tres vnum ſunt. Manifeſtum eſt autem ꝙ lex iudaica deordinat hominem ab amore filij dei incarnati. Nec volunt diligere iudei Chriſtum dei filium: qui vtiq; deus eſt ⁊ homo. ergo per conſequens remouentur ab obiecto vere dilectionis.

¶ Scđo hoc ꝓbo auctoritate ipſius filij dei dī. Joan. 14. Qui nō diligit me non diligit patrem meum. Ex quibus omnibus concluditur ꝙ cum fides chriſtiana ſola vere ordinet hominem in deum ipſum ad dilectionez. Oppoſitum vero faciat lex iudeorum ⁊ ſaracenorum. Certum eſt propter hoc ſola chriſtianorum fides vera eſt. ¶ Scđo etiaz dico ꝙ lex chriſtiana ordinat hominem in deum ſuper omnem aliam legem quantum ad perfectionem. Nam omiſſo ꝙ lex euangelij ſeu chriſtiana ordinat hominez in deum per obſeruationem preceptorum. quia Matth. 19. precipitur. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Ordinat enim in deum per obſeruantiam conſiliorum: que conſcilia inter cetera: precipue ſunt tria. Quorum primum dicitur conſilium caſtitatis. Scđm dicitur conſiliū contēptibilitatis. Tertium dicitur conſiliuz renunciabilitatis. ¶ Primum conſilium ꝑfectionis ordinans hominez in deum ſuper omnem aliam legem: dicitur conſilium caſtitatis ſeu virginitatis. Nam dominus per ſimilitudinem loquēs Matth. 13. dicit. ꝙ quedam terra facit fructum trigeſimū: ꝑ quem intelligitur caſtitas vidualis. Quedam deniq; facit fructum centeſimum: per quem intelligitur caſtitas virginalis: ex qua ſimilitudine apparet: qualiter lex Chriſti ſeu euangelij ordinet hominem in deum: per duplicem perfectionem caſtitatis. ſ. vidualis ⁊ virginal. Quod nulla alia lex facit. Et Matth. 22. hoc idem inſinuare voluit ſaluator: vbi dicit. Nō nubent neq; nubent: ſ; erūt ſimiles angelis dei: in quibus. ſ. nō eſt aliquis carnalis coitꝰ hanc duplicem caſtitatē perſuadet Apoſtolꝰ Et pͥmo de caſtitate virginali dicit. j. corin. 7. De virginibus autem preceptuz domini nō habeo. conſilium autem do tanq̄ʒ miſericordiam conſequutus a deo. Et ibidē ait. Alligatus es vxori. Noli querere ſolutionē: ſolutus es ab vxore. Noli querere vxorem. h̄ ille. Cum quo concordans Ambroſius. 32. q. j. c. Integritas Inquit corporis expetenda a nobis eſt: quā ego pro conſilio ſuadeo: nō ꝓ imperio precipio. Sola eſt enim virginitas que ſuaderi poteſt: imperari nō pōt. Res eſt magis voti q̄ʒ precepti. hec ille. Caſtitatem i ſuper vidualem perſuadet. Idem Apoſtolꝰ j. corin. 7. di. Dico non nuptis ⁊ viduis: bonū eſt illis ſi ſic permaneant: ſicut ⁊ ego: ꝙ ſi ſe non continent nubant. melius eſt enim nubere q̄ʒ vri. hec ibi. Et Hieronymus in q̄dā epiſtola ait. Perfecte virtutis indiciuz eſt renunciare experte voluptati: fugere notas carnis illecebras: ⁊ carnis maritalis amplexus: ⁊ calētis adhuc etatis flammas fidei ardore extinguere. hec ille. De obſeruatione huius caſtitatis vidualis cōmendatur Judith. de qua Judith. 15. dicitur. Confortatum eſt cor tuum: eo ꝙ caſtitatem amaueris: ⁊ poſt virū tuum alterum neſcieris. Ideo eris benedcā in eternum. hec ibi. Hoc primum caſtitatis ⁊ perfectionis conſilium: non tm̄ non obſeruant iudei: apud quos ſterilis vir ⁊ femina ex lege maledicuntur. Nec etiam ſaraceni: qui tot vxores accipiūt quot paſcere poſſunt. S; totaliter abijciunt ⁊ tanq̄ʒ rem peſſimam et penitus a deo reprobatam. in oppoſitum ſic arguunt dicentes. Omne quod contrariat precepto legis nature ⁊ diuine: eſt omnino il

licitum:⁊ a nullo obſeruanduꝫ. Sed caſtitas virginalis ⁊vidualis cõtrariatur legi nature ⁊ diuine:ergo ⁊c̃. Et ꝙ ſit contra legem nature patet. quia Ariſtotiles in libro de animalibus. ⁊ primo celi. ⁊.2. de anima dicit. ꝙ natura appetit generationem indiuiduoꝝ propter conſeruationem ſuarum ſpecieꝝ: ꝙ ſint etiam cõtra legẽ dei. patet. quia Gen̄.j. dicitur. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Unde patet queadmodum eſſet illicitum ſeruare legalia antiq̃ legis: ſic eſt illicitum ſeruare caſtitatem virginalem ⁊ vidualem:cum ſit contra predictã vtrãqꝫ legẽ. Quibus premiſſis concludunt ꝙ talis caſtitas non tm̄ non ordinat hominem in deum ſed magis deordinat. Quorum opinio fides ler atqꝫ ſententia:qm̄ falſiſſima eſt:⁊ penitus perfectioni contraria:omnino eſt improbãda Et ſic tripliciter probo ad preſens:ꝙ talis caſtitas incomparabiliter eſt perfectior ⁊ laudabilior oĩ coitu matrimoniali. Primo auctib⁹ Sc̃do rationibus. Tertio diſtinctiõibus. ¶ Primo ꝓbo auctib⁹:ꝙ caſtitas ſeu ꝯtinẽtia virginalis ⁊ vidualis eſt ꝑfectior omni coitu matrimoniali. Nam Auguſtinus libro de virginitate ait. Certa ratione etiam ſanctaꝝ ſcripturarum auctoritate: nec peccatum eſſe nuptias inuenimus:nec earum bonum bono virginalis ⁊ vidualis continentie equare preſumimus. hec ille. Item Damaſcenus libro.4.ait. Quanto angelus homine ſuperior eſt per naturam:tanto virginitas eſt nuptijs honorabilior. Item Hieronymus in quadam epiſtola dicit.Tria precipue ſunt genera metallorum ferrum:argentum: ⁊ aurũ. Ferrum eſt caſtitas coniugalis. Argentum eſt viduitas. Aurũ vero virginitas. Deniqꝫ idem Hieronymus ad Euſto. in ſermone de aſſumptõe virgi.ait. Et bene angelus ad Mariam mittitur:quia ſemper angelis eſt cognata virginitas: profecto in carne preter carnem viuere:non terrena vita eſt ſed celeſtis: vnde in carne celeſtem gloriam accipe maioris ẽ meriti q̃ꝫ habere. hec ille. ¶ Sc̃do hoc idem probo quintuplici ratione. Primo ratione finalitatis. Sc̃do ratione conformitatis. Tertio ratione totalitatis. Quarto ratione difficultatis. Quinto ratione vnitatis. ¶ Primo probo continentiam virginalem ⁊ vidualem eſſe perfectiorem omni coitu matrimoniali ratione finalitatis. Fundamentum rationis ponit phũs.2.phyſicorum. ⁊.3.thopico.dicẽs. Cuius finis melior:ipſum quoqꝫ melius. patet hec regula. Nam quia per predicationem anima ſanatur a peccatis: que ſanitas eſt melior omni ſanitate corporali:quam quis acquirit per conſiliuꝫ medicorum. Ideo propter hoc conſilium predicatoris eſt melius ⁊ perfectius omni conſilio medicorum. Quo preſuppoſito: certum eſt ſm̄ phm̄.10.ethicoꝝ. ꝙ cum duplex ſit vita. vꝫ actiua ⁊ contemplatiua:⁊ perfectior ſit ſꝫ eundem phm̄ ibidem vita contemplatiua q̃ꝫ actiua. manifeſtum eſt propter hoc ꝙ caſtitas virginalis ⁊ vidualis eſt perfectior omni vſu matrimonij. Et ratio eſt: quia hec caſtitas ordinat hominem ad finem vite contemplatiue. Econtra vero coitus matrimonialis ordinat ad bonum vite actiue. Quod cõfirmat Tho. ſc̃da ſc̃de.q.152. articu.2. in corpore qõnum di. Cum queritur. An caſtitas virginalis vel vidualis ſit vitioſa ⁊ illicita? Reſpondeo ꝙ in actibus humanis illud eſt vitioſum: quod eſt preter rationem rectam. habet autem hoc ratio recta:vt his que ſunt ad finem vtatur aliquis ſm̄ eam menſuram que congruit fini. Eſt autem triplex homis bonum: vt dicitur p̄mo ethicorum. Unum quod conſiſtit in exterioribus rebus.puta diuitijs. Aliud quod conſiſtit in bonis corporis. ¶ Tertium qđ cõſiſtit in bonis anime: inter que etiam bona contemplatiue vite ſũt potiora bonis vite actiue:vt phũs probat.10. ethicorum. ⁊ dominus dicit Luc̃.10. Maria optimam partem elegit. Quorum bonoruꝫ exteriora quidem ordinantur ad ea que ſunt corporis. Ea vero que ſunt corporis ad ea q̃ ſunt anime. Et vlterius ea que ſunt vite actiue:ad ea que ſunt vite cõtemplatiue. Pertinet ergo ad rectitudinem rationis: vt aliquis vtatur exterioribus bonis ſm̄ eã menſuram que competit corpori. Et ſimiliter de alijs: vnde ſi quis abſtineat ab aliquib⁹ poſſidendis:que alias eſſet bonum poſſidere:vt conſulat ſaluti corporali:vel etiam contemplationi veritatis:non eſſet hoc vitioſum ſed ſm̄ rationem rectam. Et ſimiliter ſi quis abſtineat a delectationibus corporalibus: vt liberius vacet contemplationi. pertinet hoc ad rectitudineꝫ rationis. Ad hoc aũt pia virginitas ab omni delectatiõe venerea abſtinet:vt liberius diuine contemplationi va-

eet. dicit enim Apoſtolus. j. corin. 7. Mulier
innupta ⁊ virgo cogitat que dñi ſunt: vt ſit
ſancta ⁊ corpore ⁊ ſpiritu. que autem nupta ē
cogitat que ſunt mundi: ⁊ quomodo placeat
viro: vnde relinquitur: ꝙ virginitas non eſt
aliquid vitioſum: ſed potius laudabile. hec
Tho. verbaliter. ¶ Scđo hoc idem probo ra
tione conformitatis. Fundamentum ratõis
ponit Auctor lib. de cauſis di. Tanto aliqđ
perfectius eſt: quanto habet maiorem confor
mitatem cum ſuo principio. ⁊ phs. 5. metha.
dicit. Melius eſt ſimpliciter quod eſt primo
principio propinquius. patet hec regula. Nā
vltimus chorus. ſ. Seraphin perfectior ⁊ me
lior ceteris omnibus choris angelorum eſſe
dicitur. ⁊ hoc qꝛ habet plus de ratione perfe
ctionis: que eſſentialiter eſt caritas: qua ipſe
eſt magis conformis ipſi deo glorioſo. Silr
ſemen dicitur eſſe perfectius: quando eſt ma
gis in potentia fructificandi: ſicut eſt arbor a
qua egreſſum eſt. Quo preſuppoſito certum
eſt vt habetur Apoca. j. ꝙ deꝰ eſt alpha. ⁊ o. i.
principium ⁊ finis humane creature. Cū igiꝭ
ſm phm. 12. metha. Deus ſimpliciter ſit actꝰ
puriſſimus: ⁊ ab omni libidine alienus. Ca-
ſtitas vero virginalis ⁊ vidualis eſt: quedaꝫ
virtus purior omni coitu matrimoniali: con
cluditur ex hoc ꝙ talis ꝯtinentia nō tm̄ nō ē
illicita: ſed omnino licita ⁊ omni prorſus per
fectione plena. ¶ Tertio hoc idem probo ra
tione totalitatis. Fundamentuꝫ rationis po
nit Cōmentator ſuper. j. phyſico. ⁊ etiam in
lib. de ſubſtantia orbis di. Omne totuꝫ ſim
pliciter melius eſt omni ſua parte. patet hec
regula. Nam ſimul eccleſia ſeu domus di-
citur eſſe perfectior: qꝫ ſit ſimpliciter eius ps
prout eſt fundamentum. Quo preſuppoſito
certuꝫ eſt ꝙ triplex inuenitur pudicitia. ſ. ma
ritalis: vidualis: ⁊ virginalis. Sed caſtitas
virginalis ceteras duas excedit: quod ſic pꝫ.
Nam caſtitas coniugalis ex hoc ſolo lauda
tur: ꝙ abſtinet ab illicitis voluptatibus. vnde
non habet aliquam excellentiam ſuper caſti
tatem cōmunem. Continentia autem vidua
lis addit aliquid ſupra caſtitatem cōmunem
tamen non peruenit ad illud quod perfe-
ctum eſt in materia caſtitatis. ſ. ad remotio-
nem omnis veneree voluptatis: quā aliquā-
do experta eſt. Sed ſola virginitas hoc facit
Nam ipſa velut qđdam datum optimum
omnem delectationem veneree voluptatis

propter deum contēpnit: vnde ſicut magni-
ficentia reſpectu liberalitatis excellentiaꝫ hꝫ
eo ꝙ magnificentia eſt circa magnos ſum-
ptos. liberalitas vero circa mediocres: ſic vir
ginitas reſpectu matrimonij perfectior ē ex-
cellentiam habet: eo ꝙ propter deum ab omī
illicita: ⁊ etiam licita delectatione ſe abſtinet.
matrimoniuꝫ vero ſimpliciter ſe abſtinet ab
illicita. ¶ Quarto hoc idem probo ratione
difficultatis. Fundamentum rationis ponit
phus. 2. ethicoꝝ dicens. Virtus ſimpliciter
conſiſtit circa bonum ⁊ difficille. Quo pre-
ſuppoſito certum eſt quod vbi eſt ſpecialior
difficultas: ibi eſt ſpecialior rō virtutis. Sed
manifeſtum eſt ꝙ in abſtinendo ab omni de
lectatione venerea: tam licita qꝫ illicita ē ma
ior difficultas: qꝫ in abſtinendo ſolum ab oī
delectatione venerea illicita. Cum igitur pri
ma abſtinentia ſit per virginitatem ⁊ vidui-
tatem. Scđa vero per caſtitatem coniugalē
concluditur ꝙ caſtitas virginalis ⁊ vidualis
eſt omnino perfectior omni caſtitate ⁊ coitu
matrimoniali. ¶ Quinto inſuper hoc idem
probo ratione vtilitatis. Fundamentum ra
tionis ponit Auctor libro de cauſis dicens.
Virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. pꝫ
hec regula. Nam ignis hincinde diſperſus:
parum calefacit. Econtra ſimul vnitus cale
facit multum. Quo preſuppoſito certum eſt
ꝙ perſona que vtitur matrimonio diſpergit
mentem in illa libidine: diſpergit amoreꝫ in
virum atqꝫ filios ⁊ filias. econtra virgo cuꝫ
ſimpliciter habeat cor ad deum. Ideo for-
tiorem cauſam habet diligendi deum: ⁊ ꝑ
conſequens perfectior eſt omni matrimonio
propter quod Hieronymus ad ſacras vir-
gines ait. O felix virgo in cuius corde preter
Chriſti amorem nullus alius verſatur amor
Et phus. 9. ethicoꝝ dicit. Vera amicitia nō
eſt niſi ad vnū ſimplr. Ex qbꝰ rationibus pꝫ
qualiter caſtitas virginalis ⁊ vidualis perfe
ctior eſt omni coitu matrimoniali. ¶ Tertio
poſtremo hoc idem probo diſtinctionibus. ⁊
primo diſtinctione ſancti Tho. ſcđa ſcđe. q.
152. articu. 4. dicentis. Cum queritur an vir
ginitas ſit excellentior matrimonio. Reſpon
deo ꝙ ſicut patet in hoc Hieronymi contra
Iouinianum. hic error fuit Iouiniani: q po-
ſuit virginitatem matrimonio non eſſe pre-
ferenda. Qui qdeꝫ error precipue deſtruitur
⁊ exemplo Chriſti qui ⁊ matrē virginē elegit

⁊ ipſe virginitatem ſeruauit. Et ex doctrina apl'.qui prime Corin.7. Virginitatē cōſulit: tanq̄ȝ melius bonū. Et etiā patet ratione:tū quia bonū diuinū eſt potius bono humano tum quia bonū anime prefert̄ bono corpis. tum etiā quia bonū actiue ordinat̄ ad bonuȝ anime ſm vitam cōtemplatiuā.quod eſt cogitare que ſunt dei.Coniugiū autem ordinatur ad bonū corpale . quod eſt multiplicatio generis humani.⁊ ptinet ad vitam actiuā.qꝛ vir ⁊ mulier in matrimonio viuentes neceſſe habent cogitare que ſunt mūdi .ut patet p Aplm prime Corin.7. Unde ex his indubitāter virginitas preferenda eſt omni cōtinentie cōiugali.hec Tho.verbaliter.Alia diſtinctio eſt. Ricar.in.4.diſtin.33.ar.4.queſt.2.dicentis.Cum querit̄:an caſtitas virginalis ſit excellentior ⁊ pfectior:⁊ maioris meriti q̄ȝ caſtitas coniugalis. Reſpondeo ſimpliciter:⁊ concedo.ꝙ habitus virginitatis maioris eſt meriti q̄ȝ habitus continētie cōiugalis.quia habitus virginitatis eſt habitus caſtitatis pfectus.habitus caſtitatis cōiugalis eſt habitus caſtitatis impfectus.ſemp autem maioris eſt meriti virtus pfecta q̄ȝ impfecta. Status autem ab omni venerea delectatione cōtinentiū.⁊ ſtatus cōiugatorū referri poſſunt Ad idem tempus vel ad diuerſa tempa. Si primo modo:aut ad tēpus legis ſcripte:⁊ ſic maioris meriti fuit ſtatus coniugatorum q̄ȝ ab omni venerea delectatione abſtinentiū. vnde ſtatus coniugatorū pcipiebatur:⁊ alius ꝓhibebatur propter multiplicationē fidelium In tpe aūt legis euangelice. quia eſt tempꝰ multiplicationis fideliū per generationē ſpiritualem.maioris eſt meriti ſtatus abſtinentium q̄ȝ ſtatus coniugatorum.Si autem predicti duo ſtatus referātur ad diuerſa tempora. ut ſtatus cōiugatorum ad tēpus legis ſcripte ⁊ ſtatus continentiū ab omni venerea delectatione ad tempus legis euangelice.ſic quolibet ſtatu cōſiderato in ſuo optimo. vnus alteri non pfertur. Unde Auguſ.in li.de bono cōiugali dicit. Non eſt impar meritum cōtinentiū in ioanne qui nullas exptus eſt nuptias.⁊ in Abraam qui filios genuit. hec Ric. verbaliter. Ex predictis igitur auctoribꝰ. rationibus.⁊ diſtinctionibꝰ. patet ꝙ xpiana fides concedat duplicē caſtitatem virginalem ⁊ vidualem.tanq̄ȝ rem prout eſt maxime perfectionis.ecōtra autē lex iudaica ⁊ mathematica illam abijciat tanq̄ȝ venenū mortiferuȝ. Concludit̄ per conſequēs ꝙ xpiana fides.oi alia fide melior eſt ſantior atqȝ perfectior.hic ſi placet obſecra omnes ciues ut in tota quadrageſima coitu abſtineant propter deum.

¶ Secundū etiā conſiliū perfectionis legis xpiane ordinans hominē in deū ſuper oēm aliā legē dicit̄ conſiliū contēptibilitatis. Nā Matth.19.Cum quidē iuuenis interrogaſſet dn̄m ieſum quid faciendo vitam eternā poſſidebo. Reſpondit ei. Si vis ad vitam ingredi:ſerua mandata.Cum autē ille dixiſſet.hec omnia ſeruaui a iuuētute mea. Dixit ei dn̄s Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende omnia q̄ habes ⁊ da paupibus.⁊ habebis theſaurum magnū in celo:⁊ veni ſeq̄re me.hec ibi. Ubi oſtendit̄ ꝙ contēptus rerū tempaliū ſeu parentū:⁊ huiuſmodi.eſt actus maxime pfectionis:quā perfectionē ſeruauerūt ſanctus Frāciſcus:ſanctus Auguſtinus:⁊ in hodiernū diem etiam ſeruāt viri religioſi. Quē pfectionis actum nō obſeruat lex iudaica ⁊ mathematica cōcludit̄.igitur ꝑ cōſequens.ꝙ xpianorum fides eſt verior ſantior atqȝ perfectior omni alia fide. Et non ſolū inducit ad renunciandū actualiter ꝓdicta.ſed inſup omnibus predicta actualiter poſſidentibꝰ.ut omnē amorē inordinatū ab eis terrenis rebꝰ amoueant.dicēte Lu.14. Niſi quis renūciauerit omnibꝰ que poſſidet.ſ.corde:nō poteſt eē meꝰ diſcipulus.

¶ Tertiū conſiliū pfectionis legi xpiane ordinans hominē in deū ſup omneȝ aliam legem dicit̄ conſiliū renunciabilitatis: ſeu renūciationis ꝓprie libertatis:licet eniȝ in hac vita nihil ſit carius ꝓpria libertate.dicente Eſopo. Nō bene ꝓ toto libertas venditur auro.Hoc celeſte bonuȝ preterit orbis opes:tamen lex xpi ſuadet vendere omnē libertatem ꝓprie volūtatis.propter deū.quod vtiqȝ eſt actus maioris perfectionis incōpabiliter:q̄ȝ ſit actus ſiue cōtemptus oīum rerȝ tempaliū.⁊ q̄ȝtuȝ anima excedit omnia tempalia bona:tm̄ iſte actus eſt nobilior illis.hūc pfectionis actū inſinuat dn̄s Matthei.16.dicēs. Qui vult venire poſt me abneget ſemet ipſum.Cum autē hunc actum obſeruet:ut in multis patet lex xpiana.ecōtra alie nō obſeruent.Seqt̄ur ꝙ xpiana fides omni alia pfectior eſt. Ex premiſſis patet etiā qualr xpiana lex ordinat hominē in deū ſuper oēm aliam legem q̄ȝtū ad pfectionē.¶ Tertio inſup

dico.ꝙ fides xp̄iana ordinat hominē in deū
ſuper omnē aliam fidem:q̄ꝫtum ad remotio
nem.ſ.omnis erroris. Sentētia eſt phi tertio
de anima.ꝙ vnum contrariū cognoſcitur ꝑ
reliquū.patet.quia dulce cognoſcit̄ per ama
rum.⁊ albū per nigrum:⁊ ecōuerſo. A ſimili
ergo dico.ꝙ per inhoneſtatē ſiue per erroreꝫ
alicuius fidei cognoſcetur clare veritas alte
rius fidei. Quia modo certū eſt ut patebit.ꝙ
inhoneſtas ſiue maxim⁹ error aliarū ſectarū
clare demonſtrant xp̄ianorum fidem veriſſi
mā eſſe. Quinqꝫ autem ſunt precipue ſecte:
propter earum inhoneſtatem fidem xp̄iano-
rum veram eſſe demōſtrantes. Quarum.

¶ Prima dicit̄ ſecta paganorum.
¶ Secunda dicit̄ ſecta philoſophorum.
¶ Tertia dicit̄ ſecta ſaracenorum.
¶ Quarta dicit̄ ſecta iudeorum.
¶ Quinta dicit̄ ſecta ſimul plurimorum.

¶ Prima igit̄ ſecta fidem xp̄ianorū veram
eſſe demonſtrans propter ſuam inhoneſta-
tem.dicit̄ ſecta paganorum. Certum eſt eniꝫ:
ꝙ antiquitus pagani adorabant. Et etiaꝫ ut
fertur adhuc alique nunc adorant idola va-
na ⁊ colunt:eiſdem ſacrificia offerunt.q̄ vtiqꝫ
idola ſunt opera manuū:nullū ſenſum habē
tia. In quibus nihil eſt numinis.de quibus
propheta ait. Simulacra gentiū argentum ⁊
aurū: opera manuū hominū. Os habent et
non loquētur:oculos habent et non videbūt
Aures habent et non audiēt.nares habēt et
non odo.manus ha.⁊ non pal. pedes habēt
⁊ non am.et nō clama.in gut.ſuo. Quid eniꝫ
hac fide demētius: Quid hac cultura peius.
quid ve hoc errore irrōnabili⁹. O inſania peſ
ſima. O demētia iniqua. O cecitas cōſuma
ta. O paganorum idola modo deuꝫ colen-
tiū. Hāc inhoneſtatē reprobauerūt omnes
philoſophi firmiſſimis ⁊ naturalib⁹ rationi-
b⁹. Hanc etiā fidē reprobauit Socrates ma
ximus phus athenienſ.ut ſuperius eſt preta
ctuꝫ.qui cū apollinē colere nollet: ⁊ vltra hoc
alios colere prohiberet. ab ipſis athenienſi-
bus.ut recitat valerius maxim⁹ li.7. veneno
interēptus eſt. Hāc deniqꝫ fidem necꝫ: et ſi
omnis xp̄iana lex reprobet.tamen virgo illa
ſanctiſſima Katherina Coſti regis filia:oiuꝫ
mulierū ſpecioſiſſima.ſumme reprobauit in
preſentia Maxentij imperatoris ⁊ infinitoruꝫ
q̄ſi paganorū idolis ſacrificantiū: que cōtra
ipſum Maxentiū imperatorē in talia verba

prorupit.ut in eius legenda ad litterā dicitur
O imꝑator quare incaſſum cōgregaſti hanc
multitudinē ad colendā ſtulticiā atqꝫ errorē
idolorū. Miraris hoc templū manu artifi-
cis operatum. miraris precioſa ornamenta.
⁊ vario opere cōpleta. que velut puluis ante
faciem venti erunt. Mirare potius celum et
terrā: mare nomnia q̄ in eis ſunt.mirare or
namenta celi ſolem.vꝫ.⁊ lunam: ⁊ ſtelas:mi
rare famulatū eorū qualiter a mundi initio
vſqꝫ ad finem die noctuqꝫ ad orientē currūt
⁊ redeūt.⁊ nunq̄ꝫ fatigant̄:⁊ dū hec animad-
uerteris.interroga ⁊ diſce quis hoꝝ omniuꝫ
ſit potentior. Cum autem illū ipſo donāte in
tellexeris:nec ſimilem illi inuenire valueris
ipſum adora.ipſum glorifica.illi famulatū ꝑ
be. q habet poteſtatē corpus ⁊ animā perde
re in gehennā. Ipſe eniꝫ deus deoꝝ ⁊ domi
nus dominātiū eſt. hec ibi verbaliter. Quid
vltra dicam de maxima dementia paganoꝝ
Certe aliquid dicam. Nam ad tantam de-
mentiā deducti erant. ꝙ non tm̄ idola cole-
bant.in quib⁹ demones habitabant.et in eis
reſponſa dabant. Sed vltra hoc eis filios ꝓꝑ
os immolabant.dicente propheta. immola-
bāt filios ſuos:⁊ filias ſuas demonijs. O ne
phandiſſima cultura. O fides diabolica. O
lex oino deteſtanda.hoc idem cōfirmat Ni-
co.de lyra.ſuper predicta verba dicens.ꝙ pa
gani ponebant filios ſuos viuos puulos ⁊ fi
lias in brachijs idolorū.que erant de metal-
lo:et in cōcauo idolorū ponebant ignē:q̄ ſta-
tim filios viuos cōſumebant. ⁊ ne parentes
audirent fletū ⁊ clamores ſuorū filioruꝫ. ⁊ et
hoc forte peniteret ceteros paganos:cū tim-
panis:choris:⁊ organis:⁊ huiuſmodi inſtru-
mentis fortiſſime ꝑſonabāt. Ex quibus con
cluditur.ꝙ cū fides xp̄iana realr̄ ⁊ vere deū
verū adoret. ecōtra pagani:idola. Sequit̄ ꝙ
talis inhoneſtas arguit xp̄ianorum fidē eſſe
veriſſimā. ¶ Secunda inſuper ſecta.propter
ſuam inhoneſtatē fidem xp̄ianorū veram eē
demōſtrans.dicit̄ ſecta philoſophoꝝ. Certuꝫ
eſt enim.ꝙ non tm̄ paganorū lex:ſed ⁊ philo
ſophoꝝ doctrina ⁊ vita. multa vana ⁊ irra-
tionabilia continet. Manifeſtū eſt enim oi-
bus ſententias philoſophoꝝ legentib⁹. ꝙ ho
neſtior ⁊ moralior policia inter omnes philo
ſophos.fuit policia Ariſt. Que ⁊ ſi in pluri-
bus ſit honeſta ⁊ moralis. In plurib⁹ tamen
eſt inhoneſtiſſima ⁊ irrationalis. Nam ſi ge

legit in ſcd'o politicor. dicit ibi multa inhone
ſta: & precipue tria. Primū inhoneſtum eſt
quo dicit. q expedit ad tempantiā coitum fa
cere ſenioribus. quod vtiqz a xpiana fide Ec
cleſiaſt. 25. reprobatū eſt. vbi dicit. Tres ſpēs
odiuit anima mea. Senē fatuum. i. luxurio-
ſum. Et ratio eſt. quia cū ſit frigidus: nihil ē
q habeat ipſum ad hoc inclinare. vnde Tu-
lius libro de ſenectute dicit. q libido magis
eſt adoleſcentū. q̄z ſenum. non tamen oium
adoleſcentium: quia non probor. Ibi eniz vo
cat ſenes luxurioſos fatuos. Secundū inho
neſtū immo inhoneſtiſſimū. quod dicit ē nul
lum orbatuz debere nutriri. quod non tm̄ re
probatur a xpiana fide. ſed etiaz ex dictis ei9
Nā ipſe dicit ſcd'o Ethi. q ex his q̄ habem9
a natura. nec laudamur: nec vituperamur: ergo
ꝯſeq̄nt ꝯcludit q nec etiā ex his puniri de
bem9. Si igit ille naturalr orbat' ē: & ſterilis
& de hoc maxime dolet: nec nullo modo po-
teſt ſibi iuenire remediū. quare nō eſt nutriē
dus: dictamine ergo recte rationis patet hoc
oino fore iniuſtū. Tertiū inhoneſtiſſimū eſt
& horrendū. Si quis inquit genuerit filios.
vltra diuitiarū ſufficientiā anteq̄z ſentiatur
vita fiat aborſus. O Ariſt. vbi eſt ſciētia tua
O Ariſto. vbi eſt ſapientia tua. O Ariſtote.
ſtulte. vbi eſt prudentia tua. Quid enim di-
cis? Nonne ſcd'o de anima tu ipſe dixiſti. q
opus generaliſſimum totius nature eſt gene
rare ſibi ſimile in ſpecie. Quo preſuppoſito.
Si hoc quod dicis fieret: nonne fruſtraretur
intentio totius nature. Ideo O Ariſtoteles
Audi paulum te ſapientiorem. Ad Romanū.
tertio dicentez. Nunq̄z ſunt facienda mala.
ut veniat bona: ex qua regula. O medice im
mo diligentius caue: ne vnq̄z perſuadeas ali
cui egroto aliqd quod ſit peccatū. ſequens in
hoc Ariſtotelem: aut Auicennā: aut Galie
num. quia incides in ſententiam excōmuni-
cationis. que non datur niſi medi. ite morta
li culpa. habetur iſta veritas extra de pe. & re.
ca. cum infirmitas. Ex premiſſis omnib9 con
cludo. q ſi moralior. ſanctior. honeſtiorqz fuit
Ariſtotelis policia ſuper omnes alias. & ta-
men tam inhoneſta cōtineat. Segtur q om
nes politic: ſeu ſententie moraliū philoſopho
rū. Et ſi nō in toto: tamen in pte inhoneſte.
ſunt. Ex quib9 inhoneſtatibus arguitur expſ
ſe veritas fidei xpiane: que nullam in ſe con
tinet predictarū inhoneſtatū. ¶ Tertia ſecta
propter ſuam inhoneſtatē demonſtrans fi-
dem xpianorum eſſe veram. dicitur ſecta ſa-
racenorum: ſeu turchorum. Quid hic dicere-
mus de ſaracenis et turchis. ſectatoribus ip
ſius viliſſimi porci Machometi. omni inho
neſtate pleniſſima. precipue cum pro vltima
beatitudine. eis promittat quod porcis. aſi-
nis. ceteriſqz beſtijs omnino conuenit. vide-
licet coitum ciborum: & deliciarum vſum: et
huiuſmodi. Que vtiqz Machometus eis in
futura vita promittit. O ſozzo porcho. O ca
nis viliſſime. O inimice omnis pudicicie et
caſtitatis: qui etiam duodecim vxores conce
dit. Cōtra te clamat. immo contra tuam im
pudicitiam et inhoneſtatem: tota lex chriſtia
na: et catholica fides. immo contra te clamat
Auicenna qui de tua iniquiſſima ſecta fuit.
qui aperte nono Metaphi. ſue. has omnes
promiſſiones tuas & remunerationes reſpi-
ciens: et alium finem perfectiorem ponens.
magis rationali creature conuenientem di-
cit. Lex noſtra quā Machomet9 dedit. oſtē
dit perfectionez felicitatis & miſerie: que ſunt
ſm corpus. Sed alia eſt promiſſio. que ſoluz
apprehēditur intellectu. Et addit. Sapiētib9
multo magis fuit cupiditas: ad oſtendenduz
animarū felicitatem q̄z corporum: que q̄uis
daretur eis. non tamē attendunt nec appcia
ti ſunt eam comparatione felicitatis que eſt
coniunctio prime veritati. hec ille. Concordat
Auicenna cum domino Jeſu Joan. decimo
ſeptimo. Hec eſt vita eterna. &c. Sed etiam
ab Ariſtotele. hec opinio Machometi im-
probatur. primo Ethicoruz. Nam cum fe-
licitas ſit bonum optimum. & ſm eundem
ſecundo de anima. inter obiectum & poten-
tiam requiratur proportio. ſequitur q opti-
mo in noſtro debet queri. Optimum autem
noſtrū eſt aia. ergo in bonis aie: et non in bo
nis corpis poneda ē felicitas. Ex pmiſſis oi
b9 etiā ꝯcludo q fides ſeu lex Saracenor &
Turchor: ſeu Machometi ſit inhoneſta. ecō
tra lex & chriſtiana fides. talia inhoneſta ab-
ijciat et impugnet. ſequitur q xpianorum fi-
des & lex eſt veriſſima. ¶ Quarta ſecta pro-
pter ſuam inhoneſtatem demonſtrans fi-
dem chriſtianorum eſſe veram. dicitur ſecta
Judeorum. Ecce q Judei inſenſati: et ru-
des nouum teſtamentuz condemnant quod
vtiqz totum in veteri teſtamento eis promit
titur. ut oſtendit aplš ad hebre. 2. Oſtendēs

quō ⁊ q̄ꝫ inſipide ſint oēs cerimonie ut eo-
rū propbete oſtendūt ſine xp̄o. Contra quos
licet melius infra declarabit eorum prophe-
te oſtendunt xp̄m aduenisse. Nam Gen̄.49
dixit Jacob. Non auferet ſceptrū de iuda.⁊
dux de femore eius.⁊c̄. Et Dan̄.9.dicit. Cuȝ
venerit ſanctus ſanctoꝝ.⁊c̄. Si igitur xp̄s ve
nit ⁊ ab ipſo nouū teſtamentū eſt ꝓmulgatū
ergo tanq̄ꝫ auctenticū eſt acceptandū.ergo q
non acceptant fallūtur:⁊ decipiūtur. Sed vl
tra hoc tenent iudei:⁊ iudaica lex:ꝙ nullate-
nus humana anima deū videre poteſt. Sed
ſolum hoc modo aīa poſt mortē beatificatur
quia habet omnes delectationes quas vult:
ſicut antiquitus in deſerto ſumebāt manna.
quod in ſe habebat omne delectamentū. vn̄
Sap̄.16.dicit. Panem de celo preſtitiſti eis
omne delectamentū in ſe habentē. Dum igi
tur ut patet gens iudeoꝝ ſperat ſolā affluen-
tiam tempalem bonoꝝ a deo. Et gens Ma
chometi ſolas delitias corporales: q̄ꝫtum ex
promiſſione legis coꝝ. concludit vtraq̄ꝫ eorū
ſpes ſeu opinio:eos inuanū accepiſſe aīas ſu
as:cum eorū felicitas ſimpliciter ſit brutalis.
Quod vtiq̄ꝫ falſum eſt:cum anima inuiſibi-
lis:bonis inuiſibilibꝰ remunerāda ſit:nec na
tura rōnalis bonis inferioribus felicitari po
teſt. Unde exquo hanc opinionē tenent. ſeq
tur ꝙ ipſi ſunt mirabiliores ipſis rebꝰ quibꝰ
ſe ſubdunt. Unde Auguſ. Quiſq̄s inquit qđ
ſeipſo deterius eſt ſeqtur fiet eo ipſe deterior
Contra quos nō tm̄ clamat xp̄iana fides. ſȝ
etiam rationalis. Certū eſt enim ſm̄ phm̄.2.
de anima.ꝙ potentia nō perficitur niſi a ſuo
obiecto. Cum igitur deus ſit obiectū ipſiꝰ ani
me:ergo non poterit beatificari niſi in viſio-
ne ipſius dei. Et confirmatur iſta ratio. Nā
certū eſt ſm̄ eundē phm̄.3.de anima.ꝙ deꝰ
nihil facit fruſtra. Quo preſuppoſito certum
eſt.ꝙ anima ſumme deſiderat deū videre et
in eo beatificari.ergo neceſſe eſt animā beati
ficandā videre deū. Ex premiſſis etiā conclu
do.ꝙ cum lex iudeoꝝ contineat in ſe res in-
honeſtas. ⁊ ipſi deo contrarias. econtra lex
xp̄ianorum teneat oppoſitū.certum eſt:ꝙ lex
xp̄ianorum veriſſima eſt. Judeoruȝ vero lex
falſiſſima. ¶ Quinta ſecta propter ſuā inho-
neſtatē demonſtrans fidē xp̄ianorum eſſe ve
ram: dicit ſecta ſimul plurimorū. vltra enim
predictas ſectas: quaſi ſunt innumerabiles:
alie diuerſorū hereticorum ſeu infideliū :.qui

omnes inhoneſta ſentiūt diuerſimode de ip
ſo deo. Nam quidā detrahunt ꝑfectioni dei
que conſiſtit in tribus ꝑſonis ⁊ vna ſubſtan
tia ⁊ eſſentia. Quidā detrahunt eius omni-
potētie:ſicut quidā philoſophi. qui dicūt deū
non potuiſſe creare mūdū ⁊ creaturas ex ni-
hilo.ſed tm̄ preſuppoſita aliqua materia. pro
pter qđ phus ꝑmo Phiſycoꝝ. dicit. Scđm
omnes philoſophātes: ex nihilo nihil fit. Si
militer alij detrahunt etiā eius omnipotētie
dum negant generalē reſurrectionē mortuo
rum fieri poſſe. Alij detrahunt eius ſapiētie.
dum dicūt deum nō preuidere cōtingentia.
Alij detrahunt eius iuſticie. dum dicūt deū
non punire peccata: vel non eſſe penā infer-
ni. vel ſaltem eternaliter punire. ſed tandem
omnes ſaluare. Alij detrahūt eius miſericor
die.ſicut qui dicunt animas poſt lapſum pec
catoꝝ nullatenꝰ poſſe inuenire miſericordiaȝ
apud deum. Alij negant liberalitatē dei.duȝ
dicunt deum nō eſſe remuneratorē dilecto
rum ſuorū poſt mortē. Alij negant diuinam
prouidentiā:ſeu gratuita dei beneficia. ſicut
qui tribuunt bona que habent in mūdo fato
ſtellis.fortune.ꝓprie induſtrie: ſeu cuidā na-
ture.vnde dicunt herbas.plantas. frugem.et
ſimilia non a deo creata. ſed terram hec oīa
producere ex ſe. Alij deniq̄ꝫ negant diuinaȝ
charitatem.dum aſſerunt deū non eſſe incar
natū pro ſalute mundi: nec oīno ei fore hoc
poſſibile. Ex premiſſis patet error ⁊ inhone-
ſtas oīum aliarum ſectaꝝ:que cum ſint ple-
ne oī errore falſitate ⁊ inhoneſtate:⁊ prorſus
remote ab omni vero cultu diuino et verita
te:arguunt falſitatem ſuā:⁊ confirmant xp̄ia
norum fideȝ eſſe veriſſimā: que dupliciter ve
ra ſuper omnes eſſe videt. Primo q: xp̄ia
na fides nihil in ſe cōtinet quod ſit turpe:fal
ſum ⁊ inhoneſtum:quod ſic patȝ.nā diſcurre
Gen̄.Exođ.Leuiticū. Euangelia.⁊ omnes
alios libros xp̄iane fidei: ſeu ſcripture ſacre.
Nunqđ in eis aliquid:vel minimū:vel inho
neſtum reperies. Certe non: O Auguſt. Tu
qui totā legiſti ſcripturā ſacram: quid dicis
de ea? Audi in fine ſcđi libri de ciui.dei.c.28.
Nihil enim eis turpe ac flagitioſum ſpectā-
dum.imitandūq̄ꝫ ꝓponitur:vbi veri dei aut
precepta inſinuantur: aut miracula narrant:
aut dona laudant:aut beneficia poſtulantur
hec ille. ¶ Secundo inſuꝑ fides xp̄iana ſuꝑ
omnes vera apparet: q: in ſe continet ⁊ cō-

plectitur omne illud qđ concernit honorem laudem ꝛ gloriam dei:quod ſic patet. Nam chriſtiana fides:deum ſolum adorat:eiqꝫ ſoli famulatur. Unde ſola chriſtiana fides idolatria de hoc ſeculo fugauit:q̄ tamen ab initio legis vſqꝫ ad Chriſtum nō ſolum in populo paganorum. Sed nec in populo iudeorū potuit aliquo modo excludi. Sola inſuper chriſtiana fides:deum magnificat:dum ſola deū trinum ꝛ vnum adorat. Fides inſuper chriſtiana tenet animas fore imortales:qđ vtiqꝫ credere non tm̄ eſt neceſſarium:nec malum. Immo maxima eſt confeſſio diuine laudis ꝛ bonitatis. Fides inſuper chriſtiana cōmēdat ſapientiam dei: dum etiam omnia futura ꝛ contingentia deum conſpicere fatetur. Fides etiam chriſtiana cōmendat diuinam iuſtitiam:dum fatetur ꝛ credit ꝙ ne dū peccata venialia etiam minima punit. Sꝫ vltra hoc credit ꝙ pro qualibet mortali culpa: de⁹ irremediabiliter eternam penam impendit Fides inſuper chriſtiana cōmendat miſericordiam dei:dum etiam poſt lapſum innumerabilium peccatorꝫ:per penitentie ſacramētum credit peccatores a deo recipi ad veniaꝫ per gratiam. Fides inſuper chriſtiana confitetur liberalitatem dei:dum credit deum eē poſt mortem remuneratorem ſuorum delictorum filiorum. Fides inſuper chriſtiana cōmendat gratuita dei beneficia: dum frugem herbas:plantas:ꝛ ſimilia:confitetur a deo ꝓcedere:non ſimpliciter a terra:a caſu: ſtellis: fortuna:ꝛ huiuſmodi. Fides inſuper chriſtiana plurimum cōmendat bonitatem ꝛ caritatem dei:que etiam propter nos peccatores filio proprio non pepercit. dicente Apoſtolo ad Ro.8. Proprio filio ſuo nō pepercit de⁹: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. hoc enim redemptionis beneficiū maior ē ignis ad accendendū cor noſtrꝫ:ꝙ̄ ſimul eēt to⁹ mundus:ad accendendum idem cor noſtrꝫ propter quod Luc.12. Ipſe dei filius dicebat Ignem veni mittere in terraꝫ.i.in corda terrena:ꝛ quid volo:niſi vt ardeatur. Et ꝙ nihil fuerit efficatius ſic ad accendendū corda nr̄a in diuinum amorem:ꝙ̄ imolatio filij dei.pꝫ quia Jo.15. dicitur. Maiorē caritateꝫ nemo habet ꝛc. Ex premiſſis omnibus concludit̄: ꝙ cum fides chriſtianorum ordinet hominē in deum quantum ad dilectionem: quantuꝫ ad perfectionem:ꝛ quantum ad excluſionem omnis inhoneſtatis ꝛ erroris: qđ vtiqꝫ nulla alia lex ſeu fides facit. ꝙ chriſtianorū fides ſimpliciter vera eſt:ꝛ per conſequens ab oībus imitanda. dicente Auguſtino lib. de fide ad Petrum. Prudentium inquit ꝛ fideliuꝫ virorum eſt:examinare que ſit fides purior: maieſtate dei dignior:quā cum inuenerit:illi ſe debet omnino ſubmittere. hec ille.

¶ De ſcđo ordine quo ſola fides chriſtiana ordinat hominem in finem eterne felicitatis

martyria: ſi diſcurrere velis per totum ve-
tus teſtamentū: inuenies q̄ſi innumerabiles q

pro cōfeſſione fidei xp̄iane.quaſi infinitas pe
nas tollerauerūt.Sed dic mihi queſo in no
uo teſtamento.quot fuerunt qui mortem pro
fide xp̄iana ſuſceperunt:quis enumerare ſuf
ficiat:ꝛ pretermiſſis: quaſi innumerabilibus
exemplis:que ad Hebre.xi.ca.Apoſtolꝰ enu
merat ꝛ ꝑ practicam diſcurramꝰ. Libet ali
quos dulciter clamando expoſtulare.O igit
Petre apoſtolorū princeps:qd pro xp̄iana fi
de ꝛ veritate p̄dicando habuiſti. Certe pe
noſiſſimā crucifixionē.Et O paule qui plus
ꝓ fide xp̄iana ceteris apoſtolis laboraſti. qd
pro eadem chriſti fide predicanda a Nerone
crudeliſſimo accepiſti. Profecto decollatio
nem.Et tu O Bartholomee.qui decoriatio
nē.O Joannes euangeliſta.Et tu qui exiliū
ꝛ feruens oleū. Et tu O Laurenti.O Ka
therina.O Agnes.O Lucia.O Agatha: et
ſic de ſingulis.quid pro cōfeſſione fidei chri
ſti toleraſtis: Certe amariſſimā mortem. et
ut preteream perſonas quaſi infinitas.que ꝑ
chriſti fide mortem paſſe ſunt. Ad vltimum
peto te.O ſancte Jacobe non Apoſtole. ſed
martyr et nominare interciſe.qd pro fide xp̄i
ſuſcepiſti:Audi ꝛ ſcies:h enim cū eſſet nobi
lis genere fuit in ciuitate Ellape oriūdus in
ꝑtibus pſarum:qui habebat matrē xp̄ianiſſi
mam:ſimul ꝛ vxorē:ꝛ erat inter omnes opti
mates regni pſarum primus. Hic tandē a
rege pſarum ſeductus ad colenda idola ſe di
rexit.Quod audientes mater ꝛ vxor: protinꝰ
ſibi ſcripſerunt dicentes.O infeliciſſime obe
diēdo mortali deſeruiſti eū qui eſt vita. Pla
cendo future cito putredini:deſeruiſti ſempi
ternū odorē:veritatem in mendatio cōmuta
ſti:ꝛ mortali obtempans regi:viuorū ac mor
tuorū regem ac iudicem reliquiſti. Noueris
igit nos āmodo a te futuras extraneas: nec
tecum decetero aliquatenus moraturas.va
le inquiūt infeliciſſime fili: has litteras cum
legiſſet Jacobus amare fleuit dicēs.Si ma
ter mea q̄ me genuit ꝛ vxor mea tn̄ mihi ex
tranee facte ſunt: q̄ꝫto magis extraneus fa
ctus eſt a me deus meus ꝛ redemptor meꝰ:
Tunc ſine mora abijt ad regem ꝛ xp̄ianum
ſe eſſe profeſſus eſt.cui cū Rex mortē mina
retur crudelem rñdit Jacob. Nos mortē ꝑ
xp̄i fide non timemꝰ: quia de morte advitaꝫ
tranſire ſperamus.Tunc rex tulit ſententiā:
ut ad aliorū terrorem membratiꝫ Jacobꝰ pu
niretur.Cum autē quidā ex cōpaſſione ſuper
eū flerent ſubridens ait.Nolite flere ſup me
ſed ſuper vos plangite:quia ego ad eternā vi
tam transferro.Tunc carnifices policē manꝰ
dextre absciderunt.ꝛ clamans Jacobus ait.
O Jeſu nazarene ſuſcipe ramū arboris tui
Nam a cultore vinee ſarmentū abſcidit:vi
tis ut potius germinet ꝛ vberius coronetur.
Tunc carnifex ſecundū abſcidit digitū: ꝛ Ja
cobus dixit.Suſcipe dn̄e Jeſu duos ramos
quos in ſtipite corporis mei plātauit dextera
tua.Abſciditur ꝛ tertius:ꝛ Jacobꝰ ait.O m
nis pfectio conſiſtit in numero trinario:ꝛ ꝓ
pter hoc ſemp benedicā patrem ꝛ filiū ꝛ ſpi
ritūſcm̄:qui tres pueros de camino ignis ar
dentis liberauit. Abſciditur et quartus. Et
Jacobus ait.O protector filiorū iſrahel qui
vſqꝫ in quartā generationē benedictioneꝫ in
fundis:ſuſcipe a ſeruo tuo cōfeſſionem quar
ti digiti. Abſciditur quintus:ꝛ Jacobus ait.
O dn̄e completū eſt gaudiū meū:quia qnqꝫ
plagas pro me ꝛ tu certe perpeſſus es. Tunc
carnifices ei cōpatientes dixerūt. Parce Ja
cobe aie tue ne pereas:q̄ꝫuis eniꝫ vnam ma
nū amiſeris:tamē multi ſunt qui vnā manū
tn̄ habentes tibi diuitijs ꝛ honoribꝰ habun
dant.Quibꝰ Jacobꝰ dixit. Quando paſtores
incipiūt pecora tondere:nunq̄ꝫ dextꝝ tn̄ vel
lus auferunt ꝛ ſiniſtꝝ dimittūt. Si ergo pe
cus quod aīal brutū eſt totū vult vellus āmit
tere: q̄ꝫto magis ergo ego homo rationalis
dedignabor pro deo me ei totū offerre. Tūc
carnifices minimum digitum manus ſini
ſtre inciderunt: ꝛ Jacobus ait. Tu dn̄e cum
eſſes magnꝰ puus ꝓ me fieri voluiſti. Jdcir
co ꝓ gratitudine hunc puū digitū tibi reddo
Abſcindit ꝛ ſeptimꝰ:ꝛ ait.Septē ſunt dona
ſpūſſancti.Jdcirco ſepties in die laudē dicaꝫ
ei ſeptē digitos ei offerendo. Abſcidit octa
uus ꝛ ait.Octauo die pro me dn̄s eſt circūci
ſus.Inciditur nonus ꝛ ait.O dn̄e libēter ti
bi offero nonū digitū:quia pro me hora no
na ſpiritū tradidiſti.Incidit decimus et ait.
Decem precepta ſunt tibi grata. Tūc quidā
de aſtantibus dixerūt. O Jacobe licet am
be manus tibi ſint abſciſe:adhuc tamē ſi vis
potes viuere cum triūpho.Tunc Jacobꝰ ait.
Abſit a me ipſa nephanda ꝓmiſſio. Nemo
eni mittens manū ad aratrū.ꝛc.Tunc indi
gnati carnifices policē pedis dextri abſcide
runt:ꝛ Jacobꝰ dixit.O dn̄e maior fuit pfora
tio pedis tui.q̄ꝫ abſciſio digiti mei.Abſcidit

pedis ſecundus digitus:⁊ ait. Sicut eniʒ vnꝰ
digitꝰ in corpore nō ſtat bene ſine altero : ſic
etiā pro xp̄i amore non ſtat bene primꝰ digi-
tꝰ ſine ſcdo. Abſcidūt et ſcdʒ:⁊ aū ipʒ ꝑijciūt
q̄ ſubridens ait. Vade tertie digite ⁊ regeſce
cū ſocijs tuis:⁊ quēadmodū granū tritici ad
ditū grano granū multiplicat:ita ⁊ tu. Abſci
dit̄ ꝗrtꝰ ⁊ magnū dolorē ſentiēs di. Quare
triſtis es anima mea:⁊ quare cōturbas me.
ſpera in deo.q.a.ↄ.i.ſ.v.m.⁊.d.m. Abſciditur
quintus:⁊ ait. O dn̄e ecce iam video: qm̄ di
gnū me feciſti gratia tua: ſicut feciſti ezechiā
in cuius ſignū.15.lineis ſolē retrocedere feci-
ſti. Tūc accedētes ad pedē ſiniſtrū: digitū ꝑ-
uulū abſciderūt Jaco. dixit. O digite ꝑue cō
fortare:quia magnus ⁊ paruus vnā habʒ re
ſurrectionē:apud deū capillus capitis nō ꝑi-
bit:q̄zto minus tu ſepabis a gloria aliorū di
gitorū. Abſcidit̄ ſecūdus ⁊ ait. Vetus homo
deſtruitur ut ſic ſplendidior efficiat̄. Abſcidit̄
tertius:⁊ ait. Tonſionibꝰ firmat̄ incus. Abſci
ditur quartus:⁊ ait. Conforta me deus veri-
tatis:quoniā in te confidit aīa mea: ⁊ in vm
bra alarū tuarum ſperabo donec trāſeat ini
q̄tas. Abſciditur q̄ntus:⁊ ait. O dn̄e cōſum-
mata ſunt oīa:vtinā haberē alios digitos ti
bi offerendos. Tunc accedētes pedē dextruʒ
abſciderūt:⁊ ait. Hoc munus offeraʒ celeſti
regi pro cuius amore hec patior. Abſciderūt
pedē ſiniſtrū:⁊ ait. Etiam hunc bolū ſuſcipi-
as dn̄e charitatis ſale conditū. Abſciderunt
dextrū brachiuʒ ſimul ⁊ ſiniſtrū:⁊ dixit. Lau
da anima mea dn̄m lau.d.in vi.m.p.d.m.q̄z
diu fuero. Tunc accedētes abſciderūt coram
dextri cruris:ſcindentes vſqʒ ad femur. Tūc
btūs Ja. ineffabili dolore grauatus ait. Dn̄e
Jeſu xp̄e adiuua me. quia circūdederunt me
gemitus mortis:⁊ ait carnificibus. Carnē no
uam induet me dn̄s quā veſtra vulnera ma
culare nequibūt. Jam carnifices defecerant:
eo ꝙ a prima hora diei vſqʒ ad nonaʒ in eiꝰ
inciſione ſudaſſent. Tunc iterū accedentes ſi
niſtri cruris coxaʒ abſcindēdo vſqʒ ad femur
extraxerūt. Tunc exclamans beatꝰ Jaco. di.
O dn̄e deus viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ iudex exaudi
me ſemiuiuū:digitos dn̄e non habeo ut ip-
ſos ad te porrigaʒ:nec manꝰ ut eas ad te extē
dam:pedes mei truncati ſunt. Ad te accede-
re neq̄o:genua demolita ſunt:ut ea ad te fle-
ctere nequeaʒ. Ecce ꝙ ſum velut caſura do-
mus ablatis quibꝰ ſuſtentat̄ columnis. Ecce
iaʒ oīa viſcera mea ſicut vides de corꝑe meo
egrediūtur:ſola ſupeſt lingua qua te rogo ex
corde ut omnē iniuriā remittas his carnifici
bus:⁊ inimicis meis:hec cum dixiſſet vnꝰ de
carnificibus acceſſit:⁊ caput eius amputauit
Ecce igit̄ O Jacobe martyr ſanctiſſime q̄d
ꝓ xp̄iana fide ↄfitēda recepiſti. Preterea ꝑ-
termiſſis tot ſcīs martyribꝰ ꝓ xp̄i fide mar-
tyrizatis peto a te O Franciſce. O Auguſti
ne. O Benedicte. O Baſili. O dn̄ice. ⁊ cete
ris religionū patriarche. cur tot ſp̄ūalia mar
tyria. videlʒ obediētie:paupertatis:caſtitatis:
ieiunioꝝ:vigiliaꝝ: diſciplinarū: ⁊ huiuſmodi.
tolleraſtis? Certe nō ob aliud:niſi pro obſer-
uandis his que in ſacra fide ꝓponūtur. Hec
idem dico. de ſacris virginibꝰ:atqʒ confeſſo-
ribus. His omnibꝰ premiſſis concludo ꝙ fi-
des pro qua oēs predicti martyres mortē ſu
ſceperunt aut vera eſt aut falſa. Si vera eſt.ſi
pro quia:ſic eſt habeo propoſitum. vʒ. ꝙ ſola
xp̄iana fides eſt vera. Si autem falſa exiſtit:
ergo omnes p̄dicti martyres fallaces ⁊ mē-
daces ⁊ ſtulti fuerūt. ⁊ per conſequēs omnes
damnati ſunt. Sʒ quia impoſſibile eſt. tot ſci
entificos ⁊ ſanctos viros fuiſſe mendaces et
erroneos. Jdeo concludo xp̄ianoꝝ fidē: om-
nino eſſe veriſſimā. Proinde arrogans ⁊ ꝑ-
ſumptuoſus. ⁊ non ſani intellectus q̄libet eē
cenſetur. qui huic fidei cōtrarius exiſtit. imo
qui eā ſumma cū reuerētia:nō cōplectitur di
cente ſancto Maximo in ſermone plurimo
rū martyrū. Mouerimus itaqʒ inquit:q2 nō
ſine magno diſcrimine. de religionis verita
te diſputamus. quā tantorū martyrū ſangui
ne confirmatā videmus. Magni ꝑiculi res
eſt. ſi poſt prophetarū oracula. poſt Ap̄lorum
poſt martyrū vulnera. veterē fidem quaſi no
uellam diſcutere p̄ſumas:⁊ poſt tam maniſe
ſtos duces in errore ꝑmaneas. Et poſt mori
entiū ſudores ocioſa diſputatione contēdas.
Et infra ſubdit di. Martyr inq̄z martyrij fi
des eſt:veneremur ergo in ſcōꝝ martyꝝ glīa
fidem noſtrā:quō fidem noſtrā:ab illis enim
dum mortis tollerātia indubitāter accipitur
ſpes immortalitatis euidenter aſſerit. Nun
q̄z enim hanc vitam tam conſtanter aſſerit.
Nunq̄z eniʒ hanc vitā tam conſtāter expen-
derēt:niſi eſſe alteraʒ incōparabiliter beatio
rem ꝑfecta diffinitione ſentirēt. hec ille. Gre
gorius inſuꝑ in.4. dyalog. ait. Nunq̄z ſancti
Apoſtoli ⁊ martyres xp̄i. ſic pn̄tem vitā de-

ſpicerēt: ⁊ in mortē carnis animas ponerēt
niſi interiorē et meliorē animaꝝ vitam ſub-
ſequi crederēt. Hic igiť apparet: q̄z ſtulti ⁊ in
ſenſati ſint illi: qui poſt pfidos magos: ⁊ ve-
tulas veneficas: ſeu incantatores pro corpori
bus: non tm̄ hominū: ſed etiam brutorum ab
egritudine liberādis pgunt. Apparet inſuper
q̄ta pena: ſeu ſupplicio. ꝑpter hoc digni ſunt
ex hoc ꝙ deſpiciunt veram ⁊ catholicam fi-
dem. ſanguine tantoꝝ martyꝝ approbatam.
⁊ vadunt ad illos qui pro ſuis malitijs atqꝫ
dementijs confirmādis in feruenti aqua. per
vnius Aue Marie ſpaciū digitū non tene-
rent. Dimitte ergo beſtialis creatura. has re
probatas ⁊ diabolicas ſupſtitiones. Et re-
curre ad ſctōs dei cū vera fide ⁊ liberaberis
preſuppoſito tamē ꝙ hoc ſit proficuū anime
tue. Quid igiť o vos increduli ⁊ ſancte xp̄ia-
ne fidei aduerſarij dicere poteritis. cōtra hāc
ſanctiſſimā fidem tantoꝝ martyrū ſanguine
cōfirmatā. Et profecto nō deſunt. qui ptina-
citer contra ipſaz obſiſtant aſſerētes. ꝙ mar
tyrū teſtimonia nequaq̄z ſufficientia ſunt ad
probandū. ꝙ vera ſit fides xp̄i. quia cōſtat ꝙ
etiā quaſi innumerabiles gentiles. ut legitur
in geſtis Romanoꝝ pro republica defendē
da ſe morte ſponte obtulerunt. Hoc idem fe
cerunt ⁊ multi heretici pro fide ſua defenſan
da. Quib⁹ ego rn̄deo. ꝙ nō eſt ſimile: ꝑ eo ꝙ
morientes pro xp̄i noīe. fuerunt triplici gra-
tia precipue decorati. a qua oīno ſemoti repe
riūtur. ſiue qui mortui ſunt pro republica in-
fideles: ſiue qui paſſi ſunt heretici ad ꝓtectio
nem erroris ſui. quaꝝ Prima diciť gratia
coruſcationis. Secūda diciť gratia vindica
tionis. Tertia dicitur gratia apparitionis.
¶ Primo demonſtrās fidem xp̄i ⁊ nō aliaz
reſpectu martyriorū eſſe verā: diciť gratia co
ruſcationis. vz. miraculoꝝ. Nam in marty-
rijs ſanctoꝝ. tot ⁊ tanta ut melius infra dice
tur miracula claruerūt: que ſigillatim referre
impoſſibile eſt. Ex qbus tamen vnū referam
quod accidit in morte regis oīum martyruz
dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. cui ſimilis in martyrio
nō eſt inuentus. Ad quod inueſtigandū ꝓfe-
ro in mediū illud qd̄ ſcribiť Matth. 27. A ſe
xta autē hora tenebre facte ſunt ſup vniuer-
ſam terrā: vſqꝫ ad horā nonā. Et ſubdiť: Ec-
ce velum tēpli ſciſſuz eſt in duas ptes a ſum
mo vſqꝫ deorſum: ⁊ terra mota eſt: ⁊ monu-
menta apta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctoꝝ q
dormierāt ſurrexerūt cum illo. hec ibi. In q-
b⁹ verbis apparet. Primū miraculū in ſo-
lis obſcuratione. Scd̄m in veli ſciſſione.
Tertiū in terremotiōe. Quartū in monu
mentoꝝ aptione: ⁊ petraꝝ ſciſſione. Quin-
tū in mortuoꝝ reſurrectione. ¶ Primū mi
raculū fuit in ſolis obſcuratione. quia tunc te
nebre facte ſunt: ſuper vniuerſam terrā. Qd̄
ſm̄ Hieronimū ſuper hunc locū. fieri potuit
diuina virtute ꝑ ſubtractionē radioꝝ ſolis.
Scd̄m Origenem vero per interpoſitionez
nubiū denſarū. Sed in hoc ſtandū Dyoni-
ſio. qui dicit in Ep̄la ad Policarpum. ꝙ illa
eclipſis fuit ꝑ interpoſitionē lune inter ſolez
⁊ terrā: ⁊ ꝙ ipſe tunc exiſtens in egypto vidit
vbi eſt aeris puritas. quia rariſſime fiunt ibi
nubes et pluuie. propter quod magis potuit
illa perpendere. Vidit ergo ut ipſe dicit. Lu
nam ab oriente aſcendentem verſus meridi
em: et ſupponentē ſe ſoli. Talis autem ecli-
pſis miraculoſa fuit quadruplici reſpectu. ꝓ
mo quia luna tunc erat. 15. ⁊ tunc diſtat a ſo
le per dyametrum celi. Eclipſis autem ſolis
non poteſt fieri naturaliter: niſi tempore con
iunctiōis ſolis ⁊ lune. Scd̄o qꝛ trāſacta ecli
pſi luna rediȷt ad oriētē. Ita ꝙ in veſpis fuit
in oriēte ſole exiſtēte in occidēte. Et ſic orbes
eoꝝ ſunt ad ꝓſtinū ſtatū reſtituti. Tertio qꝛ
pars orientalis ſolis fuit primo obſcurata. et
iterum illuminata. Contrario autem modo
fit in eclipſi naturali. Quarto quia fuit lu-
na ſub ſole per tres horas. In naturali autē
eclipſi luna mouetur ſub ſole continue. De
iſta eclipſi Origenes ſuper Mattheū dicit.
Qd̄ quidaz ſcripſit. ꝙ fuit facta tempore Ti
berij Ceſaris. Inſup Athenienſes ſicut ſupra
diximus. tunc conſtituerunt aram: ⁊ ſuper-
poſitus eſt titulus ignoto deo. ¶ Secunduz
miraculum fuit in veli ſciſſione: de quo Ni
cola⁹ de lyra. ſuper hoc paſſu dicit. Qd̄ iſtud
velum ſm̄ aliquos erat in introitu templi.
prohibens aſpectum eorum que erant intra
templum. Et ideo per talem ſciſſionem. de-
claratur impletio veritatis in morte chriſti.
que latebat in figuris veteris teſtamenti. Se
cundū autem alios non fuit velum qd̄ erat
in introitu templum. ſed velum quod erat
intra templum intra ſanctum ſanctoruz. Et
ſciſſio eius ſignificat. Idem quod prius. De
vtroqꝫ autem Nico. de lyra. mentionē facit
ſup Matth. 26 c. Cetera per ſe patent ſciliꝫ

terre motio:ſciſſio petrarū:monumentorum apertio. que omnia miraculoſa fuiſſe vnuſquiſqꝫ facile iudicabit. Nec mirū eſt. ſi omnes creature miraculoſe mote ſunt. pro eo ꝙ tunc oīum creaturarū dn̄s. ſeuam ⁊ duram mortē in cruce patiebat. Sed nec in eiꝰ martyrio ſolum viſa ſunt magnalia opera dei. quinimo in ceteris martyribꝰ ſuis. Nonne fuit illud miraculū inauditum. quando virgo Lucia tanto pondere a ſpiritu ſancto fixa eſt ut non poſſent eam mille paria bouū de loco mouere. Quid de reliqs dicā? Incipe q̄ſo ipſorū geſta:⁊ ibi videre poteris. q̄ꝫ ſtupenda miracula in paſſionibꝰ martyrū xp̄i monſtrauerit deus. que tamen pro alia cauſa paſſis teſtimoniū non fuerūt. cū nulla profecto in taliū paſſionibus ut dictū eſt miracula facta ſunt. ¶ Secunda gr̄a demonſtrans mortem martyrū xp̄i ſanctā fuiſſe ſub vera fide. dicitur gratia vindicationis. Et dimiſſa pena qua deus omnes reprobos ꝑcutiet in iudicio. temꝑalem tantū vindictā: quā xp̄s pro martyribus ſuis fecit attendamus. Nā Herodes antippas. qui Joan. bap. decollari fecit: impunitus minime fuit. ſicut. 18. libro Antiquitatū Joſephus narrat. Et ſcribit etiam in primo Eccliaſtice hiſtorie libro. Herodes inſuꝑ Aggrippa. qui Jacobū occidit: fratrem Joannis gladio miſerabiliter vitam finiuit Narratur enī de illo in ſecūdo Eccliaſtice hiſtorie libro. 2. 19. Antiquitatū Joſephi. ꝙ cū regnaſſet tribus annis in imperio Judeorū venit Ceſaream ciuitatē. que prius turris ſtratonis appellabat. vbi ad honorem Ceſaris ſpectaculū ciuibus edidit. Ad quā feſtiuitatem omnis prouintie multitudo nobilium ſimul et procerū cōuenerat. Secūda vero ſpectaculorum die indutus veſte fulgenti: mirabiliter ex auro argentoqꝫ contexta. incipiente die procedit ad theatꝝ. vbi cum ꝑmos ſolis radios argentee veſtis gremio ſuſcepiſſet repcuſſo ſplendore duplicatā ſpectantibus lucē fulgor metalli vibrantis effudit. Ita ut intuentibus ꝑſtringeret aciem aſpectus. Et per hoc plus aliquid de eo q̄ꝫ humane nature eſt artifex arrogantia mentiret. Illico ergo adulantis vulgi cōcrepant voces honorē ſonantes. ⁊ ab omnibꝰ deus acclamat. Cuius oēm acclamationē iocundiꝰ excipiebat. Poſt paululū vero vehementi ventris dolore ꝑcuſſus amicos ſuos reſpiciens dicebat. Ecce veſtis deus: ſed iam ducor ad mortem. Et creſcēte dolore cum feſtinatione ad regalia eſt aſportatus. Quīqꝫ vero diebus cōtinuis dolore vētris confectus: ⁊ totus a vermibus corroſus expiratur. Oroſius autē his ſimilia q̄ꝫ plurima ſcribit in. 7. libro aduerſus paganos. naꝫ ⁊ de Nerone xp̄ianos ſupplicijs ⁊ mortibꝰ affecit: ac ꝑ omnes prouincias pari perſecutione excruciari imꝑauit. chriſti quoqꝫ nomē extirpare conatus. beatiſſimos xp̄i Aplos petrum cruce paulū gladio occidit. Mox aceruatim miserā ciuitatem oborte ſunt vndiqꝫ clades. Nam ſubſequente Antonio tanta vrbi peſtilentia incubuit. ut. 30. milia funerū inuenirent. Britanica deinde clades e veſtigio occidit: qua duo precipue opida magna Ciuium ſociorūqꝫ clade: ⁊ cede dirupta ſunt. preterea in oriente. magnis armenie ꝓuintijs amiſſis: romane legionis: ſubiugū pāticū miſſe. egreqꝫ ſiria retenta eſt. In Aſia tres vrbes. hec eſt. Laodicia. Jeropolis. Colloſſe terremotu ceciderunt. At vero poſtq̄ꝫ Nero galban in hiſpania imꝑatorem creatuꝫ ab exercitu cognouit. totꝰ animo ac ſpe cōcidit. Cūqꝫ incredibilia ꝑturbātur. immo ſubruente. rei publice. mala molliret. hoſtis a ſenatu pronūciatus ignominioſiſſime fugiens. ad quartuꝫ ab vrbe lapidem. ſeſe interfecit. atqꝫ in eo omnis ceſarū familia cōſumata eſt. hec ille. De domiciano Idem ibi infra refert. di. Domicianus eccleſiam ꝑſecutus crudeliter. ad hoc vſqꝫ perductus eſt: ut deū ſe ſe vocari: ſcribi coliqꝫ iuſſerit. Multos ex romanis tum inuidia. tum auaritia interfecit. alios relegauit libidinis intemꝑantia quicqd cogitari pōt. mali fecit. qui dum eccleſiā atrociter ꝑſecutꝰ eſſet. ſtatim a ſuis faciente dei iudicio in palatio interfectus eſt. De Traiano inſuꝑ ait. Traianus regnū accipiens. xp̄ianos validiſſime perſecutus eſt. Quo tempe terremotꝰ quattuor vrbes Aſie ſubmerſe ſunt. Traianꝰ vero pro fluuio ventris infeliciter extinctꝰ eſt Et ſic de alijs multis refert. quos ibidē vnuſquiſqꝫ legere pōt. Quid Egeas ſub quo Andreas paſſus eſt. Paſcaſiꝰ ſub quo ſcā Lucia Quintianus ſub quo Agatha. Dioclecianꝰ ⁊ Maximianus imꝑatores. Ceteriqꝫ in chriſti martyres ſeuientes: Certe tandeꝫ gladio dei ꝑcuſſi perierunt. ¶ Tertia deniqꝫ gratia demonſtrans fidem chriſti et non aliam reſpectu martyrum eſſe veram. dicitur gratia

apparitionis:ſeu viſionis. Nam martyres in eorum tormẽtis ſepe diuina ſeu Angelica viſitatione conſolati: propter hoc mortẽ gratam excipiebant. Unde dicitur Act.6. Stephanus vidit celos apertos:ꝛ Jeſum ſtantẽ a dextris virtutis dei. katherina virgo ſanctiſſima i carcere ab angelo ẽ viſitata. Agata vero ab apoſtolo Petro. Dum etiam btũs Laurentius perſecutione Decij ſcorpionibꝰ cederetur. Miles quidam Romanus noie credidit:ꝛ beato Laurentio dixit. Uideo añte iuuenem pulcherrimũ ſtantem:ꝛ membra tua cum linteo abſtergentem. Adiuro te per dñm feſtina me baptizare: qui tandem i carcere baptizatus:truncatione capitis martyrium compleuit. De reliquis vero in ſanctorum legendis videre potes. Quibus oibus tribus gratijs conſideratis ꝛ perſpectis: catholice fidei veritas roboratur. Quis ergo vltra de Chriſti fide poterit dubitare hoc audito? O icreduli. O infideles ſtulti: qui cartis ꝛ membranis Machometi: ꝛ aliorũ infidelium atramento ſcriptis creditis. Quis q̃ſo certior liber eſſe poteſt: q̃ȝ qui ſcribitur ſanguine proprio? Aſpicite lignum crucis. O q̃ȝ vera ꝛ delicata eſt carta inocentiſſimi redẽptoris noſtri Jeſu Chriſti.ſ.caro: quã depictam ꝛ conſignatam: litteris rubricatis ſuo ſanguine precioſo videtis. ibi proculdubio dimiſſis tot milibus corporibus martyruȝ pro Chriſti fide laniatis:ꝛ ſanguine madefactis: veritas fidei roboratur. Ex premiſſo ergo.7 argumento.vȝ tollerationis tantoꝝ martyrorum:euidenter apparet chriſtianam fidem ꝛ non alteram veriſſimam eſſe.

¶ De octauo argumento quo oſtenditur ꝙ ſola xpianoꝝ fides vera ꝛ ſalutifera.

Ctauum etiam argumentũ in ordine declarandũ: quo ſingulariter oſtẽditur ſolam chriſtianoꝝ fidem ꝛ non alteram veriſſimam eſſe:dicitur argumentũ intrãſmutationis. Pro cuius argumẽti declaratione occurrit mihi auctoritas phi.j.de celo ꝛ mundo. dicentis. Diuinum eſſe neceſſe eſt eſſe primũ ꝛ intranſmutabile. ꝛ auctor in lib.de cauſis.etiam dicit. Prima cã ꝛ ſuperior ẽ ſine omni variatiõe. Quo cõceſſo ꝙ deus.ſ.eſt intranſmutabilis: certũ eſt ꝙ deꝰ ipſe omnes antiquos patres quos ſaluauit voluit penitus ſaluari: aut implicite aut explicite:ſub chriſtiana fide ꝛ non ſub alia. qꝺ duplicíter probo. Primo auctoritatibus. Scdõ diſtinctione. ¶ Primo probo auctoritatibus Augu.libro.18.de ciuita. dei.c.47. Unus nãqȝ inquit mediator dei ꝛ hominũ homo Chriſtus Jeſus qui venturus in carne ſic antiquis patribus pronunciabatᷓ:quẽadmodũ nobis veniſſe nunciatus eſt:vt vna eademqȝ fides per ipſum omnes iudei ciuitatem ꝛ dei templum predeſtinatos perducat ad deum. hec ibi. Jdem quoqȝ Augu.in Encherid.ait. Nullus antiquoꝝ quãtũcũqȝ iuſtorum atqȝ bonorum potuit vnqȝ preter Chriſti fidem ſalutem inuenire. Ugo etiam lib.de ſacramentis.parte.10.c.5.ait. Semper in eccleſia dei ab initio fuit fides ꝛ cognitio creatoris:incarnationis: ꝛ paſſionis Chriſti benedicti:ſine qua nullus vnqȝ ſalutem adinuenit. hec ille. ¶ Scdõ hoc idem ꝓbo vnica diſtinctione Bonauenture in.3. di.25.arti.j. q.2.dicentis. Cum queritur an illi qui pceſſerũt aduentũ xp̄i potuerũt ſaluari abſqȝ fide mediatoris. Rñdeo ꝙ nõ:niſi i mediatorem crederẽt:vel ipſe,ꝓ ſe ſi eẽt adultꝰ:vl' aliꝰ ꝓ ſe ſi eẽt paruulus. Et rõ ẽ:quia cũ gratia ꝛ veritas per Jeſum Chriſtum facta ſit. Et liberatio a peccato ſit ſimiliter ꝑ merita Chriſti ꝛ hec merita non ſe extendant niſi ad illos q efficiunᷓ eius membra:ꝛ ei copulanᷓ ꝑ fideȝ ſicut impoſſibile eſt nunc aliter ſaluari: niſi eidem copuleᷓ vel per fidem:velꝰper fidei ſacramentum:ſic impoſſibile fuit poſt lapſum aliquẽ ſaluari:niſi fidem mediatoris habuit aut explicite vel implicite. Explicite: vt ſi qs crederet filium dei aſſumpturum noſtrã humanitatem:naſciturum de virgine:paſſuruȝ in cruce:reſurrecturuȝ tertia die:ꝛ hmõi. Et hoc mõ explicite credere nõ erat oibus neceſſariũ. Sed his ſolũ quibus a deo erat reuelatũ:ſicut ſanctis patribus. Implicite vero credere eſt expectare redẽptorẽ futuꝝ: qualꝭ aũt ꝛ qũo hoc debeat eſſe:erat oibus neceſſarium credere:ſꝫm ꝙ illi credebant:qbꝰ a dño erat reuelatum. hoc Bonauentura ad lr̃am Si igitur vt pȝ ex auctoritatibꝰ ꝛ diſtinctiõe predicta:omnes qui antiquitus ſaluabantur deus ſaluabat ſub fide Chriſti. deus vero ẽ omnino intranſmutabilis.cõcluditur ꝑ ꝯñs ꝙ nullus etiã nunc ſaluari põt niſi ſub vna fide Chriſti. qꝛ ſi aliter fieret: ſequereᷓ ꝙ ideȝ manens idem eſſet cauſa oppoſitoruȝ: quod cum ſit omnino impoſſibile:ꝛ contra omneȝ

phiam.concludit p ꝯñs neceſſario ex octauo argumento. vꝫ intrãſmutationis.ſolã xpianorum fidem ꝛ non aliam veriſſimam eſſe.

¶De nono argumento quo oſtendit ꝙ ſola xpianoꝝ fides vera ſit ꝛ ſalutifera.

n Onum inſuper argumentũ i ordine declarandũ:quo ſinglr oñditur ſolã xpianoꝝ fidem ꝛ non alteram veriſſimã eſſe:dicit argumentũ ꝯfirmationis. vꝫ miraculoꝝ. Pro declaratiõe huius argumẽti occurrit nobis Auctoritas phi in poſt predicamentis dicentis. A priuatione ad hibitũ impoſſibilis eſt regreſſus p nãz. pꝫ h auctas Nam cecus nãliter:aut etiam accñtalr: non põt recipere lumen niſi recipiat a deo q miraculum cãt:eo ꝙ ſolus deus ſupnaturaliter ei lumẽ infundit.ꝛ ideo de ꝯſe.di.2.c. reuera dicitur.ꝙ miraculũ eſt opus inſolitum ſupra ſpẽm ꝛ facultatem totius nature. Quib⁹ premiſſis cõcludo.ꝙ cum ſola fides xpiana miracula operet:ſola vera eſt. Nunquid gens idolatra ꝛ pagana.O ſaraceni: o tartari: ceteriqꝫ infideles ſectam Machometi tenẽtes O heretici:o iudei hodierni:habetis in ſectis veſtris aliqua miracula? Certe non. Et rõ ẽ qꝛ deus non vult eſſe teſtis alicuius falſitat. Sed dic mihi. O tu fides xpiana a deo infuſa. Nunqd habes ſeu miracula facis? Certe ſic. Sed pretermiſſis miraculis antiq legis ab Abel vſqꝫ ad aduentũ xpi:que vidẽ poteſ in tabula biblie in lra miraculũ. Quid dicemus de miraculis factis a ſanctis poſt aduẽtum xpi:ꝛ ꝓbatis per veriſſimos teſtes ab eccleſia catholica? Certe cum ſint innumerabilia:breuitatis cã oĩa dimitto. Duo tñ ſingulariter in pñti referemus. Quoꝝ pmũ eſt de ſtupendiſſimo miraculo:qd accidit in die natiuitatis ipſius dñi noſtri Jeſu xpi. Nam vt referunt concorditer Innocentius tertius Oroſius atqꝫ Eutropius: Octauian⁹ Imperator vniuerſo orbi ditioni romanoꝝ ſubiugato:in tm ſenatui placuit:vt ipſum ꝓ deo collere vellent. Prudens aũt Imperator ſe mortalem intelligens:nomẽ imortalitat noluit vſurpare. Ad illoꝝ vero importunã iſtãtiam Sibillam aduocat:ſcire volens p eius oracula ſi in mundo maior eo aliqñ naſcet. Cum ergo in die natiuitatis dñi conſilium ſuper hac re inuocaſſet: ꝛ Sibilla in camera Imperatoris pſiſteret:in die media circulus aureus apparuit circa ſolem:ꝛ in medio circuli pulcherrima virgo:puez geſtans in gremio. Tunc Sibilla hoc Ceſari oñdit. Cum aũt Imperator ad predictam viſionẽ plurimum miraret:audiuit vocem de celo dicẽtẽ ſibi.hic ẽ Ara celi:dixitqꝫ ei Sibilla.hic puer maior te eſt.ꝛ ideo ipm adora. Et ideo in eadem camera in honorez ſancte Marie Ara dedicata eſt:vñ vſqꝫ hodiernuz diem dr ſcã Maria de ara celi. Intelligẽs igit Imperator ꝙ h puer maior ſe erat: ꝯfeſtim ei thura obtulit:ꝛ de⁹ decetero vocari recuſauit. Ecce primũ miraculũ. Scðm etiam miraculũ habetur in legenda ſancti Andree apoſtoli germani Petri. vbi legit ꝙ quadraginta mortuos:ꝛ in mari ſubmerſos ſimul ꝛ ſemel reſuſcitauit. vnde vide ꝙ ꝓ ſancte xpiane fidei veritate:nõ tm viui ſed etiam mortui miracula faciunt. Ecõtra heretici ꝛ alij infideles ſic nec viui:ſic nec mortui facere miracla pñt In cuius figura. Exodi.8.c. Magi defecerũt non valentes ſicut Aaron conuertere i puluerem terre ſinifex: ꝓpter qd dixerunt digitus dei eſt hic. Et qd plus eſt p miracula dei potentia ſemper fuit cõmitata pplꝫ hebreorũ ſeu iudeoꝝ:nec aliqñ eum deſeruerũt: dũ tenuerũt veram fidem. Tñ poſtqꝫ veram xpi fidem contẽpſerũt:totaliter in miraculis defecerunt. Ita ꝙ nũqꝫ ab inde citra: qſqꝫ eoꝝ facere miracula potuit. Ex qbus cõcludo:ꝙ cum ſola fides xpiana faciat miracula:ꝛ miracula ſolũ ꝓcedunt a deo. de⁹ vero ipe nullatenus põt eẽ teſtis falſitat: ſꝫ ſolũ veritat per ꝯñs ſeqtur ꝙ ſola xpi fides vera ꝛ non erronea:qꝛ ſi error aliquis eſt in fide xpiana prorſus deo imputandus eſt:a quo ſimpliciter miracula ꝓcedunt. dicente Ricardo.1.de trini.c.2. Dñe inquit ſi eſt error in fide nr̃a a te decepti ſumus:nam tot ꝛ tãtis ſignis cõfirmata eſt:ꝙ nõ niſi per te fieri poſſent. hec ibi. Si quis aũt obiceret:ꝙ miracula aliqua non ſunt in fide xpiana. Rñdeo ꝙ nequaqꝫ totus mundus ſimplr pauperib⁹ Aplis idiotis ꝛ illiteratis crediſiſſet:niſi deus eoꝝ dcã teſtimonijs miraculoꝝ confirmaſſet: ꝓpter qd Mar. vltimo.c.dicit. Illi aũt.ſ.apli ꝓfecti predicauerũt vbiqꝫ:dño cooperante:ꝛ ſermonẽ confirmante:ſequẽtibus ſignis.ꝙ ſi quod abſit talia miracula facta non eẽnt:maximũ profecto miraculũ fuit:totũ mũdũ ſine vllis miraculis ad xpi fidem ſe cõuertiſſe. dicente Augu.l.22.de ciui.dei.c.5. Si iſta inqt mira-

cula in fide xpi facta eſſe non credunt:ſaltem
nobis vnū grande miraculuz ſufficit: qꝛ iam
totus orbis terraꝝ ſine vllis miraculis credi
dit:ꝛ fidei xpiane ſe ſubijcit.hec ille. Sz vere
tales maxime cōuincunꝰ experientia.Tā eni
euidentia ſunt ꝛ fuerunt miracula xpiane fi-
dei:ꝙ niſi a fatuis ꝛ inſipientibus nequaq̄z
negari pñt.Nā Silueſter papa curauit Cō-
ſtantinuz Imperatorē a lepra: ꝛ xpianū fecit
oēſq̄z iudeos in diſputatione corā ipſo cōuī-
cit.Si qs aūt iteꝝ obſtaret ꝙ Antichriſtus
etiam miracula faciet. Rñdeo ſꝫ doc.ꝙ ma
gna eſt differentia inter miracula xpi ꝛ mira
opera ſeu falſa Antichriſti. Et inter miracl'a
dei ꝛ miracula diaboli. Sicut ait Augu.lib.
de vtilitate credendi.nā miracula ſimplr ſūt
opa dei ſupnaturalia:ꝛ hec fiunt ſolū in fide
xpiana. Mira vero opa dicunꝰ: aut q̄ fiunt
per opus ꝛ virtutem nature:aut ꝑ artē ma-
gicam:ſeu ꝑ artem demonis.. Que tūc opa
mira.Aliq̄n vera ſunt:cū fiunt ꝑ res nāles :
ſicuti cū per incantamentū diaboli emittitur
ſagitta de aliquo corde:que per inſtrm me-
dicoꝝ emitti non poſſet.Nam diabolus cuz
ſit ſpūs pōt ingredi corpus humanū:ꝛ ſic na
turaliter extra mittere ſagittā:ſeu dare aliaz
ſanitatem:que per opa nature egri poſſunt
Tunc vero ꝛ aliq̄n dicunꝰ opa mira fieri: cū
fiunt ꝑ deluſionē demonis:qui tunc deludit
cum aliqd eſſe demonſtrat: ꝛ tñ actualr non
eſt ſic:ſicut demon corpus mortuū nundum
corruptū aſſumens:demonſtrat ſe eē hoiem
qui prius erat in illa forma:ꝛ tñ non eſt hō:
tunc enim homo eſt:q̄n aīa eſt ſimul cū cor-
pore.Sed qꝛ ibi non eſt aīa:que ē forma ſub
ſtantialis corporis:ſed ſimplr ſpūs demonis
ideo talis demonſtratio q̄uis ſit mira:tñ eſt
falſitas ꝛ deluſio. habemus de hoc exemplū
de Symone mago:qui vt habeꝰ in legenda
ſancti Petri:faciebat ſerpentes eneos mouē
ſtatuas eneas ridere:ꝛcanes cantare.Et vl-
tra hoc dū eſſet ante Neronē a quo nimis
amabatur:eiꝰ effigies ſubito mutabaꝰ:ꝛ mō
iuuenis mō ſenior videbaꝰ. Qđ cū videret
Nero:hunc dei filiū eſtimauit: ꝑpter quod
Symon magus:ſicut refert Leo papa: dixit
Neroni:vt ſcias optime Imperator me vere
filiuz dei eſſe. Iube me decollari: ꝛ die tertia
reſurgam. Precepit igiꝰ Nero carnifici vt
decollaret Simonē:ꝛ decollauit arietē.Si-
mon aūt arte magica illeſus euaſit: ꝛ arietis
membra colligens.abſcondit ſe tribus diebꝰ
ſanguis aūt arietis ibidēz congelatus remā
ſit. Die autē tertia oñdit ſe Neroni. dicens
Fac ſanguinē meū qui affuſus eſt abſtergi :
qꝛ ecce ego qui decollatus fueram ſicut pro-
miſi tertia die reſurrexi:quē Nero vidēs ob
ſtupuit:ꝛ ipſum dei filiū eſſe putauit.hec Leo
propter hoc ergo romani cū in tanta venera
tione habuerūt:ꝙ eidem imaginem fecerūt :
ꝛ hunc titulū ſuperſcripſerunt.Symoni deo
ſancto. Petrus aūt ꝛ paulus vt leo teſtatur
ad Neronem introierūt: ꝛ oīa eiꝰ malicioſa
detexerūt:addiditq̄z Petrus:ꝙ ſicut in xpo
ſunt due ſubſtātie.ſ.dei ꝛ hoīs:ſic i illo mago
ſunt due ſubſtantie.ſ.hoīs ꝛ diaboli. poſt hec
Symon magus prepoſuit populo romano
ꝙ qui adoleſcētē mortuū ſuſcitare nō poſſet
a populo lapidareꝰ. Vñ Symon cum ſuper
mortuū incantationes ſuas faceret:viſus eſt
defunctus circūſtantibus caput agitare.Tūc
Petrus impato ſilentio dixit. Si viuit de-
functus:ſurgat ambulet ꝛ loquaꝰ alioq̄n dia
bolus eſt:qui caput mortui mouet: qđ cū fa-
cere non poſſet. Petrus orauit dicēs. Ado-
leſcens:in nomine Jeſu Chriſti nazareni cru
cifixi ſurge: ꝛ ſtatim viuus ſurrexit:ꝛ ambu-
lauit. Cum aūt vellet pplus Symonē lapi-
dare:ait Petrus. Nolite:ſatis ē illi ad penā
ꝙ ſe agnoſcat in ſuis artibus ſupatuz. Ma-
giſter eni noſter nos docuit:vt pro malis bo
na reddamꝰ.Deniq̄z cū ſe ſic deuictū videret
cōuocato pplo ad deſpectū Petri ꝛ Pauli
dixit ſe velle tāq̄z dei filiū in celū aſcendē. ſta
tuto ḡ die turrē excelſam ſm Linū aut capi
toliū ꝯſcēdit:ꝛ inde ſe deiciēs coronatꝰ laureo
volare cepit.Quod vidēs Paulus dixit ad
Petrū.Meū eſt orare:ꝛ tuū impare. Tunc
dixit Nero ad Petrū ꝛ Paulū. Verax eſt
ille dei filiꝰ:vos āt ſeductores eſtiſ.Tūc petrꝰ
dixit ad paulū.Erige capꝰ ꝛ vide.Cūq̄z paulꝰ
eleuaſſet caput:ꝛ vidiſſet Symonē volantez
dixit ad Petruz. Petre qd ceſſas: ꝑfice qđ
cepiſti. Ia eni vocat nos dñs.Tūc Petrꝰ ait
Adiuro vos Angeli ſathane:q cū i aere ferꝰ
ꝑ dñz ieſū xpꝫ vt ipꝫ aplīꝰ ñ feratꝭ. Sꝫ eū cor
ruē dimittatꝭ.Et ꝯtinuo dimiſſus ab eis cor
ruit.h in legēda.O pa igiꝰ Antixpi ſic fuerūt
Symonis magi mira erūt ſic:ſeu videbūꝰ:ꝛ
tñ erūt deluſiōes ꝛ ſi vera miracl'a.Cū ḡ vera
miracl'a ſolū ꝛ ſimplr fiāt i fide xpiana ꝛ nō
i alia bñ ꝯludiꝰ nec io ꝙ ſola xpianoꝝ fides

veriſſima ē.quā fidei veritatez nobis largiri dignet̄ fidei atqꝫ oīuz virtutū ⁊ grāꝝ p̄ncipal̄ dator dn̄s Jeſus xp̄s q viuit ⁊c.

¶ Sabbatum poſt dn̄icam quinquageſime. Jteꝝ de quarta excellentia. vꝫ de veritate ipſius ſacratiſſime fidei.

q **Uotquot tan**gebāt cū ſalui fiebāt. Scribūt̄ hec verba Mar.6.c.⁊ in euangelio occurrentis ferie. Poſt explanationez ſancti euangelij occurrentis tam ſpūalem q̄ꝫ etiam litteralez volens finem imponere quarte excellentie ipſius fidei ſacratiſſime.vꝫ argumentis ipſam fidem xp̄ianam ſimpliciter eſſe veraz demōſtrantibus : exquo nouem iam argumenta declarauimus in p̄n̄ti ſermone:ad clariorem euidentiam certitudinis ipſius fidei:tria alia vltima argumenta tm̄ declarabo. Quorum primum dicitur argumentum diſperſionis. Scd̄m dicitur argumentum opinionis. Tertium dicitur argumentum durationis.

¶ De tribus alijs argumētis quibus oñdit̄ ꝙ ſola xp̄ianoruz fides vera ⁊ ſalutifera. Et primo de primo.

ſ Eptimū igitur argumentū in ordine ſed primū in p̄n̄ti feria declarandum quo ſingulariter oñdit̄ ſolā xp̄ianoꝝ fidem:⁊ non alteram veriſſimā eſſe: dicitur argumentū diſperſionis.ſ.iudeoꝝ. Pro cui⁹ argumenti declaratione occurrit mihi ſn̄ia phi.5.topicoꝝ di. Si ſimplr̄ ad ſimplr̄:ſic magis ad magis. Et ita maxime ad maxime.pꝫ hec auctoritas. Si enim ferruz tanq̄ꝫ ſimplr̄ bonū ſimplr̄ eſt diligibile: ergo argentū tāq̄ꝫ magis bonū magis ē diligibile: ergo deniqꝫ auꝝ tanq̄ꝫ maxime bonū maxime eſt diligibile. Quo conceſſo:certū eſt a ſili ꝙ q multū laborat mltū hꝫ de mercede: q āt magis magis:qui vero maxime:maxime hꝫ:his p̄miſſis arguo ſic fidem xp̄ianam eſſe veraz. Sic enim per experiētiā pꝫ totus iudeoꝝ populus qui ſingulariter erat a deo electus: totaliter eſt captiuus ⁊ diſperſus:a morte xp̄i vſqꝫ ad p̄n̄s tp̄s:aut igit̄ dn̄s Jeſus fuit ab eis vero zelo ⁊ recta iuſtitia p̄cuſſus:crucifix⁹:⁊ reprobatus. Aut non. Si ſic:certum eſt ꝙ non tm̄ ſm regulā phi predictā: ⁊ ſm legem ꝓphaꝝ promiſſam:nō debuerūt tam ſpūaliter q̄ꝫ temporaliter a deo puniri: ſꝫ diuina iuſtitia magis debuit in eis augumentare fidē ſuā:etiaz pluſq̄ꝫ ante:⁊ precipue cū nuſq̄ꝫ ab idolatria fuerint ſic immunes: ſicut fuerūt a tp̄e Chriſti vſqꝫ ad nunc:quero igitur q̄uo aut ex qua cā a tp̄e illo vſqꝫ nunc ſint captiuati tp̄aliter:et ſpūalr̄ deſtituti: ⁊ oīo deſerti a grā dei: vt ex tunc non ſolū nullū veꝝ ꝓpham habuerunt: aut regem:imo tā ad intellectuz diuinoꝝ: q̄ꝫ quo ad ſpūales effectus ⁊ mores ſunt penit⁹ deſtituti: ⁊ a deo terribiliter derelicti. q̄ꝫdiu enim ſteterunt in vera fidei xp̄iane implicite ⁊ explicite obſeruanda: de⁹ illos exaltauit ſup oēm hoīuz genus: ſicut pꝫ in terra ꝓmiſ. q̄ꝫ dedit eis:⁊ in lege. Et in templo. Et i regno ⁊ in cultu: ⁊ in victorijs: ⁊ miraculis: ⁊ prophetis:⁊ beneficijs. Sꝫ poſtq̄ꝫ dei filiū negauerūt:⁊ iniuſte crucifixerūt:⁊ eius fidē abiecerunt:nulla genus fuit a deo ſic diſperſa ⁊ abiecta oppreſſionib⁹ tyrānoꝝ ſeruitute gladio nec depopulatōe venditiōe:⁊ hmōi:ſic pplus iudaicus:quas maledictiones qs cernere poterit. Si qs Joſephū legit ⁊ libros Egeſippi Ibi eniz legi ꝙ capta ierl'ēz a Tito ⁊ Veſpeſiano oēs iudei fuerūt capti:⁊ pro vno denario.30.ſunt dati:q̄ꝫdiu emptores inuenti ſunt demū poſiti i naui cogebāt̄ comedere ꝓpriū ſtercus:⁊ in captiuitate ſua libros ſue legis nō habuerūt. Et filios ſuos circūcidere ꝓhibiti ſunt. Qn̄ cōtrahebāt matrimoniū anteq̄ꝫ vxores cognoſcerent: ſub pena capitalis ſnīe adducebant eas ad gentiles iudices: vt eas violando p̄mo cognoſcerent:vel eas alijs traderent:vt tm̄ haberent quātū vellent. Si autē ois ſcriptura loquēs de preſſuris eoꝝ oīo ceſſaret:ſaltē hoc humanis oculis vbicūqꝫ manifeſte daret:ꝙ gens iudaica: que quondam pulcherrima fuit atqꝫ decora:⁊ nobiliſſima. Mō manifeſte apparet abiectiſſima: viliſſima:turpiſſima: debilis ⁊ incerticuloſa vltra oēs alias nationes. Qđ vtiqꝫ eſt ſignū potiſſimum ſue reprobatiōis:⁊ noſtre fidei a deo electiōis:dicente ꝓpha. Populus quē nō cognoui ſeruiuit mihi.vꝫ gentilis.in auditu auris obediuit mihi.filij alieni.ſ.iudei inueterati ſūt:⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis.i.a vera fide. Si aūt forte qs querat cur de⁹ aut pplus xp̄ianus penitus nō diſpgit ipſos iudeos: q dei filiū ⁊ xp̄m tā crudelr̄ crucifixerūt: ſꝫ poti⁹ ipſos tollerant. Pōt nō incōuenienter reſpōderi:ſm diuerſos doctores:ꝙ hoc fit p̄cipue

nouē reſpectib⁹. Et p̄mo reſpectu deſcēſiōis Nā ꝓpter reuerentiā xp̄i ⁊ virginis matris ſue: nec nō ⁊ Aploꝝ q ex illo pplo deſcēderūt ſm carnē iuſtū eſt ⁊ pium: illos dulciter tollerare: ⁊ non penitus illos conſumere: ſeu fūditus illos diſſipare. ¶ Scđo reſpectu honorationis. Nam qꝛ populus iudaicus ꝓceſſit ex ſanctis ꝓphis: patriarchis: ceteriſq3 patribus teſti veteris. Ideo ꝓpter honorē ſcōꝝ prophaꝝ ⁊ patriarchaꝝ: pium eſt iudeos tollerare ⁊ non diſꝑgere. ¶ Tertio reſpectu ſuſceptionis. Cum enim lex preceptoꝝ a deo illis fuerit data: ⁊ ab eis ſuſcepta: quā nos in xp̄i fide ſuſcepimus: pium eſt ob reuerentiā legis coꝝ atq3 obſeruationē eos tollerare. ¶ Quarto reſpectu adeptionis. Quia enim xp̄iani deſcendunt ex iudeis ſm fidē: ꝓpter ꝙ eccleſia dicitur ⁊ appellat̄ ſynagoge filia. pium eſt eos tollerare ⁊ nō diſpergere: q̄uis iniquos. Exemplo progenitoꝝ noſtrorum maloꝝ. Nam ꝓgenitores noſtri lȝ mali ſint tn̄ a nobis ſuſtinendi ſunt: ne videamur ſilēs filijs vipraꝝ: qui ꝓ͛pam matrem perimunt. ¶ Quinto reſpectu reprobatiōis. Nam iudei ſibiipſis ſunt ſignū ſue reprobationis: legem enim ſuā nunq̄ ita bene ſeruauerūt: ſic tp̄e illo poſt xp̄m. Et tn̄ in oēȝ terrā diſperſi ſunt: ꝓpter qđ datur intelligi: ꝙ ritum eoruȝ deus non acceptat: qꝛ aliter liberaret eos: ſic promiſerat eis: ꝙ de cunctis locis reduceret captiuitatem eoꝝ: dūmodo legem tenerent. Et qꝛ reprobati ſunt a deo ſaltē a nobis ex pietate tollerandi ſunt: ne malū ſuꝑ malum in eis augeat̄. ¶ Sexto reſpectu correctionis qꝛ enim ipſi iudei ſunt nobis ꝯtinue ſignū: ⁊ exemplū noſtre correctionis: ⁊ lege obſeruationis. Ideo eos ſuſtinere debemus. Flagellantur enim multis anguſtijs ꝓpter ſuā obſtinatā incredulitatē: ne ⁊ nos in ſilēm incredulitatem fidei noſtre incidam⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs dira flagella dei euitemus. Proinde qdam ſapiens ait. felix quē reddūt aliena pericula cautum. ¶ Septimo reſpectu recordationis qꝛ enim paſſionē xp̄i ⁊ mortē: multaq3 myſteria ſalutis noſtre deus per ipſos iudeos tanq̄ per malos miniſtros opatus ē. Ideo vt ipſi iudei ſint nobis continuū memoriale dñice paſſionis: ⁊ quotiens eos videmus totiens paſſionis dñi recordari poſſimus: qđ ipſe deus precipit faciendū per ꝓpham i pſ. dicēs. Deus oñdit mihi ſuꝑ inimicos ne occidas eos: ne qñ obliuiſcantur populi mei. vȝ mortis ⁊ paſſionis filij mei. ¶ Octauo reſpectu cōuerſionis. Certū eſt eni ꝙ in fine mūdi iudei credituri ſunt: ⁊ fidē noſtrā accepturi: qꝛ tunc ois populus ſaluus erit. prout dicit Apoſtolus. Et pſ. ait. Cōuertent̄ ad veſperā ideſt ante iudiciū ⁊ finē mūdi ad fidē xp̄ianorū. Qđ ꝯfirmās Joel. 3. c. in ꝑſona dñi ait Ecce in diebus illis: ⁊ in tp̄e illo cōuertā ad me captiuitatē iuda: ⁊ Jerlm: ꝓpter eoꝝ ſalutem: igit̄ a nobis dulciter tollerandi ſunt. ¶ Nono deniq3 iudei a nobis tollerādi ſūt reſpectu ꝯfirmationis. ſ. noſtre fidei. Et h̄ eſt ratio potiſſima: ꝓpter quā iudeos tolleram⁹ q̄uis alios hereticos vſq3 ad mortē ꝑſequamur. Ipſi enim iudei ſunt librarij noſtri. Et ſignū ſeu ſcriptura noſtre vere fidei. Unde Augu. ſuper verba pſal. Ne occidas ait. Iudeos humaniter tolleremus: ne forte pagani nobis dicant. Uos xp̄iani lr̄as vr̄as ⁊ legē cōpoſuiſtis. ecce ꝓferimus codices a iudeis inimicis: vt alios ꝯfundam⁹ inimicos. Codicē portat iudeus: vt inde credat xp̄ian⁹: librarij nr̄i facti ſūt: quō ſerui libros poſt dños ferre ſolēt. h̄ ille. Ut igit̄ iudei ſint iugiter nobis in ſignū vere fidei a nobis dulciter tollerant̄. ¶ Ex predcō etiā. 10. argumēto vȝ diſꝑſionis iudeoꝝ clariſſime pȝ ſolā xp̄ianoꝝ fidē eſſe verā: ⁊ ꝑ ꝯñs ab oibus imitandam.

¶ De. xj. argumento quo oñdit̄ ꝙ ſola xp̄ianorum fides vera eſt ⁊ ſalutifera.

v Ndecimū etiā argumētū in ordine declarandū: quo ſinglr oñdit̄ ſolam xp̄ianoꝝ fidē ⁊ nō aliā veriſſimā eē dr̄ argumētū opinionis. ſ. gnālis. Pro cui⁹ argumēti declaratiōe occurrit nobis auctas phi. 7. ethi. di. Fama quā oēs famāt nō oio deperdit̄. pȝ h̄ auctoritas. Nam qñ gnālr ab oib⁹ aliqd aſſerit̄ credit̄ i toto: aut in p̄te illđ veꝝ eē reꝑit̄. Quo ꝯceſſo: certū ē ꝙ oēs ſecte poſt fidē ſuā aſſerūt: ⁊ dñt fidē xp̄ianoꝝ eſſe meliorē oib⁹ ceteris: imo aſſerūt oēs alias eē falſas: pp qđ ⁊ mutuo ſe odiūt: vñ ſaraceni ſūme odiūt legē iudeoꝝ. ⁊ ecōuerſo: nec patiunt̄ illos ſil' ſtare: Oppoſitū fac̄ vtraq3 ſecta erga fidē xp̄ianoꝝ: quos ſil' ſtare cōpatiūtur tāq̄ hn̄tes legē bonā moralē: ⁊ diuinam pp qđ ꝯcludit̄ etiā ex ipſoꝝ īfideliū fama ⁊ voce xp̄ianoꝝ fidē verā eē atq3 ſalutiferā. h̄ ēt pȝ ꝑ expiētiā: qm̄ ⁊ ſi ſint aliq ſub lege iudaica: ⁊ aliq ſub lege Machometica: tn̄ vl̄r plēs ſunt

incōparabiliter ſub fide xp̄ianoꝝ:lȝ habeant
in ſeipſis ex ignorātia aliquos errores circa
xp̄ianā n fideȝ:qḋ argumentū͛ vȝ opinionis
etiā tali ratione ꝯfirmaṫ.Claꝝ eſt enim ſm
ph̄m.j.ethi.ꝙ bonū tanto diuinius eſt:quāto
cōius:ſicut ſol diciṫ eſſe melior cunctis ſyde-
ribus:pro eo ꝙ magis cōicat de bonitate ſue
lucis.Quo cōceſſo:claꝝ eſt ꝙ fides xp̄iana ſu
per oēm aliam fidē optima eſt:eo ꝙ bonita-
tem ſue virtutis ꝛ doctrine om̄i populo gen
tili: iudaico: heretico: iterdicto:excōicato: ſeu
Machometico cōicat. Vn̄ Mar.vlti.c.chri
ſtianis:apoſtolis:ꝛ per ꝯn̄s coꝝ ſucceſſorib⁹:
a xp̄o preceptū eſt.Euntes inquit in mundū
vniuerſum predicate euangeliū om̄i creature
Et Matth.io.dicit.Qḋ in aure auditis pre-
dicate ſuper tecta. Jō in clemen. Duduȝ.de
ſepul.dṙ.Ad honorē dei ꝛ ad exaltationeȝ ca
tholice fidei ꝛ quietū ſtatū ꝑtium predictarū
ac ſaluti aīaꝝ ꝛ fidelium incrementū: de no-
ſtroꝝ fratrū conſilio auc̄te apoſtolica ſtatui-
mus:vt predictoꝝ ordineȝ fratres in eccleſijs
ꝛ locis coꝝ ac in plateis cōibus libere valeāt
clero ꝛ pplo predicare: ꝛ ꝓponere verbū dei
omni tp̄e ꝛ omni creature.hec ibi . Jtem de
conſe.di.j.c. Ep̄us.cl.2.diciṫ. Ep̄s nullū pro
hibeat ingredi eccleſiā ꝛ audire verbum dei
ſiue gentilē ſiue iudeuȝ ſiue hereticū vſqȝ ad
miſſam cathecuminoꝝ.hec ibi. Eadem ſnīa
habeṫ extra de ſen.excōi.c.rn̄ſo nr̄o. Totū op
poſitū faciunt ſaraceni ſeu iudei.Nam ſara-
ceni ꝑ legem ſuā teneṅt ſolū ſecrete ſuis ſa-
racenis fidē ſuā predicare:tanq̄ȝ ſibi ſolis ve
lint ꝓdeſſe ad ſalutē ꝛ non alijs:qḋ vtiqȝ eſt
ꝯtra oēm charitatē:ꝛ ꝙ plus ē ꝑ legē Ma-
chometi teneṅt non audire p̄dicare ſub mor
tis ſnīa aliā legē:ꝛ p̄cipue xp̄ianoꝝ:qḋ vtiqȝ
eſt ſignū potiſſimū leg͛ reprobate:ꝛ fidei ma
ledicte:cū tn̄ ſm phos nāles ſapientis offim̄
tima:deinde ꝙ optimū ē ſibi eligere: hoc͛idē
probant ꝛ obſeruāt iudei.Nam in ſua ꝑfida
ſide exn̄tes:ſolū ſibiipſis occulte ſuas decla-
rant leges:nec audire aliter cōiter volunt:ꝑꝑ
qḋ ꝯcludiṫ ex predcō argumento opinionis
ſolā xp̄ianā fidē ſeu legem veriſſimam eſſe.
¶ De.xij.argumento quo oſtēditur qḋ ſola
xp̄ianoꝝ fides vera ꝛ ſalutifera.

Duodecimū poſtremo argumentū i
d ordine declarandū:quo ſimpl͛r oñdiṫ
ſolā xp̄ianoꝝ fidē ꝛ nō alterā veriſſi
mā eē:diciṫ argumētū duratōis.Pro cuius
argumēti declaratōe occurrit nobis auc̄tas
phi.3.phyſi.ꝛ.3.topi.dicēs.Bonū ingt quāto
ꝑmanenti tanto melius.pȝ h̄ auc̄tas exēplo
Nā vinū qḋ ex ſua virtute plus durat:dṙ eē
ceteris parib⁹ melius illo vino qḋ cito corrū
piṫ. Quo p̄ſuppoſito certum eſt ꝙ ſola fides
xp̄iana ꝛ nō alia icorruptibilis ē: ꝛ nūq̄ȝ defi
cere poterit vſqȝ ad ꝯſūmatōeȝ ſcli.qḋ qnqȝ
vijs ꝓbo. Prio vnica auc̄te. Scḋo q̄dru-
plici reſpcū. Tertio expiēti. Quarto ſilitu
dine. Quinto exēplo.¶ Primo ꝓbo vnica
auc̄te.Augu.li.de vtilitate credēdi.c.8.ꝙ fideſ
xp̄ianoꝝ nūq̄ȝ deficiet vſqȝ ad finē ſcli.Dubi
tam⁹ ingt Augu.nos de fide xp̄iana.Certe n̄
expedit.Eius.n.eccl͛ie ꝛ fidei gremio creditur
q̄.vſqȝ ad finē ſcli ꝑ ſucceſſores xp̄i firmaṫ:ītē
gra:ꝛ inuiolata ꝑmanebit:ꝛ a nullis heretic͛
circūlatrantib⁹ ꝛ infidelib⁹ ꝑſequētib⁹ xp̄o du
ce poterit vnq̄ȝ violari.h̄ ille.¶ Scḋo hoc idē
probo q̄druplici reſpcū.Prio reſpcū ꝓmiſſio
nis.Certū eſt.n.ſm ph̄m.j.p̄oꝝ.ꝙ ex falſis ve
rū:ꝛ ex veris nō p̄ōt egredi niſi veꝝ. Quo p̄
ſuppoſito certū ē:vt hētur Jo.14.ꝙ xp̄us ē ꝛ
fuit via veritas ꝛ vita:g͛ ꝑ ꝯn̄s ſi aliqd dixit
vel aſſeruit:nec͛e eſt totū illḋ eſſe veꝝ: ſed cū
dixerit ꝛ ꝓmiſerit.vt hṙ Mat.16.c. Petro et
ſucceſſorib⁹ ei⁹.Tu es Petrus ꝛ ſuꝑ hāc pe-
trā ꝛc̄.ꝛ.p.i.nō.p̄.a.c.Et Mat.vlt.c.dixit.Ec
ce ego vobiſcū ſum oib⁹ dieb⁹ vſqȝ ad ꝯſūma
tionē ſeculi.ꝯcludiṫ nec͛io xp̄ianoꝝ fidē oio n̄
poſſe deficē. Scḋo hoc idē ꝓbaṫ reſpcū ſup-
plicatōis:ſeu orōnis xp̄i ad patreȝ. Certū eſt
enī ſm Ric.in.4.di.15.ar.4.q.7.ꝙ quotieſ-
cūqȝ aliqs orat patrē celeſtē humiliter: fidel͛r
ad ſalutē:ꝛ ꝑſeueranter pro aliq̄ gr̄a obtinen
da:indubitanter illā optinet a p̄re celeſti.Sȝ
manifeſtū eſt:ꝙ xp̄s orauit hūiliter ad ſalutē
nō ſuā:ſed xp̄ianoꝝ ꝑſeuerāter:nō dico fide-
liter:q͛ fidē nō hēbat:ſed certitudinal͛r:q͛ i ſe
oēȝ certitudinē hēbat:g͛ cū xp̄s orauerit p̄reȝ
celeſtē ꝓ duratiōe ꝛ ꝑſeuerantia fidei xp̄iane
vſqȝ in finē ſeculi.ꝯcludiṫ nec͛io ipȝ fuiſſe ex-
auditū:ꝛ ꝑ ꝯſequēs fidē xp̄ianoꝝ nullatenus
poſſe deficē.Et ꝙ xp̄s orauerit ꝓ xp̄iana fi-
de.pȝ.Nā Luc.22.c.dixit Jeſus ad Petruȝ
Ego rogaui ꝓ te Petre:vt nō deficiat fides
tua.Et ꝙ in hoc:ꝛ in ceteris xp̄s fuit a patre
ſemꝑ exaudit⁹.ꝯfirmat Bonauen.in.3.di.17
ar.2.q.2.vbi querit an xp̄s ſemꝑ fuit exaudit⁹
in oi orōne ſua. Et Ric.di.ꝙ oia q̄cūqȝ po-

ſtulauit abſolute cū voluntate rōnis:nō dico cum volūtate ſenſualitatis ſemꝑ obtinuit:qđ bñ ipſe xp̄s hoc idem ꝯfirmat Jo.xj.c.cū exē plo reſuſcitatōis Lazari vbi dr̄. Jeſus autē eleuatis ſurſū oculis dixit. Pr̄ grās tibi ago qm̄ audiſti me. Ego autē ſciebā: qꝛ ſemꝑ me audis.hec ibi. ¶ Tertio illud idē ꝓbat̄ reſpcū cauſatōis.vꝫ.ꝙ ſola fides xp̄iana ſemꝑ debꝫ durare. Et ꝯ̄ oēs alie deficē. Certū eſt enim ſm̄ phm̄.2.phyſi.ꝙ effectus qui dependet ab aliq̄ cā quātū ad eſſe ꝛ quātū ad fieri ſtāte cā ſtat effect⁹:ſicut exēpli grā.ſtāte ſole ſtat ꝛ lux ſtellaꝝ. Ecōtra remoto remouet̄ oīs lux eaꝝ. Quo ꝯceſſo:cū fides ſaracenoꝝ ꝛ turcoꝝ ꝓcedat a Machometo:ꝛ fides iudeoꝝ a Moyſe ꝛ figur̄:q̄ oīa corruptibilia ſunt: neċe ē tādē ꝑ ꝯñs ꝛ ꝑcipue in fine ſeculi oēs eoꝝ fidē corrūpi. Oppoſitū vero eſt de fide xp̄iana:q̄ cū dependeat a xp̄o dei filio:q vtiqꝫ eſt cā incorruptibilis:ꝛ idefiċiēs: neċe ē oīo ꝯcludere eam nō poſſe deficē nec corrūpi. qđ ꝯfirmat̄ auctē Gamalielis. Act.5.di. Si ex hoīb⁹ eſt conſilium hoc aut opus poteritis diſſoluē: Si vero ex deo eſt non poteritis diſſoluē:ne forte ꝛ deo repugnare videamini. ¶ Quarto hoc idē ꝓbat̄ reſpectu argumētatōis. vꝫ ꝙ fides xp̄iana nūqꝫ vſqꝫ in finē deficē poterit. Regula eſt phi.2.topi. Si de quo magis: et tñ nō ꝛc.ḡ ꝛc. Si eni qs non pōt expugnare vnū caſtrū:a fortiori non poterit expugnare vnā ciuitatē fortiſſimā. Quo ꝑſuppoſito: certū eſt ꝙ cū maxentuis Jmpatoꝛ ꝑ vniuerſum oꝛbē ſil̄ ꝯgregaſſet.50.phos vniuerſales in q̄libꝫ ſciā:de prudentioꝛib⁹ ꝛ ſapientioꝛib⁹ qui eſſent in toto mūdo:vt ꝯuincerēt katherinā Coſti Regis filiā:ꝛ ꝑ ꝯñs xp̄ianā fidēꝫ penit⁹ ānullaret ꝛ reprobaret. Nequaqꝫ potuerūt eā ꝯuincē. Sed qđ maximū fuit: oēs ab ea cōuicti fuerūt. Et tādē ſuſcepta xp̄iana fide oēs ꝑ martyriū ignis:celū feliciter ꝯſcēderūt.ꝙ ſi ſic fuit:quō poterit vnqꝫ tota ſimul̄ vniuerſitas xp̄ianoꝝ deuinci ꝛ reprobari: ſi fides q̄ erat in ſola puella nūqꝫ potuit ānullari:¶ Tertio inſuꝑ ꝓbat̄ expientia.q.ſ. impoſſibile eſt fidē xp̄ianā vnqꝫ poſſe deficere. Si eni fides xp̄iana vera nō eēt:nec a deo ꝓcederet:nequaqꝫ tm̄ firma ſtare potuiſſet: q̄ q̄uis a tot paganis ꝛ Jmpatoꝛib⁹ romanis nec nō a ceteris infidelib⁹ ſemꝑ fuit ꝑſecuta ꝛ moleſtata. Nūqꝫ tñ potuit ānullari. Propter qđ verificat̄ in fide xp̄iana illud dictum poeticū.vꝫ. Preteriti ratio ſcire futura facit. ¶ Quarto inſuper probatur ſimilitudine. vꝫ ꝙ fides xp̄iana a nullo vnqꝫ poterit violari.vñ xp̄s ꝑ ſilitudinē. Luc.xj.c.di. Cū foꝛtis armatus cuſtodit atriū ſuū:in pace ſunt oīa que poſſidet. Si aūt foꝛtioꝛ illo ſupueniens vincit eū:vniuerſa arma eius aufert in q̄bus confidebat. Et ſpolia eius diſtribuet: q non eſt mecū ꝯ̄ me ē: ꝛ qui nō colligit mecū diſꝑgit. Qua ſilitudine dat̄ intelligi:ꝙ cū xp̄s ſit foꝛtioꝛ armatus ipſo demone atqꝫ Machometo ꝛ ceteris infidelibus:nūqꝫ poterit xp̄i fides ab eiſdē corrūpi ꝛ violari. ¶ Quinto inſuꝑ ꝓbat̄ exēplo:ꝙ xp̄iana fides ſola eſt durabilis ꝛ ſalutar̄. Legit̄ eni de quodā iudeo ad verā xp̄i fidē cōuerſo:ꝙ añ eius ꝯuerſionem multū erat familiar̄ cū quodā xp̄iano Qui xp̄ianus tm̄ iudeū hoꝛtat⁹ eſt:ꝙ tandēꝫ decreuit baptizari. Sed añqꝫ baptizaret̄ fec pactū:ꝙ volebat ire Romā ad videndū curiā ſub q̄ regit̄ tota fides xp̄ianoꝝ. ꝙ xp̄ian⁹ ei multū diſſuadebat:timēs in coꝛde ſuo: ne viſa curia plena oīb⁹ malis deſiſteret baptizari. Quid plura? Juit iudeus romam:vidit multa mirabilia: ꝛ quaſi infinita mala ꝛ peccata ibi fieri. Mirabile:certe ipſe plurimū de hoc fuit hedificat⁹.ꝛ rō eſt:qꝛ cū oēs conarētur deſtruere fidē xp̄i:ſeu ſuis malis opibus ānullare:ꝛ tñ ꝓpter hoc fides xp̄iana ſtaret ī ſua firmitate virtute:iudicauit ꝙ ſolus deus ſola grā eam ꝯſeruaret:ꝓpter qđ merito fides xp̄iana omni alia fide ab ipſo verioꝛ cenſebat̄:ꝛ reuerſus domū ſtatim diſperſa oīm̄ ſubſtātia ſua que erat maxima ſe fecit baptizari. Et ſic in ſancto ꝓpoſito vere fidei totū vite ſue curſum fideliter cōſūmauit. Ex predicto igit̄ argumēto.vꝫ duratiōis.ſimul cum xi.precedētib⁹.ꝑꝫ q̄rta excellentia fidei.vꝫ veritat̄.i.q̄ firmiter mōſtratū fuit ſolā xp̄ianoꝝ fidē veriſſimā eē:ꝛ ꝑ ꝯñs aliā fidē eē falſiſſimā. Qua veritate fidei mediāte dñs nr̄ ieſus xp̄s miſericoꝛdit̄ dignet̄ vob̄ ꝛ mihi plenariā idulgētiā:atqꝫ remiſſionē largiri pctōꝝ:ſil̄ cū oſculo eterne pacis. Qui cū pre ꝛ.ſ.ſ.ꝛc.

¶ Dñica ꝑ̄ma in q̄dragesima de.5.excellētia ipſius ſacratiſſime fidei.

Uade retro ſathana. ſcriptū ē.n. dñm.d. tu. ado.ꝛ illi ſoli ſuieſ. Scribūt̄ h̄ verba Mat.4.c.ꝛ ī euāgelio occurrēt̄ dñice

v l 4

❡ Explanata moraliter: et litteralr hiſtoria
euāgelica. Ex quo ꝓcordialiſſimi ciues in ſer
monibꝰ ꝓcedētibꝰ qrtā excellentiā.vʒ veritatē
ſacratiſſime fidei plēarie declarauimꝰ.volēs
ꝛ intendēs ordinate ꝓſeq.habemꝰ ſingularit
in ſeq̄ntibꝰ quintā excellentiā ipſiꝰ ſacratiſſi-
me fidei declarare.q̄ vtiqꝫ excellētia.q̄ꝫ pluri
mū erit delectabilis:ſalutifera: atqꝫ iocunda
necnō ꝛ maxime vtilitatis. cuiꝰ q̄dē q̄nte ex-
cellentie declaratio talis erit.

❡ De quinta excellentia.videlʒ de maxima
nobilitate ipſiꝰ ſacratiſſime fidei.

Vinta igit̄ excellētia ſacratiſſime fi-
q dei in ordine declaranda.dicit̄ excel-
lentia nobilitatis. In hac enim excel
lentia fidei benedicte habeo ſpēaliter demon
ſtrare:q̄ꝫte nobilitatis:q̄ꝫte preeminentie:q̄ꝫ-
teqꝫ dignitatis.ſit ipſa ſacratiſſima fides: et
ratio ad oſtendendū fidei dignitatem me in
ducēs eſt.quia iuxta ſententiā phicam. quelʒ
res tanto magis ab omnibꝰ diligitur:ꝛ deſi-
deratur:ꝛ querit̄:q̄ꝫto ipſa nobilior eſſe cōſpi
ſurda nobilioꝛ eſt illa. Quo preſuppoſito: certū eſt ſm theologos i.4.di.49. ꝙ obiectum hūani itellect⁹: ſeu apetit⁹: ē ſimplr verū ⁊ bonū increatū: qđ ſimplr eſt beatificatiuū ipſi⁹ humani itellect⁹ ⁊ apetit⁹. ꝙ ſi ſic ē: volēs nūc demonſtrare in hac rōne qlr victoria ſui in ſpē eſt nobilioꝛ oib⁹ mūdi theſauris. peto an oēs ſil' mūdi theſauri: ꝑut ſunt aurū: argentū lapides ꝑcioſi: ⁊ hmōi. ſint boni ſimplr ad apꝑhēdēdū id obiectū icreatū ipſi⁹ hois ſimplr beatificatiuū. Et dicēdū ꝙ nō. di. pho. 2. elen. Oēs diuitie nō ſimpliciter bone ſunt: qꝛ nō recte vtentib⁹ nō ſūt bone. Et. j. ethi. Oēs diuitie ſunt bona ciuilia. Ciuilia aūt errorē hñt qꝛ multis ꝯtingūt detrimēta ex ipſis. Jā eni qdā ꝑierūt ꝑp diuitias: qdā vero ꝑp fortitudinē. ħ ibi. Jmo oēs theſauri mūdani: nō tm̄ ſimpliciter nō ſūt boni ad apꝑhēdēdū ꝓpꝛiū obiectū hois: qđ eſt bonū increatū: ſʒ iſup ab illo plerūqʒ deuiāt: ⁊ acqrere faciūt obiectuʒ pene ꝯtriſtatiuū. di. Apoſtolo. ꝓme Thimo. 6 Qui volūt diuites fieri: incidūt in tētationē ⁊ in laqueū diaboli: ⁊ deſideria multa inutilia ⁊ nociua: q̄ mergūt hoīes in interitū: ⁊ in ꝑditionē. ħ ibi. Qđ ꝯfirmās ſaluatoꝛ. Mat. 19. dicit. Amē dico vobis: qꝛ difficile intrabit diues i regnū celoꝝ: ⁊ facili⁹ ē camelū trāſire ꝑ foramē acus: q̄ʒ diuitē intrare in regnū celoꝝ. Ecōtra peto q victoria ſuiipſius ſimplr mereat: ⁊ certe clamās Rñdeo: ꝙ vitā eternā de directo ſaluatore atteſtāte: q Mat. xj. dicit. Regnū celoꝝ vim patit: ⁊ violēti. ſ. q̄ ſe ipſos demonē: ⁊ carnē: ⁊ mūdū rapiūt illud ꝙ ſi vt pʒ victoria ſuiipſi⁹ eſt ſimplr potētioꝛ ad apꝑhēdēdū obiectū icreatū ipſi⁹ hois ſimpliciter beatificatiuū: q̄ʒ ſil' poſſint oēs mūdani theſauri. ꝯcludit neccīo ꝙ victoria ſuiipſius icōpabilr ē nobilioꝛ oib⁹ ſil' mūdanis theſauris: ⁊ ꝑ ꝯñs ab oib⁹ elegibilioꝛ. Qđ egregie ꝯfirmās phs. 3. topi. di. Eligibile oio magis eſt: qđ ad vitā finēqʒ ꝑtinet: q̄ʒ qđ ad aliđ aliqd: vt qđ ad btitudinē ꝯducit: q̄ʒ ꝙ ad prudētiā. ħ ibi. Cū quo ꝯcordās Boe. pſa. 4. 2. lib. di. Quid ḡ o moꝛtales ex̄ petitis iter vos poſitā felicitatē. Erroꝛ vos inſcitiaqʒ cōfundit: oñdā breuiter tibi ſūme cardinem felicitat'. Eſt ne aliqđ tibi teipſo ꝑcioſi⁹: nihil inquies Jgit ſi tui cōpos fueris: poſſidebis qđ nec tu āmittē velis: nec foꝛtuna vnq̄ʒ poſſit auferre ħ ibi. ¶ Scđo ꝓbo ħ idē rōe oꝛdinatiōis. Jn hac rōe hēo demōſtrare qlr victoria ſuiipſi⁹ in ſpē. ꝯ ſcđam opinionē eſt nobilioꝛ ⁊ ꝑcioſioꝛ cūctis generib⁹ ſapie mūdane: tā acqſite q̄ʒ infuſe. Fundamētū ḡ rōnis ponit phs. 3. topi. di. Qñ vnū eſt ſimplr ꝓpter alterū: illud alterū eſt ſimpliciter meli⁹ ⁊ eligibili⁹. pʒ ħ regula. Nam medicina eſt oꝛdinata ad ſanitatē: iō ſanitas ē ſimpliciter melioꝛ oī medicina. Et iō phs. j. de regi. ꝓncipū. Conſeruare ſanitatē melius eſt oī medicina. Silr cū poſſeſſio ſit oꝛdinata ad fructus hñdos. Jdcirco ſimpliciter fruct⁹ eſt melioꝛ ipſa poſſeſſione. Et iō dicit phs. ꝙ melioꝛ vſus rerū q̄ʒ poſſeſſio. Quo ꝑſuppoſito peto quo fine: quo reſpectu acqrit ꝓncipaliter: ſeu acquiri dʒ ois ſcia ſeu ſapia mūdana: ſiue ſit infuſa a deo: ſiue ꝑ induſtriā itellect⁹ acqſita. Et certū eſt ꝙ ideo acqrit: ſeu acqri dʒ ꝓncipaliter: vt cognoſcat verū a falſo: ⁊ bonū a malo. Quo cognito malū deuitet: ⁊ bonū opet: qđ vtrūqʒ aliter fieri ñ pōt niſi ꝑ victoriā ſuiipſius. Qđ cōfirmans phs. 2. ethi. dicit. Vt ſciamus nō ſcrutamur: ſed vt operantes bona efficiamur. ⁊. j. metha. dicit. Sapientē nō oꝛdinari: ſed oꝛdinare oʒ ⁊ ſapientis eſt regere: ⁊ non regi. Tulius etiā lib. 4. de tuſculanis q̄onibus. ait. Sapientis propꝛium eſt ſeipſum bene regere: ⁊ nihil qđ penitere poſſit facere. ꝙ ſi ſic eſt. vʒ ꝙ omnis ſapientia ad ħ oꝛdinata eſt: vt quiſqʒ ſeipſuʒ vincat: ⁊ bene regat. cōcluditur ꝙ ſeipſuʒ vincere: ⁊ bene regere: excedit in nobilitate: honore: ⁊ dignitate: oēm ſapientiaʒ mundi: ſeu ſit infuſa: ſeu acquiſita. ꝙ ſi dubitares. Peto a te o medice vt practica vtar: q̄ eſt queſo ſapiētia nobilioꝛ in medico? Aut habere i vniuerſali ſapientiam de medicinis: aut per practicam in particulari ſanare infirmum. Et certū eſt ꝙ maioꝛ eſt nobilitas ſanaſſe infirmum: q̄ʒ ſimpliciter habere ſapientiaʒ de remedijs infirmitatum. Et ratio eſt: quia illa ſcientia ſpeculatiua: ſeu theoꝛica: oꝛdinata eſt ad ipſam practicam. Quid enim o medice: ſi tu infirmus eſſes tibi prodeſſet ſapientia tua ſi actualiter illam nō exerceres in his q̄ ſpectarent ad ſanitatem acquirēdam? A ſimili ergo dico: ꝙ omnis ſapientia oꝛdinata eſt: ſiue ſit infuſa: ſiue moꝛalis ⁊ acquiſita: ad hoc vt quiſqʒ ſeipſum bene regat: ⁊ ideo ſepſum bene regere melius eſt: q̄ʒ ſimpliciter omneʒ ſapientiam habere. Quod cōfirmās Bern. in ſuis meditationibus dicit. Stude ſemper o homo teipſum cognoſcere: ⁊ bene regere:

q̄ multo nobilioꝛ ⁊ laudabilioꝛ eris: ſi te bñ regis ⁊ cognoſcis: q̄ȝ ſi te neglecto oēs curſus ſyderꝝ cognoſceres: oēs vires herbaruȝ: oēs hoiuȝ cōplexiones. Et ſi hēres oiuȝ celeſtiuȝ ⁊ terreſtriū ſciam: parꝝ aut nihil tibi ꝓdeſſet ſi teipſum nō cognoſcis ⁊ bñ regis. h̄ Bern. Quid hic dicitis. O vos vani ⁊ loq̄ces oratoreſ: o vos canoniſte: o legiſte: o phi: o magr̄i ſacre pagine ⁊ ſacre theologie: q̄ ideo ſapiam acgritis: non vt voſipſos bñ regatis: ſȝ potiꝰ vt burſas ipleatis: ⁊ iſup veſtrā ſupbiā ⁊ clationē oñdatꝭ. Vñ deuotꝰ Bernar. ſup Cant. fineȝ totius ſapie nr̄e deſcripſit. di. Modus ſciendi ſi ſcire ius eſt vt ſcias quo oꝛdie: quo ſtudio: quo fine quecūq̄ȝ noſcē opoꝛteat: quo oꝛdine: vt id ṗus quo maturius ad ſalutem: quo ſtudio: vt id ardentius: quo vehemētius ad amoꝛē: quo fine vt nō ad inanē glīaȝ: vel curioſitatē: vel aliq̄d ſilē: ſed tm̄ ad edificationē tuā vel ꝓrimi. Sūt nāq̄ȝ q̄ ſcire volūt eo fine tm̄ vt ſciāt: ⁊ turpis curioſitas eſt. Et ſūt qui ſcire volūt vt ſciam ſuā vendāt ꝓ pecunia: pro honoꝛibus: ⁊ turpis queſtꝰ eſt. Et ſūt qui ſcire volunt vt ſciantꝛ: ⁊ turpis vanitas ē. Et ſunt qui ſcire volunt vt edificentꝛ ⁊ bñ regantꝛ: ⁊ pꝛudentia eſt. Et ſunt q̄ ſcire volunt: vt alios edificent: ⁊ caritas eſt. h̄ Bern. Moralis inſup doctoꝛ Greg. in lib. 18. moraliuȝ de mala ⁊ bona ſapia ſic dicit. Hmōi mundanoꝝ hoiuȝ ſapia eſt machinationibꝰ tegē ſenſum verbis velare: que falſa ſunt vera oñdere: que vera ſunt: falſa demōſtrare. hanc q̄ ſciunt ceteros ſupbiendo deſpiciūt: hanc qui neſciunt: ſubiecti ⁊ timidi in alijs ipſam miratur. vera āt iuſtoꝝ ſapia eſt: nil ꝑ oſtētationē fingere: ſenſum verbis apire. vera vt ſunt diligere: falſa deuitare: bona gratis exhibere mala libentius tollerare q̄ȝ facere: carnis illecebꝛas cōpeſcere: nullā iniurie vltionē querē. Pro ꝯtumelia lucrū putare. hec iuſtoꝝ ſimplicitas deridetur: ⁊ a mūdi ſapientibꝰ fatuitas reputatꝛ. h̄ Grego. Ex qua rōne collige: ꝙ ſapientioꝛ eſt paupercula mulier: que ſeipſam bene regit: ⁊ paſſiones ſuas rōni ſubijcē q̄ȝ ſimul ſint omnes mūdi ſapientes: ſeipſos non bene regentes: ⁊ paſſiones ſuas inoꝛdinatas rōni non ſubijcientes. ¶ Tertio h̄ ideȝ rōne egreſſionis: ſeu ſpecificationis. In hac rōne demonſtrare habeo conrra tertiā opi. qualiter victoꝛia ſuiipſius eſt nobilioꝛ omni contētu mundanoꝝ: ⁊ inſuper omni ingreſſu artiſſime religionis. Fundamentum ratōis ponit phus. 3. topicoꝝ. di. Vbi contingit vnū ſine altero eſſe: illud ſimplr̄ eſt melius illo. pȝ hec regula. Certum eſt enim ꝙ pꝛudentia: q̄ vt dicitur. 6. ethicoꝝ. Eſt recta ratio agibiliū: circa bona vel mala poteſt eſſe in homine ſine vlla mūdana potētia: ⁊ laudabilis erit in quocūq̄ȝ fuerit: ⁊ ecōtra. mundana potentia: nequaq̄ȝ vllo modo ſine pꝛudentia laudabilis eſſe poteſt. imo ſm̄ Senecam in ſenſu ꝓuerb. Poteſtas ſine pꝛudentia ſūma demētia eſt. Si igitꝛ vtrūq̄ȝ alicui ꝓponatꝛ. ꝑfecto laudabilius erit: ⁊ melius eligere pꝛudentiaȝ ſimpliciter ſine mundana potentia: q̄ȝ eligere ſimplr̄ mundanā potentiam ſine pꝛudentia. Similiter peto qđ eſt maioꝛis nobilitatis: an auctoꝛitas papalis in abſolutione peccatoꝛum: an auctoꝛitas epiſcopalis: ⁊ clarum ē ꝙ ceteris paribus nobilioꝛ eſt auctoꝛitas papalis q̄ȝ epiſcopalis. Et ratio eſt: quia auctoritas papalis pōt eſſe per ſe ſine auctoꝛitate epiſcopali ⁊ non ecōtra. Quo preſuppoſito: peto an q̄s poſſit ſaluari ſine actuali cōtētu mundialium: aut ſine ingreſſu religionis. Et manifeſtum eſt ꝙ ſic. Saluatoꝛe atteſtante: qui Matth. 19. Iuueni petenti de ſalute: ⁊ dicenti. Quid faciendo vitam eternā poſſidebo Rñdendo di. Si vis habere vitam eternaȝ ſerua mandata. ꝙ ſi ſic eſt: vlteriꝰ quero: an quis ſine ingreſſu religionis: ⁊ etiam cum ingreſſu ſaluari poſſit ſine ṗcipua ſuiipſius victoꝛia? Et certū eſt ꝙ non. dicente Saluatoꝛ Matth. 16. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſuȝ. ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Quod egregie cōfirmans Hieronymꝰ in omelia ſuper verba Matth. 19. Ecce nos relinquimus omnia. ait. Grandis fiducia Petrus piſcatoꝛ erat: diues non fuerat: cibos manu ⁊ arte querebat. ⁊ tñ loquitur cōfidenter: dimiſimus omnia: ⁊ quia non ſufficit tm̄ relinquere ſua iungit qđ perfectum eſt: ⁊ ſecuti ſumus te: fecimus quod iuſſiſti. Quid ergo dabis nobis premij. Ieſus aūt dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui reliquiſtis omnia: ⁊ ſecuti eſtis me: in regeneratione cū ſederit filius hominis i ſede maieſtatis ſue: ſe. ⁊ vos ſup ſedes duodeci iudicātes duodecim tribus iſrael. Non dixit tm̄ q̄ reliquiſtis omnia. hoc eniȝ ⁊ Socrates fecit phus: ⁊ multi alij diuitias contēſcrunt. Sed qui ſecuti eſtis me: quod pꝛopꝛie apoſtoloꝛuȝ

est:atq̧ credẽtiũ. Et infra subiũgit. Qui ergo propter fidem Christi ⁊ predicationem euangelij omnes carnales effectus cõtempserunt ⁊ diuitias seculi ⁊ voluptates: isti centuplum accipient: ⁊ vitam eternã possidebũt. h Hieronymus. Ideo ex̃ de regulari. c. porrectuz. ⁊ c. ex parte tua. dicit̃. Habitus non facit monachum sanctũ: sed opus bonũ ⁊ ꝓfessio regularis. Item. 40. di. c. oportet. Grego. dicit Non loca. s. religiosa: sed vita ⁊ mores sãctũ faciunt sacerdotẽ. Et idez Grego. ibidẽ dicit Anastasio presbytero. Non loca inquit vel ordines creatori nostro ꝓximos nos faciunt sed nos aut merita nostra bona coniungunt aut mala disiungunt. ꝙ si sic est: ꝙ vz ingressus religionis: ⁊ mundi contẽptus nequaq̃ saluare põt hoiem sine victoria suiipsius: et sensualitatis. Et ecõtra: victoria suiipsi⁹ ⁊ sensualitatis hoiez ꝓꝑe saluat sine ꝑdictis. Necessario concludit̃ ꝙ ceteris paribus incõparabiliter nobilior est: ⁊ magis ad salutez necessaria suiipsius victoria: q̃ꝫ quilibet ingressus ad artissimã religionẽ: mũdaliũq̧ ꝯtẽt⁹. Quã veritatem egregie ꝯfirmãs Tho. scda scdẽ. q. 104. ar. 3. i corpore. q. di. Cũ querit̃ an victoria ꝓꝑe voluntatis: seu abnegationis ꝓprij desiderij: q̃ acq̃rit̃ per obediẽtiã: sit maxima inter oẽs virtutes. Rñdeo ꝙ sic. cũ enĩz religiosus tria contẽnat: ⁊ tria deuoueat. vz paupertatẽ: castitatẽ: ⁊ obedientiã: ⁊ tanto aliquid sit nobilius. sicut dr̃. j. de aia. ⁊. 2. metha. ⁊. 8. topi. quãto a nobiliori subiecto egreditur ⁊ castitas egredit̃ a corpore tanq̃ꝫ a subiecto. Pauptas a terrenis rebus: obiecta vero a voluntate: que est nobilior corpore ⁊ diuitijs. seqtur ꝙ maior est laus religioso: ⁊ meritũz in victoria ⁊ abnegatione ꝓꝑe voluntatis: q̃ꝫ sit in obseruatiõe castitatis: atq̧ paupertatis Qđ ꝯfirmans Grego. super verba Samuelis. j. Regũ. 15. di. Melior est obedientia q̃ꝫ victime. ⁊ ponit̃. 8. q. Sciendũ. ait. Obediẽtia iure victimis oibus preponit̃: q2 ꝑ victimas aliena caro. per obedientiã vero voluntas ꝓpria mactat̃. hec ille. ¶ Quarto hoc idẽ ꝓbo rõne superationis. hac rõne habeo demonstrare cõtra quartam opinionez in spẽ. ꝙ vz victoria suiipsius incõpabiliter laudabilior ẽ victoria totius mundi: siue mundus temporaliter subijciat̃: ꝓut accidit Alexandro magno: siue spũaliter: sicut accidit dignitati papali. Et ꝓ fundamento rõnis occurrũt mihi duo carmina Esopi. di. De precio victi pẽdet victoria victor. Tantus erit victi glĩa quãta fuit. Declarant̃ hi versus hoc exemplo. Nã presupposito ꝙ leo pugnaret cũ mure: ⁊ ecõuerso: mus pugnaret cũ leone. Si leo vinceret murẽ: vel mus vinceret leonem: peto cui maior laus ⁊ gloria daret̃: ⁊ certũ est ꝙ non leoni: ⁊ ratio est: q2 cũ ipe sit fortissim⁹ aialiũ ⁊ ecõtra: mus impotentissim⁹: minima laus vel nulla ei deberet̃. Sed bñ per ꝯtrariũ muri maximus honor esset. Et rõ est: q2 cum sit aial exiguuz: ⁊ impotentissimũ: tñ superasset leonem oiuz aialium fortissimũ. Silr̃ si qs i astiludio vinceret hoiem vilem ⁊ inexptum minimã vel nullã laudẽ hr̃et. Econtra vero si quis inexptus ⁊ quasi impotens de equo deponeret armigeꝝ potentissimũ: ⁊ in armis strenuũ: vtiq̧ maximã sibi laudẽ ⁊ honorem acqreret. Quo presupposito: peto qđ sit mai⁹ ⁊ nobilius: an solus animus vnius hominis an simul oiuz hoiuz corpora: oẽsq̧ simul mũdi diuitie. Et claꝝ est ꝙ solus aius vni⁹ hois dicente pho. j. ethi. Bona aie sunt magis bona q̃ꝫ bona corporis. Et. 6. politicoꝝ di. Triplex est bonũ. s. bonũ anime: bonũ corporis: ⁊ bonũ exterius adueniens. Inter que anima est melior omni corpore: ⁊ anime bonum oibus bonis. Et ratio est: q2 cum id sit melius qđ est ꝑmo ꝑncipio ꝓpinquius: ⁊ similius. prout dicitur. 5. metha. ⁊ sola aia hominis sit deo similior ⁊ propinquior per intellectũ rationem ⁊ liberam voluntatem: ⁊ per amorẽ omnibus humanis corporibus: necnõ et terrenis thesauris. Concludit̃ ꝓpter hoc ꝙ sola anima hominis vnius predictis omnib⁹ nobilior est: ⁊ melior. ꝙ si sic est: ergo sequitur ꝙ si quis animũ suum vincit: seu cor suũ supat vtiq̧ maiorem victoriã ⁊ honorem reportat Et si forsitã non in cõtra mundanoꝝ hoiuz: tñ coram deo: ⁊ vera rõne: q̃ꝫ si totum mundum deuicisset ⁊ superasset. Et confirmo istã rationem sic practice loquẽdo. Ecce ꝙ Alex. totum mundũ deuicit: ponatur nũc casus: ꝙ vnus alius hõ veniat cum industria ⁊ Alex. deuincat: ⁊ sibi subijciat. peto nunc qs potẽtior ⁊ laudabilior extimabitur: an Alexander deuictus: an alius Alexandrum deuincens: ⁊ certum est ꝙ Alexandrũ sibi subijciẽs: maiori laude dignus erit. Et ratio est: quia cum vicit ⁊ sibi subiecit: qui totum mundum vicerat: ⁊ sibi subiecerat. hoc concesso. quero iteꝝ

quid eſt qđ fecit Alexandro p̄ncipaliter totū
mundum deuincere: ⁊ certum eſt ꝙ fuit eius
animus ſtrenuus ⁊ magnanimus. Si igitur
Alexander aiuꝫ ſuum viciſſet: qui totum mū
dum vicerat: vtiqꝫ maiorem victoriam habu
iſſet: q̄ꝫ de totius mundi habuit. ꝓpter quod
legitur: ꝙ ſemel Ariſtoteles audiens Alexā.
contra quēdam valde turbatū: ita vt pre ira
cundia ⁊ furore ſibi mortē minaret̃. Scripſit
ſibi quādam epl'am. nā eius magiſter extite
rat. di. hec verba. O Alexander audi me: ma
gnū documentū docebo te: qs eſt qui vincit
omnes reges terre: ⁊ totū mundū tibi ſubiu
gat? Certe cor tuū ſtrenuū ⁊ nobile. Si ergo
in hac re vincis cor tuū: eo ꝙ vinces illud qđ
totum munduꝫ deuicit: eris maior victor q̄ꝫ
fuiſti. h̄ Ariſto. Vis igitur o ciuis: o mulier
habere maiorem potentiam ⁊ victoriam q̄ꝫ
vnq̄ꝫ habuit Alexander magnus: in victoria
huius mundi totius? Vince aiuꝫ ⁊ paſſiões
cordis tui. Nam vt phus. xi. de aialibus. ait.
Potentior eſt ſola rō in hominibus: q̄ꝫ ois
potentia in brutis aīalibus ⁊ humanis cor
poribus. Et ideo ſi qs remittit odium: ſeu cū
ratione carnis concupiſcentiaꝫ ſibi ſubijciat
cum talis victoria facta fuerit cum fortitudie
rationis. victoria aūt totius mūdi acquiritur
mediante materiali fortitudine equoꝝ: lan
cearum: ſagittaꝝ: bombardaꝝ: atqꝫ humano
rum corpoꝝ. Certum eſt ꝙ talis victoria eſt
quaſi in infinitū laudabilior victoria totius
mundi: qđ bene ꝯfirmans quidam ſapiens
dictus Vegetius in lib. de re militari dicit.
Suppoſito inquit ꝙ hinc ſint due partes di
micātes ad inuicem: ⁊ vna pars excedat aliā
tam in multitudine hoium: q̄ꝫ equoꝝ. Alia
vero excedat induſtria: ⁊ illa q̄ excedit i mul
titudine eſt inexpers oio ad bellū. Alia vero
magiſtra ⁊ expta. Modo querit̃ ſi vna iſtaꝝ
partium alteram deuincat. ⁊ ecōtra q̄ iſtarū
partium debet habere maioreꝫ laudem. Et
reſpondet prefatus auctor: ꝙ pars docta ma
iori laude digna eſt: ⁊ inſup victoriam repor
tauit. Rōnem aſſignat di. ꝙ ſcientia rei bel
lice dimicandi nutrit audatiā. Nemo enim
facere metuit: qđ ſe bene didiciſſe ꝯfidit. vñ i
numerabilis multitudo diſpoſita eſt ad cedē
hec Vegetius. Si vis ſpūaliter vltra p̄dcā
hoc intelligere: dicere potes. ꝙ lꝫ vn⁹ ſit aius
⁊ innumerabiles ſint demones tētantes. Si
animus tot demones cum tētationibus qui
vtiqꝫ fortiſſimi ſunt: ꝑcipue cū dicat̃ Job. 41.
Et ideo eſt poteſtas ſuper terram que com
paretur ei. ſ. demoni fortiter ſupauerit: victo
rioſior vtiqꝫ appebit quā ſi mille mūdos ſi
bi ſubieciſſet. Sed quid comparo victoriam
ſuiipſi⁹ s victorie totius mundi? Certe qui ſe
ipſum vincit deum vicit: qui in infinitū mū
dum excedit: ⁊ cum inſup in eternū facit ſibi
ſeruum: ⁊ ſubijcit voluntati ſue. ꝓpha atteſtā
te qui ait. Voluntatem timentiū ſe faciet: et
deprecationem eoꝝ exaudiet: ⁊ ſaluos faciet
eos. O grandis victoria: o magna fortitudo:
o inextimabilis gloria: laus: ⁊ honor: per vi
ctoriam ſuiipſius deum vincere: qui eſt infi
nite potentie: ſapientie: atqꝫ clementie: ⁊ qui
infinitos mūdos excedit. ¶ Quinto deniqꝫ
probo idem rōne oppoſitionis. In hac rōne
habeo generalr̄ demonſtrare contra ſimul
quattuor predictas opiniones. ꝙ vꝫ victoria
ſuiipſius incōparabiliter excedit in dignita
te cōgregationē oiuꝫ theſauroꝝ mūdi: acqui
ſitionem ois ſapientie: oēm diuitiaꝝ ꝯtēptū
⁊ religionis ingreſſum: nec nō et victoriam
totius mundi. Et fundamentū huius gnālis
rōnis ponit phs. 4. topi. di. Si ꝓpoſitum in
propoſito: ⁊ oppoſitum in oppoſito. patet h̄.
Nam cū tenebra ⁊ lux ſe habeant ſicut con
traria: eo ꝙ lux eſt quedam poſitio. tenebra
vero vt dicit̃. 2. de aīa. Nihil aliud ſit niſi q̄
dam ꝑuatio. ꝑuatio aūt ⁊ habitus: vt dicitur
10. metha. Sint radix ꝯtrarioꝝ. hinc eſt ꝙ cū
lux ſit ſūme diſgregatiua viſus: ergo per op
poſitū tenebra eſt ipſius viſus ſūme congre
gatiua. Silr̄ ſi concedis ꝙ lux eſt ſūme leti
ficatiua: q2 ſic eſt. Nam dicit̃ Eccle. xi. Dulce
lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem.
ḡ tenebre luci oppoſita ē ſumme ꝯtriſtatiua.
Silr̄ ſi ex lucrifactione in mercantia ſūmuꝫ
gaudiū acgritur: ergo ex ꝑditione tanq̄ꝫ ex re
ſibi oppoſita ſūmus dolor gnātur. Quo pre
ſuppoſito. peto qd ſit vilius: ⁊ vituperalius in
hac vita inter cetera? Et certū eſt ꝙ inter ce
tera: nihil eſt infelicius ſeruitute dicēte Se
neca epl'a. 52. Nihil inquit in hac vita eſt in
felicius ſeruitute. Cū quo ꝯcordans Tulius
lib. j. de nā deoꝝ. Miſerius ſeruitute qd poſ
ſumus aut dicere: aut excogitare? quaſi dicat
nihil. Et ratio eſt: q2 libertate qua perdit̃ ex
ſeruitute: nihil eſt melius in hac vita. Iuxta
ſententiā Eſopi poete. di. Nō bene ꝓ toto
libertas venditur auro: hoc celeſte bonum

preterit orbis opes. Et ꝙ ex ſeruitute liber-
tas tam precioſa ꝑdať. teſtať phs. j. polliti. di.
Nullus ſeruus nāliter eſt ſui iuris: ſed alte-
rius. Et. j. metha. dicit. Nō liber eſt ꝗ alteriꝰ
gratia eſt. Quibꝰ premiſſis iteꝝ peto: an ꝗ ſe
quiť paſſiones ſuas ⁊ inordinatas affectiōes
ſit liber an ſeruus: etiā ſi eſſet dn̄s totiꝰ orbis
⁊ certum eſt ꝙ eſt ſeruus ⁊ non liber. Seruꝰ
dico non hominū: ſed ipſius inordinate affe
ctionis ſuꝑbie vel peccati: cui ſubijciť ꝑ con-
ſenſum: dicente Saluatore Jo. 8. Qui facit
peccatū: ſeruus eſt peccati. Et Pet. ſcđe. pe.
2. ait. A quo qs ſuperatus eſt: eius ⁊ ſeruꝰ eſt.
Et Aplꝰs ad Ro. 6. ait. Serui facti eſtis cui
obediſtis. Quod confirmnas Tulius in lib.
de paradoſis ait. Omnis ſapiens liber: oīs
ſtultus ſeruus. Cui libere iꝑabit ꝗ ſuis cupi-
ditatibus iꝑare non pōt? Quid eſt libertas?
ꝑtās viuendi vt velis. qs aūt viuit vt vult? ꝗ
recte viuit. Qui gaudet officio? qui nec legibꝰ
qdē ꝑpter metū paret: ſed eas ſeqť ⁊ excolit.
Qui nō facit: vel dicit: vel cogitat: niſi libere.
Si igitur ſapienti conuenit: vt nil faciat in-
uitus: nihil dolens: nihil coactus: cum ſeruitꝰ
ſit obedientia fracti animi: atqꝫ abiecti: ⁊ ar-
bitrio ſuo carētis. Quis neget oēs leues: oēs
cupidos: oēs improbos eſſe ſeruos. Et infra
ſubiungiť. Ego iſtos nō mō ſeruos: ſed ⁊ ne-
quiſſimos ſeruos appellandū puto: lꝫ āpliſſi-
ma familia nati ſint. h Tulius. ꝙ ſi vt patet
ſeipſum non vincens: eſt ſeruus ⁊ peccati et
ſue affectionis. Iteꝝ quero que eſt vilior ſer
uitus: an illa qua hō hōi ſubijciť: an illa qua
quis ſubijciť peccato concupiſcentie: ⁊ hmōi?
Et certū eſt ꝙ in infinitū quaſi eſt vilior ⁊ vi
tuperabilior ſeruitus: qua qs ſubijciť peccato
ꝙ̄ꝫ qua qs ſubijciť homini. Et ratio eſt: qꝛ vt
diciť. 2. de generatiōe ⁊ corruptiōe. Melius ē
eſſe ſimpliciter ꝙ̄ꝫ non eſſe. Cum aūt peccatū
ſub quo ſubijciť homo: nullum habeat eſſe:
hinc eſt ꝙ vilius eſt ſeruire peccato: qđ non
habet eſſe: ꝙ̄ꝫ ſeruire homini etiam viliſſimo
qui habet eſſe. Et ꝙ peccatū cui homo ſubij-
citur eſſe non habeat. teſtať Augu. in lib. de
natura boni. di. Peccatum inquit non ē nā
aliqua: ſed ſimpliciter defectus: ⁊ ꝑuatio bo-
ni. Et Anſelmus in lib. de conceptu virgina
li dicit. Peccatum non eſt ſubſtātia aliqua:
ſed ē ſicut cecitas: qui nihil eſt ꝙ̄ꝫ priuatio vi
ſus vbi debet eſſe. Et ratio ꝙ peccatuꝫ nihil
ſit eſt: quia. j. ethicoꝝ phus dicit. ꝙ bonum et
ens conuert untur: patet ꝙ de quocūqꝫ predi
catur ens: predicatur ⁊ bonum. Unde ſi ali-
quid eſt: ſeu habet eſſe: ſiue ſit eſſe ſpirituale:
ſiue corporale: ſiue temporale: profecto ⁊ bo-
num eſt. Sed clarum eſt ꝙ peccatū nihil hēt
de bonitate corporali: ſpirituali: ⁊ temporali:
ergo non habet eſſe: ergo peccatum nihil eſt.
Qđ formaliter Bonauentura in. 2. diſt. 34.
arti. 2. q. 3. ſic eſſe aſſerit. Si igitur ſic eſt: quia
ſic eſt ꝙ peccatum cui homo ſubijcitur nihil
eſt. Ecōtra homo ſub quo ſubijcitur homo:
habet eſſe: ⁊ inter ens ⁊ nihil infinita diſtan
tia eſt. ſm phm. ⁊ per conſequens infinita vi
litas. Concluditur neceſſario ꝙ maior eſt vi-
litas quaſi in infinitū ſubijci peccato: ꝙ̄ꝫ cui-
cūqꝫ etiam viliſſimo homini. Si igitur pec-
catum vt patet ex quo nihil eſt: ē vilius quaſi
in infinitū ipſo homine: qui habet eſſe: quāte
vilitatis eſt queſo homo qui ſeruus eſt pec-
cati? profecto tante vilitatis erit reſpectu pec
cati: quāte vilitatis eſt ſeruus reſpectu dn̄i
ſui. Si nulla igitur vt ex predictis patet: ma
ior eſt ignominia: ꝙ̄ꝫ ſeruire ⁊ ſubijcere ſe ꝓ-
prie concupiſcentie ⁊ paſſioni: ergo neceſſe eſt
per oppoſitum concludere: ꝙ ſeruans liber-
tatem ſuam: ⁊ ſubijciens ſibi propriam con-
cupiſcentiam: ⁊ paſſionem: maiorem laudem
acquirit: gloriam: ⁊ honoreꝫ: ꝙ̄ꝫ vnꝙ̄ꝫ acquiri
poſſit in hac vita. Ex predictis igitur quinqꝫ
rationibꝰ patet: qualiter in preſenti vita nul-
la maior poteſt eſſe victoria: ꝙ̄ꝫ victoria ſuiip-
ſius. ¶ Tertio probo hoc ideꝫ multiplicibus
exemplis: ꝙ nulla maior eſt victoria: ꝙ̄ꝫ vin-
cere ſeipſum: ⁊ paſſiones ſuas. Primū exē-
plum habemꝰ de Ualerio maximo: de quo
narratur in geſtis Romanoruꝫ: ꝙ cum eſſet
octuagenarius: ⁊ virgo: ⁊ a multis narraren
tur multe ſue victorie: virtutes: ⁊ gratie. impo-
ſuit omnibus ſilentium dicens. Scitote ge
neroſi ciues: ꝙ de vna victoria ſuper omnes
alias victorias gloriari poſſuꝫ: ⁊ debeo: quia
nequiſſimam carnem meam domaui: ⁊ con
cupiſcentiam meam carnalem cunctis die-
bus vite mee vſqꝫ ad morteꝫ rationi ſubieci
quod cum dixiſſet: ab omnibus per rationes
comprobatum eſt: ſic ſe veritatem habere.
Quo exemplo arguiť: ꝙ nulla maior ē victo
ria: ꝙ̄ꝫ victoria ꝓprie ꝯcupie. Secđm exēpluꝫ
habemꝰ de Alex. magno: de quo legiť i geſtis
grecoꝝ: ꝙ cum in ſyria vocatus fuiſſet ad cō-
uiuiū per regē Sicilie: ad honorandū cū ſe-

cit adduci pulcriores mulieres quas potuit habere. Contigit autem ibi eſſe tres inter alias pulcherrimas. quas Alexā. impudice concupiuit. Quod rex cicilie cognoſcēs: voluit retrahere Alexā. ab hac turpi concupiſcentia. fecitqꝫ depingi pulcherrimū pannū: ⁊ poni ex oppoſito Alexādri: ut ex directo poſſet illum aſpicere. ⁊ in panno illo erat depicta quedaꝫ pulcherrima domicella ⁊ littera quedā erat ſuper caput eius que dicebat. Ego ſum pudicitia: ⁊ honeſtiſſima: ⁊ amabilis. Iſta vero domicella pudicitia: ſecū ducebat alias tres domicellas: ſuper caput prime erat ſcriptū prudentia: ſup̲ caput ſecūde erat ſcriptū iuſticia: ſuper caput tertie erat ſcriptū victoria maxima. Pudicitia autē coronabat prudentiam dicēs. Sine me nihil ſapis. Deinde coronabat ſecūdā dicens. Sine me nō regnas. Poſtremo coronabat tertiā ⁊ dicebat. Sine me non triūphas. Cum autē Alexā. proſpexiſſet picturā: ⁊ ſcripturā legiſſet: licet poſitꝰ in turpitudine libidinoſa: deteſtatus eſt eā ex documento pudicitie: ⁊ ceſſauit a priore furore libidinis ſue. Tandē propoſitū fuit a ſapientibꝰ coram Alexādro: que maior eſſet victoria inter omnes: ⁊ ab omnibꝰ ibi aſtantibus diffinitum fuit: ⁊ concluſum. ꝙ nulla maior eſt in mūdo victoria: ꝙ̄ vincere ſeipſum ⁊ cōcupiſcentias proprias. ¶ Tertiū exemplū habemus de Diogene p̄ho cinico. Naꝫ fuit etiaꝫ alius Diogenes dictus babilonius. De iſto Diogene cinico. dr̄ in li. de vita ⁊ moribꝰ philoſophoꝝ. ⁊ etiā ponit Valerius maximꝰ lib. quarto. ꝙ Alexan. magnus nō potuit vincere continentiā eius. Diogenis inquit Valerius continentiā: vincere nō potuit Alexan. Ad quē cum acceſſiſſet ad ſolem ſedentē: hortaretqꝫ ut ſi qua ab eo ſibi preſtari vellet indicaret. vir robuſte preſtantie ait. Quid a te poſcam nō habeo: ſed rogo: ne mihi auferas qđ dare nō potes. Ex interpoſitione enī ſua ſolem Diogeni auferebat. Sic igit̄ Alexan. qui omnes quaſi nationes vicerat: a Diogene victus eſt. Et ideo Sene. li. 6. de beneficijs ait. Potentior fuit Diogenes Alex. oīa poſſidente. p̄hs enim erat: qđ Diogenes nollet accipere: ꝙ̄ quod ille poſſet dare Alex. Diogenē e gradu ſuo tentauit pellere: ſed celeriꝰ clariſſimū regē perſaꝝ ſuo gradu armis pellere potuit. hec Seneca. Ex qua ſententia patet: ꝙ maior fuit cōtinentia in Diogene qui nihil volebat: ꝙ̄ potuerit eē liberalitas dādi in Alexan. totū quod habebat. Fertur etiam in eodē libro de moribus p̄hoꝝ. ꝙ dū Alexā. rex corā diogene trāſiret: Diogenes tanꝙ̄ illum ſpernens: nec eū reſpexit: nec honorauit. Cui dixit Alexan. quid eſt Diogenes ꝙ me non reſpicis: quaſi me nō indigeas? Cui ille. Nequaꝙ̄ indigeo ſeruitijs ſerui ſeruoꝝ meorum. Et Alex. Cum ſim dn̄s totius orbis: nūquid ſeruorū tuoꝝ ſum ſeruus? Ait. Ego preualeo cupiditatibus meis refrenans illas ⁊ ſubijciens illas mihi: ut mihi ſeruiant. Tibi autē cupiditates ꝑualent: ⁊ tu ſeruus earū efficeris: iuſſibꝰ earū obtemꝑans. Sup̲bia eſt dn̄a tua: ⁊ ancilla mea: tibi eni eniꝫ imperat. ego autē eam ſuppeditaui. Carnalis concupiſcentia: gula: et ira: ſunt dn̄e tue: quia eis obedis: ſed ſunt ancille mee: quia eas mihi ſubieci. Et ideo dico tibi Alexā. ꝙ i veritate tu es ſeruus ſeruoꝝ meoꝝ: ⁊ ſi ſerui mei ſunt te maiores: quia eis in omnibꝰ obtemꝑas: quāto magis ego ſum maior dn̄s te: cui per oīa tui domini obtēperāt? Quo audito: cū ſerui Alex. vellēt in eū irruere Alexā. ait. Videte ne hūc ꝯtingatis: quia veritatē dicit: ⁊ vere ſeruꝰ dei eſt. Quo exēplo oſtēdit: q̄liter victoria ſuiipſiꝰ excedit victoriā totiꝰ mūdi. ¶ Quartū exēplū habemus de Cōſtātino impatore xp̄ianiſſimo. qui ut habet̄ in legenda ſancti Silueſtri. Cū ante baptiſmū paganus eſſet: ⁊ crudeli lepra infectus: nec vllum habere poſſet remediū ſanitatis. Diffinitū fuit a collegio medicorū: ꝙ acciperent̄ tres mille pueri: ſeu infantes: ⁊ occiderent̄: ⁊ ſic ex eorū recenti ſanguine fieret piſſina: vel balneū: in quo ingrediens impator ſtati ſanaret̄. Vadūt ſeruitores hincinde ꝑ villas: ciuitates: caſtra: ⁊ arripiunt tres mille pueros ab vberibus ⁊ brachijs parentum ſuorū: ⁊ ſic viuos portant in Romana ciuitate. Poſt quos currūt patres ⁊ matres de diuerſis locis: filios ſuos flentes: ⁊ acriter ſe lamētantes. Cum autē Romā ingreſſi fortiꝰ ſolito lachrymarent̄ ꝓ filijs ſublatis. Impator audiēs fletū: lamenta: querimonias: ⁊ clamores: interrogat quid hoc eēt: ⁊ cū de facto certificatus eſſet: ſtatim in platea ſe fecit duci: quē cum filioꝝ parentes vidiſſent: ſe fortiter lamentātes clamant. O Sereniſſime et Sacratiſſime impator: vbi eſt pietas tua naturalis: vbi charitas: vbi miſericordia: vbi humanitas: vbi clementia. Ecce filij innocētes

noſtri ſunt: qd tibi nocuit corū innocētia: nec profecto parentes maieſtati tue vnq̄ nocuerunt. Aut filios queſumꝰ reſtitue: aut cū ipſis ſimul corū parentes occide. Ad que verba cōmotus imperator in corde: quia naturaliter pius erat: indicens ſilentiū omnibꝰ: hanc orationē ⁊ epl'aꝫ prout in legenda ſupradicta habetur verbaliter corā omni populo fecit. Audite me comites: ciues: ⁊ cōmilitones mei: populiq̄ qui aſtatis: dignitas rōani impij de fōte naſcitur pietatis: que etiā hanc legē dedit: ut capitali ſententie ſubderet: quicūq̄ in bello occidiſſet infantē: q̄ꝫta ergo erit crudelitas noſtra: ſi filijs noſtris hoc facimus qđ fieri ꝓhibuimꝰ alienis. Quid iuuat barbaras ſuperaſſe nationes: ſi ab ipietate vincamur. Nā viciſſe extraneas nationes: virtus eſt bellantiū populoꝝ. Vincere aūt pctā ⁊ vitia: noſq̄ ipſos: virtus eſt morum. In illis fortiores extitimus ipſis. In iſtis nobiſipſis fortiores ſimꝰ. Qui enim fuerit in iſto certamine ſuperatus. victoriam obtinet victus. Victor autē poſt triumphū victus efficit: cum pietas ab impietate ſuperat. Vicat ergo pietas in iſto congreſſu. bene eni omniū aduerſantiū poterimus eſſe victores: ſi a pietate vincāur. Omniū enim ſe dn̄m eſſe demonſtrat: qui ſeruū ſe mōſtrauerit pietatis. Melius eſt ergo me mori ſalua vita innocentiū: q̄ꝫ ꝑ corū interitum vitā recuperare crudelē: quā tamē recuperare incertū eſt. Cum tamen ſic recuperata: certū eſt ꝙ crudelis eſt. Ecce finis huiꝰ clementiſſimi impatoris. Practicā autē moralem ſuꝑ hac epl'a faciendā tibi relinquo o ꝑco dei. Tu tamen exclama cōtra xp̄ianos oppoſitū facientes. Potes tn̄ dicere: ꝙ exquo deus vidit clementiā: ⁊ tantā ſuiipſiꝰ victoriā in iſto imperatore pagano: ſtatim deus cū reduxit ad baptiſmū ⁊ xp̄ianiſſimū fecit: ⁊ a lepra ſanauit. ⁊ tādem ad eternā vitam cū perduxit. Ex predictis ergo rationibꝰ. auctoritatibus. ⁊ exēplis. patet ſcđa ↄtēplatio: de victoria tentationū: ſeu ſuiipſius: in qua monſtratum eſt: ꝙ victoria ſuiipſius excedit in dignitate. laude. ⁊ gloria. ⁊ honore. omnes mundanos theſauros: omnē ſpeciem ſapiētie acq̄ſite. infuſe. omnē mundi cōtemptū: ⁊ religiōis ingreſſum. omnem deniq̄ victoriam totius mundi: ſiue tempaliter: ſiue ſpūaliter habeat. Cuius nobilitate victorie. laude. gloria. ⁊ honore. vos ⁊ me gaudere faciat dominꝰ noſter Jeſus xp̄us in preſenti per gratiā: ⁊ in futuro per gloriam. Qui viuit et regnat benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria tertia poſt primā dominicā quadrageſime iterum de prima nobilitate .ſ. triumphatiua ipſius ſacratiſſime fidei.

Cum intraſſet Jeſus Hieruſ'mā: cōmota eſt vniuerſa ciuitas. Scribuntur hec verba Matt. xxi ca. ⁊ in euangelio occurrentis ferie. Poſt ſacri euangelij explanationē humaniſſimi ciues: exquo de victoria carnis: mundi: atq̄ diaboli. duas contēplationes declarauimus. vꝫ eius neceſſitatē: atq̄ maximā nobilitatem. In p̄n̄ti ſermone habeo ſimpliciter declarare. tertiā ipſius victorie contēplationē: in qua videbimꝰ magnitudinē p̄mij: ſeu glorie: quā diuina bonitas exhibet predicta victoria viriliter preliantibus: ut ex tali conſideratione ingētiſſimi premij atq̄ mercedis: quiſq̄ de cetero vniuerſalius ⁊ fortius cōtra carnē: demonē: ⁊ mundum poſſit p̄liari. Cuius tertie cōtemplationis declaratio talis erit.

¶ De maxima mercede victorie rationis cōtra mundū. diabolū: ⁊ carnē: ↄtēplatio tertia

Tertia poſtremo contēplatio de victoria rationis ⁊ fidei: cōtra tētationes mūdi: carnis: atq̄ diaboli: contēplatio premioſitatis. In hac contēplatione: habeo tibi fidelis anima: ut predixi ſimpliciter demonſtrare: eximiā: profundā: atq̄ admirabilem mercedē. quā clemētiſſimus deus: ſi viriliter te habueris contra demonē: mundū: ⁊ carnē. tibi poſt hanc vitam miſerabilē daturus eſt. Pro firma autē atq̄ indubitabili veritate tene: ꝙ tam magnū et ꝓfundū eſt p̄miū gaudiū ⁊ bonum: ſeu tam mirabilis: eximia eſt gloria: merces: remuneratio: beatitudo. atq̄ felicitas: quā iuſtiſſimus deus dabit ſoli aīe cōcupiſcentias ⁊ paſſiones ſuas vincenti ⁊ ſuperāti: ꝙ oēs ſimul ſentētie ſacrorū doctoꝝ atq̄ illuīatoꝝ theologoꝝ: q̄ꝫuis ingētia ⁊ maxima de aīe mercede p̄dicent: ⁊ demōſtrent: tamē reſpectiue paꝝ aut nihil ↄcludunt. Et qđ plus eſt. ꝓſuppoſito ꝙ ſimul oēs humane lingue eſſent. ut puta omniū iudeorum. ſaracenoꝝ. omniū thurcoꝝ. oīumq̄ infi

deliū ⁊ xp̄ianoꝝ. Si querit᷑. an poſſent ſimul
oēs exprimere magnitudinē glorie vni⁹ ani-
me in hac vita vincenti ſeipſam propter deū
Clamans alta voce Rn̄deo. nō: nō: nō. Vl-
terius dicā qd maximū. p̄ſuppoſito enim ꝙ
oīa folia arboꝝ: oēs ſtelle celi: oēs lingue aui
um: atqꝫ animaliū: oīaqꝫ grana arene: lingue
forent. Iteꝝ quero an eis poſſibile eſſet ma-
gnitudinē eius mercedis exprimere quā de⁹
aīe viriliter pugnāti: cōtra demonē: mundū:
⁊ carnem exhibebit: ⁊ valenter exclamās. Ite
rum Rn̄deo. ꝙ nō: nō: nō: nō certe. ut veꝝ di
cam. nunq̄ꝫ eis poſſibile eēt de centū mille p̄
tib⁹ illius glorie: aīe fideli dande: ſolū vnā ex-
primere. Et ſi hoc prima facie forte incredi-
bile videatur. tn̄ veritas ſine dubio ſic ſe hꝫ.
Et qm̄ phus p̄mo Metha. iuxta principium
dicit. Ipi recte docēt: qui cauſaꝫ de ſingulis
reddūt. Et. 8. Phi. dicit. Oportet dicentē nō
ſolū veꝝ affirmare: ſed etiā ipſi⁹ cauſam aſſi
gnare. Idcirco ut hec ꝯcluſio nō tm̄ vera: ſꝫ et
veriſſima appareat: q̄drupl'r ꝓbo. Primo
auctoritatibus. Secūdo diſtictionib⁹. Ter
tio rationib⁹. Quarto reuelatiōib⁹. ¶ Pri
mo probo auctoritatib⁹ diuerſis. p̄ma aucto-
ritas eſt Grego. in moral'. ſuper verba Iob.
Cum vix paruā ſtillaꝫ cepimus. dicētis. Om
nis ꝓſperitas atqꝫ delectatio p̄ntis vite. pre
ſens. p̄terita. ⁊ futura. eterne felicitati compa
ta. eſt quaſi q̄dā ſtilla liquoris. hec ille. Po-
tes etiā dicere aliā auctoritatē Grego. quaꝫ
ponit in omelia vnius martiris: que inci-
pit. Si conſiderem⁹ cariſſimi que ⁊ q̄ꝫta: vſqꝫ
ad illud verbū: certamen laboꝝ. Ber. in ſen-
tentijs etiā ſuis dicit. Si omniū hominū lin
gue ſimul eſſent: ⁊ mihi loqui vellent de glā
quā anime bone habiture ſunt. citius in nar
rando deficerēt: q̄ꝫ vel minimā partē illi⁹ glo
rie exprimere poſſent. Quis enim hominuꝫ
vnq̄ꝫ exp̄mere poſſet: q̄ꝫte magnitudinis de⁹
ſit: ⁊ tamē deus ipſe erit merces ⁊ poſſeſſio
animaꝝ ſanctaꝝ. Idem quoqꝫ Ber. ſup ver
ba Eccl'. Iocūditas cordis. ait. Illud eſt ſolū
⁊ veꝝ bonū: qđ non de creatura: ſꝫ de creato
re cōcipitur. qđ cum acceperis: nemo tollet a
te. Cui compata oīs aliunde iocūditas me-
roꝛ eſt. omnis ſuauitas doloꝛ eſt. omne dulce
amaꝝ eſt. omne decoꝝ fedum. omne poſtre-
mo qđ delectare poteſt moleſtuꝫ eſt. hec ille.
Phs etiā. 10. Ethicoꝝ. ait. Duplex ē delecta
tio. ſ. ſm ſenſum: ⁊ ſm intellectū ſpeculatiuū
inter quoꝝ opatiōes. illa eſt delectabiliſſima
que eſt p̄fectiſſima. p̄fectiſſima autē operatio
eſt q̄ eſt ſenſus: vel intellectus bene diſpoſiti
in opatione ad optimū coꝝ que ſubiacēt ſen
ſui vel intellectui. p̄fectiſſima autē delectatio
eſt magis: que ē ſm intellectū ad primā cau
ſam: q̄ꝫ q̄ eſt ſm oēm ſenſum. hec ibi. Idem
quoqꝫ in. xi. de animalib⁹. ait. Quāuis paruꝫ
ſit. ꝙ de ſuperioꝛib⁹ ſubſtantijs accipimus: tn̄
illđ modicū eſt magis amatū: magis deſide
rabile ⁊ magis delectabile oī cognitiōe: quā
de oībus ſimul bonis: ⁊ ſubſtātijs inferioꝛi-
bus habem⁹. Itē Apo. p̄mo Cori. 2. ait. Ocu
lus non vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ ho
minis aſcēdit. que prepauit deus diligentib⁹
ſe. O ciues notate verba: ⁊ ſignate miſteria.
Cogitate queſo quot bona ocul⁹ videre poſ-
ſet: ut ſunt lapides p̄cioſi: auꝝ ⁊ ſimilia. Maꝫ
ut dicit phs p̄mo Metha. ⁊ li. de ſenſu ⁊ ſen
ſato. Senſus inqt viſus. multas ⁊ quaſi in-
finitas rerum ſpecies demōſtrare poteſt. Co
gitate inſuper quot triumphos vltra omnes
preſentes qui ſunt: erūt: ⁊ fuerunt in hoc mū
do: auris audire poſſet. Et inſuper cogitate:
quot bona p̄cioſiſſima ⁊ delectabilia huma-
nus intellectus in hac vita intelligere poſſet:
⁊ cum hec omnia cogitaueritis. Scitote iu-
xta prefataꝫ ſententiā pauli: ꝙ adhuc maioꝛ
eſt in infinitū. Felicitas a deo danda anime
que carnis: et mundi: voluptates ſuperat Au
guſti. ſuper primā canonicaꝫ Ioan. ait. Qui
biberit de fluuio paradiſi: cuius gutta maioꝛ
eſt Occeano. Reſtat ut in eo ſitis omniū bo
noꝛum delectabiliū preſentis vite fundit⁹ ex-
tinguatur. Idem quoqꝫ Auguſti. in libro de
virginitate. ſic dicit. Tam ingens ⁊ maxima
eſt delectatio illius ſuperne glorie: ut etiam
ſi non liceret amplius in ea: niſi vnius diei
hora manere. Propter hoc ſolū innumera-
biles anni preſentis vite pleni delicijs: ⁊ om
ni affluentia bonoꝝ tempaliū: recte merito
qꝫ ꝯtemnerētur. hec ille. Deniqꝫ idem Aug.
12. de ciui. ſic dicit. Qđ deus prepat diligen-
tibus ſe. fide non capit᷑: ſpe non attingit᷑: cha-
ritate non cōprendit᷑: deſideria ⁊ vota omnia
trāſgredit᷑: acquiri poteſt: extimari nō poteſt.
hec ille. Ex predictis igit᷑ auctoritatibus patꝫ
qualiter merces ⁊ gloria que dat᷑ a deo ani-
me ſeipſam in hoc mūdo propter ipſum deū
vincēti inextimabilis eſt. ¶ Secūdo hoc idē
probo diſtinctionib⁹. ⁊ primo diſtictione Ri-

car. in ſuo quolibeto di. Cū querit̄. An merces future glorie: que datur rōnali anime virtuoſe ⁊ bone: poſſit exꝑmi ⁊ narrari. Reſpōdeo ꝙ tripliciter gloriā illā cognoſcere poſſumus in hac vita. Aut ꝑ effectū. Aut per fidē. Aut ꝑ mometaneā ipſiꝰ diuine eēntie viſionē. Per effectū gloriā illā cognoſcere nō poſſumus. Et ratio eſt: qꝛ effectus nō ducit in ꝑfectā cognitionē ſue cauſe. Sicut nec cognitio alicuius filij: prebet verā cognitionem de ſuo patre: ſine eius preſentia. Similiter nec fumus demonſtrat mihi ſine actuali viſione ipſius ignis. A ſimili ꝑfectionē ſubſtātie ignis dico. ꝙ per effectus dei: qui ſunt creature: ſeu diuine reuelationes: ⁊ gratiaꝝ infuſiones: nequaq̄ꝫ peruenimꝰ ad eius dei: in quo vera hominis felicitas ꝯſiſtit. perfectā cognititionē. propter ꝙ et eius gloria per ſimplicem effectū cognoſci nō poteſt. Per fidē etiam demōſtrari nō poteſt excellētia illiꝰ glorie. Et ratio eſt: qꝛ cū oīs ꝑfecta cognitio ortum habeat a ſenſu. ſicut dicit phus libro de ſenſu ⁊ ſenſato. Fides vero ipſa ſit ſimpliciter de nō viſis. claꝝ eſt: ꝙ propter hoc: nō poteſt nobis fides verā noticiā illius mercedis ⁊ glorie ipēdere. Quia ſicut cecꝰ nō pōt iudicare de coloribꝰ: eo ꝙ colores videre nō pōt. Sic a ſili: nec fides q̄ eſt de nō viſis: pōt nobis exꝑmere veꝝ iudiciū: de magnitudine future mercedis. ꝑ mometaneā etiā viſionē nō pōt exprimi in hac vita magnitudo illiꝰ glie. Nā p̄ſuppoſito ꝙ qs in extaſi poſitꝰ: ſeu raptus. videret ꝑ morulā gliaꝫ diuine eētie. in qua felicitas cōſiſtit. tn̄ cū aīa illa rediret in propriū corpꝰ ⁊ in ꝓprios ſenſus: nunq̄ꝫ poſſet: nec vnq̄ꝫ ſciret exprimere de mille ꝑtibꝰ illiꝰ glorie vnā ſolā. Et hoc ꝓpter grauitatem corꝑis. Nā ut dicit Salomō Sap. 9. Corpꝰ qđ corrūpit̄ aggrauat aīam: ⁊ deprimit terreaꝫ inhabitatio ſenſum plura cogitantē. Et ꝓpterea dicebat Plato: licet errauerit ꝙ noſtrū ſcire erat noſtꝝ reminiſci. Ponebat eni aīas ſimul oēs a principio in celo creatas. et ibidē habitibꝰ oium ſciētiaꝝ fuiſſe plenas. ſed cū ex p̄cepto p̄me cauſe veniebāt ad corpora iā formata: ſtatiꝫ obliuiſcebāt̄ oium coꝝ q̄ in celo didicerāt. ⁊ ꝓpter hoc qn̄ in tpe veritatꝭ: ⁊ habitū alicuius ſciētie addiſcebāt: ſeu capiebāt. dicebat ꝙ hoc n̄ erat diſcere: ſꝫ erat reminiſci coꝝ q̄ iā in celo aīe ipſe didicerāt. Que tn̄ opinio ut predixi falſiſſima eſt: eo ꝙ habitus virtutū ⁊ ſciētiaꝝ in hoc mūdo acqrāt aīe ⁊ nō in caꝝ creatiōe ſiue in vtero mr̄is accipiunt. Sꝫ inſuꝑ dato ꝙ qs remiſceret̄ oīuꝫ coꝝ q̄ in extaſi ꝑ morulā vidiſſet: adhuc īpoſſibile foret iſta exꝑmere. qm̄ impoſſibile eſſet inuenire vocabula in hac vita ad ea ſufficiēter exꝑmēda. Qđ manifeſtū pꝫ in paulo. qui dicit. 2. Cori. 12. Cū raptꝰ eēt in ꝑadiſum: ꝙ audiuit archana dei: que nō lꝫ hoi loq̄. i. ſꝫ glo. q̄ nō p̄nt licite loq. hec Ric. ſnialr. Ex hac diſtinctione pꝫ: q̄liter nec ꝑ effectū: nec ꝑ fidem nec inſuꝑ ꝑ mometaneā viſionē eētie dei. pōt exꝑmi profunditas: ⁊ magnitudo future mercedis: et glie: q̄ dabit̄ aīe carnalibꝰ: mūdanis: atqꝫ diabolicis tentationibꝰ viriliter reſiſtenti. Aliā diſtinctionē ponit Tho. j. 2. q. 3. ar. 8. in corꝑe. q. di. Cū querit̄ an btitudo hoīs poſſit in alia re: q̄ꝫ in viſiōe ſoliꝰ diuine eſſentie: q̄ in ſe cōtinet oīa bona deſiderabilia ꝯſiſtere. Rn̄. ꝙ nō. Ad cuiꝰ euidētiā duo ꝯſiderāda ſunt. p̄mo ꝙ hō nō eſt ꝑfectꝰ in btitudie q̄ꝫdiu ſibi reſtat aliqđ deſiderādū ⁊ querēdū. Scdm eſt ꝙ vniuſcuiuſqꝫ ꝑfectio attēdit̄ ſm rōem ſui obiecti. Obiectū aūt intellectꝰ eſt ꝙ qđ eſt. i. eētia rei. ut dr̄ in. 3. de aīa. Vn̄ intātū ꝓcedit ꝑfectio intellectus: inq̄ꝫtū cognoſcit eētiā alicuiꝰ rei. Si ergo intellectus aliquis cognoſcat eētiā alicuiꝰ effectꝰ ꝑ quā nō poſſit cognoſci eētia cauſe: ut. ſ. ſciat̄ de cā qđ eſt nō dr̄ intellectꝰ attingere ad cām ſimplr̄: q̄ꝫuis per effectū cognoſcere poſſit de cā an ſit. Et ideo remanet ex hoc adhuc naturalr̄ hoi deſideriū: cū cognoſcit effectū: ⁊ ſcit cū habere cām: ut etiā ſciat de cā qđ eſt. ⁊ illud deſideriū eſt admirationis: ⁊ cāt inq̄ſitionē. ut dr̄ p̄mo Meth. puta ſi aliqs cognoſcēs eclipſim ſolis conſiderat ꝙ ex aliq̄ cā ꝓcedat: de q̄ qꝛ neſcit quid ſit admiratur: et admirando inquirit: nec iſta inquiſitio quieſcit: quouſqꝫ ꝑueniat ad cognoſcendam eſſentiam cauſe. Si ergo humanus intellectus cognoſcens eſſentiam alicuius effectus creati non cognoſcat de deo: niſi an eſt: nundum perfectio eiꝰ attingit ſimpliciter ad primam cauſam: ſed remanet ei adhuc naturale deſiderium inquirendi cauſam. Vnde nundum eſt perfecte beatus. Ad perfectam ergo beatitudinem requiritur omnino ꝙ intellectus attingat ad ipſam eſſentiam prime cauſe: et ſic ꝑfectionem ſuam habebit per vnionem ad deum ſicut ad obiectum in quo ſola beatitu-

do hominis: vt supra dictum est consiste-
re potest. h Tho. Ex predictis concluditur q
ex quo nullum bonū creatū pōt sufficere ra-
tionali anime: nisi habeat bonū increatū: qđ
est deus: ⁊ deus sit inextimabilis bonitas. cō-
cluditur per ꝯñs q merces eterne vite dan-
da aie que vicit passiōes suas iextimabilis ē.
¶ Scđo hoc idem ꝓbo per .5. rōes. Primo
rōne inparticipationis. Scđo rōne iustifi-
cationis. Tertio rōne pregustatōis Quar
to rōne obiectionis. Quinto rōne resolutio
nis. ¶ Primo ꝓbo rōne inpticipationis. q
vꝫ futura felicitas incōpabiliter excedit oēm
magnitudinē mundane ⁊ pñtis felicitatis: ꝑ
terite ⁊ future. Fundamentum rōnis ponit
phs .j. posterioꝝ. di. Omne qđ est per eēntiaꝫ
est maius ⁊ ꝑfectius omni eo qđ est simplr ꝑ
participationē. pꝫ hec regula. Nam claritas
solis est maior ⁊ ꝑfectior incōpabiliter clari
tate oiuꝫ stellaꝝ: eo q claritas sua est sibi eēn
tialis. claritas vero stellarum; est ꝑ participa-
tionem. Silr calor ignis est ꝑfectior calore q
est in lapide: aut in ferro ignito: pro eo q ille
calor est essentialis. Ecōtra vero calor qui ē
in lapide: aut in ferro ignito: est sibi ꝑ partici
pationem. Quo presupposito: certū est q pre
mium ipsius aie: vt predictuꝫ est. est bonitas
summi dei: que est sibi per essentiam. Econ-
tra vero: ois simul bonitas oiuꝫ creaturaruꝫ
seu aliaꝝ que creare posset inest eis ꝑ partici
pationem. q si sic est: ergo necesse est conclu-
dere q aia hñs deum pro premio: hꝫ in infi-
nitum maiorem felicitatē ⁊ beatitudinem: qꝫ
si haberet infinitas creaturas: in qbus recipe
ret beatitudinē suam deo non habito. ꝓinde
phs hoc ꝯfirmat .2. metha. di. Quicqd est cā
alioꝝ vt sint talia: id maxime est tale. cū quo
concordans Auctor in lib. de causis. dic. Cā
prima est diues ꝑ seipsuꝫ: ⁊ est diues magis
omnibus. Omnis enim res composita indi
gens est alio: aut rebus qbus cōponit. Res
autem simplex est vna: ⁊ vnitas est eius bo-
nitas: ⁊ bonitas eius ē vnitas. Illa ergo res
est magis diues: que influit oibus: ⁊ non fit
influxio super ipsam. h ibi. Et ibidem etiam
dicit. Quicqd pōt cā scđa: potest causa pma
nobiliori ⁊ altiori modo. Que simul omnia
confirmās Salomon Sapien .13. dicit. Quo
rū si spē delectati deos putauerūt sciāt qꝫto
his dñator eoꝝ speciosior. Speciei enim ge-
nerator h omnia constituit. Aut si virtuteꝫ ⁊
opera eoꝝ numerati sunt intelligant ab his:
qm̄ qui h constituit fortior est illis. A magni
tudine eniꝫ speciei ⁊ creature cognoscibiliter
poterit eoꝝ creator videri. h ille. Equa ratiōe
patet qualiter futura felicitas inextimabilis
est per cōparationē omniū bonoꝝ pñtis vite
Et confirmat ista ratio. Certum est eniꝫ sm
Auctorem in lib. de causis. ⁊ in pmo de aia
q nobilior causa semp nobiliorē ꝓducit effe
ctum. patet exemplo de triplici genere vini:
quoꝝ vnum est bonū: aliđ melius: aliđ vero
optimum. Si enim petas causā diuersitatis
istaꝝ bonitatū. dico q vnum vinū iđ bonū
est: eo q habuit bonam cām .s. vitem. Aliud
vero melius est. ⁊ aliud optimum: qꝛ habuit
meliorem ⁊ optimam vitem. Quo concesso
peto quid est nobilius. An omnia tempora-
lia: sicut sunt gēme: argentuꝫ: auꝝ fructꝰ terre
⁊ huiusmodi. Et insuper omnia corporalia
bona: ⁊ mundani honores: a quibus ois mū
dana delectatio egreditur. An ipse deus: et
clarum est q deus est nobilior in infinitum
omnibus simul humanis corporibꝰ: atqꝫ tē-
poralibus bonis. q si sic est: ergo gaudiū: seu
delectatio: vel felicitas que egreditur ab ipso
deo in infinitū excedit omneꝫ aliam mundi
felicitatē ⁊ delectationem. De qua inenarra
bili delectatione dicit ꝓpha. Inebriabuntur
scꝫ gaudio ⁊ dulcedine ab vbertate domus
tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potabis eos. Et
Augustinus in glo. super scđam epistolam
corin. di. Dulcedo caritatis de fonte celestis
curie amicis dei in hac valle miserie stilla
tur. In regione vero illa celesti dulcedo in
suo fonte bibitur: ⁊ exinde aliquid aspergitur
huic humane vite: vt in tētationibus huius
seculi fortiter: iuste: ⁊ prudenter viuat. hec ille.
Omnia predicta optime concludit phus .12.
metha. di. Delectatio que est in actu: intelle-
ctus enim notior est omni delectatione que
est in actu sensus. vnde oportet q maxima ⁊
perfectissima sit intelligentia optimi: ex qua
sequitur maxima delectatio. vnde in illa in-
telligentia qua intelligit pmum mouens: qđ
est pmum itelligibile: est maxima delectatio
hec ibi. O igitur anima bestialis. O anima
insensata. O aia ceca. O aia intellectus vero
lumine priuata: cur magis eligis delectatōes
tuas: ⁊ felicitates a corpe fetido ⁊ stercore ple
no vnius adultere ⁊ meretricis: vniusqꝫ ini-
qui ⁊ pessimi fornicatoris: sacrilegi: ⁊ lenōis:

rū ſic ait. Prius eſt cogitare bonū q̄ȝ facere ⁊ ipſum cogitare bonū ex deo eſt. Idē quoqȝ in libro de reparatione ⁊ gratia. di. Sine gratia dei nullū p̄rſus: ſiue volendo: ſiue agēdo faciunt homines bonū. et ad Bonifaciū papam ait. Non pōt homo aliqd boni velle niſi adiuuet a deo: qui nō pōt malum velle. Et Ber. ſup can. ſermone. 33. dicit. Sciāt hoſtes gratie: nec ad bonum cogitandū ſufficere cor humanū. Hanc igitur gratiā preuenientem deus dat hominib⁹ cū omnes inuitat ⁊ inſpirat ad bene agendū. ppter quod Mat. xi. dr̄ Venite ad me oēs ⁊c. Et q̄m hec grā p ſe n̄ ſaluat: ideo deus ſcd̄aȝ grām coopantē preſtat: que cōiter datur diſpoſitis ⁊ preparatis per liberū arbitriū. De qua Auguſt. libro de gratia ⁊ libero arbitrio. ſic dicit. Coopando in nobis de⁹ pficit quod opando incepit: qꝛ ipſe ut velimus opatur incipiens: qui volentibus coopatur pficiens. hec ibi. Huic ſecunde gratie tertiā gratiā pſeuerantē deus adiungit. Que gratia pſeuerans nihil aliud eſt: niſi quedā continuatio boni vſqȝ in finem vite. Ad quā habendā homo in gratia cōſtitutus nō indiget aliqua alia gratia habituali: ſȝ diuino auxilio ipm dirigente ⁊ ptegente ꝯtra temptationū impulſus. vnde neceſſe habet a deo petere predictū pſeuerantie donū: qꝛ mltis aliqn̄ datur gratia preueniēs ⁊ coopans quib⁹ nō datur gratia pſeuerās. ecōtra de iuſtis hanc gratiā pſeuerantē habētib⁹ dicitur. Prouer. 4. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplēdēs pcedit: ⁊ creſcit vſqȝ ad pfectū diem. ex qua diſtinctione patet: qualiter quiſqȝ p trib⁹ predictis gratijs debet deo vocali voce gratias impendere ſeu referre. ¶ Secūdo hoc idē pbo auctoritate apoſtoli ad epheſ. 5. dicentis. Gratias ſemp agite pro oibus. ſ. beneficijs deo ⁊ patri in noīe dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. Iteȝ p̄ma Theſſa. 2. ait. Gratias ſemp agim⁹ deo ſine intermiſſione. Seneca. 2. de bn̄ficijs ait. Propriū beneficiati eſt ſemp gratias benefactori impēdere. Ber. inſup in ſententijs ſic ait. Diſce in referendo grām deo nō eſſe tardus aut ſegnis: diſce p ſingula dona gratias agere: diligenter conſidera oīa que tibi apponūtur: ut nulla dei dona debita gratiarū actione fruſtrent̄. hec ille. Deniqȝ Aug. ad ſanctū Aureliū ſic dicit. Quid meli⁹ animo geramus: ⁊ ore promamus: ⁊ calamo exprimamus neſcio: niſi ꝙ deo gratias ſemp agam⁹ quia nec dici breuius: nec audiri leuius: nec intelligi grandius: nec agi fructuoſius aliqd pōt. hec ille. ¶ Tertio inſup pbo ratione. vȝ vituperatis. ꝙ. ſ. qſqȝ vocali voce pro ſuſceptis beneficijs debȝ deo gratias impendere. Quā rationē per viā argumēti ponit Ber. in ſentētijs ſuis di. Si magna ruſticitas eſt ei qui mittit vaſculū vini gratias non agere: q̄ȝto maioꝛ ruſticitas eſt ⁊ ignominia ei gratias nō agere: qui inceſſanter nobis tribuit bona ſua. hec ille. Propter talē ſepe ingratitudinē gratiaꝝ: deus ſepe aufert grās iaȝ datas ⁊ ſepius dandas: dicēte Auguſt. ſup illud Ro. p̄mo. Qui cū deū cognouiſſent: nō ſicut deum glorificauerūt aut gratias egerūt. Q̄ deus inquit dederat gratis: tulit ingratis. et Ber. ſic ſup can. ait. Ingratitudo gratiaꝝ eſt inimica anime: exinanitio meritoꝝ: virtutū diſperſio: beneficioꝝ perditio: ventus vrens ⁊ ſiccans fontē pietatis: roꝛem miſericoꝛdie: ⁊ fluenta gratie. hec ille. Et Greg. in moꝛ. ait: Non eſt dign⁹ dādis: qui nō agit grates de datis. ¶ Quarto deniqȝ probo exemplo. ꝙ quiſqȝ debet vocaliter gratias deo referre ſicut pōt. Legitur eniȝ ꝙ quidā leo captus eſt ſemel in funibus venatoꝝ. Cui quidā paſtoꝛ compatiens: cū a vinculis abſoluit propter eius nobilitatē. Accidit aūt ꝙ dictus leo iterum fuit captus a venatorib⁹ impatoris: ⁊ ſic in caueā cum alijs beluis eſt incluſus. Contigit autē ꝙ in candē caueam ſupradictus paſtoꝛ propter quoddā ſcelus eſt proiectus a beſtijs deuoꝛandus. Quē recognoſcens leo: nō ſolū ei nō nocuit: ſed inſup blando rugitu et māſueta voce iuit ad eū: ⁊ eo mō quo potuit toto coꝛpe ſe ſibi humiliter pſtrauit: eūqȝ ab alijs beſtijs eum deuoꝛare volentibus penitus cōſeruauit. Quod audiens ⁊ videns imperatoꝛ: ⁊ intelligens gratitudinē leonis erga paſtoꝛem: vtrūqȝ liberauit: ⁊ tradidit libertati. Si igitur animal brutū voce ⁊ ope gratias retulit quas potuit benefactori ſuo: q̄ȝto magis rationale animal vocales gratias exhibere debet creatori ſuo. hoc iugiter obſeruant deuoti religioſi: qui ante cibū ſemp dicunt. Benedicite ⁊c. Poſt cibum vero dicūt Agimus tibi gratias omnipotēs deus ⁊c. et inſup dicunt. Miſerere: ſeu alios pſalmos p ut exigit diuerſitas tempoꝝ. Sed tu o miſer mundane: nec ante: nec poſt cibum ſuſceptuȝ gratias deo agis: quin poti⁹ ante ⁊ poſt de-

um blaſphemias ⁊ maledicis. Ex predicta igitur diſtinctione multiplici auctoritate: ratiõe atqꝫ exemplo patet: qualiter ad verũ cultum oris deo exhibendum requiritur actio gratiarũ. ❡ Tertium deniqꝫ quod eſt neceſſariũ ad perfectũ cultum oris deo exhibendũ dicit deprecatio. Non tantũ ut pretactũ eſt quiſqꝫ debet ore diuinaꝫ bonitatem ꝯfiteri: ⁊ inſup cum vocali voce pro beneficijs ſusceptis ipſi deo debet iugiter grãs referre: ſed ꝫ vltra hoc in ſuis neceſſitatibus debet quiſqꝫ deũ depcari atqꝫ humiliter exorare. Et ꝙ vocalis oratio ⁊ deprecatio ad deum fieri debeat: quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secũdo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto exemplo. ❡ Primo probo auctoritate Auguſt. libro de eccleſi. dogmatibus. dicẽtis. A deo oratio neceſſaria eſt ad ſalutẽ: ꝙ etiam ſine ipſa infans vnꝰ dici ſaluari non põt. Itẽ Luce. 18. ſaluator ait. Oportet ſemp orare: et nunꝙ̃ deficere. vbi gloſa ait. Semp ore deuꝫ orare debet quiſqꝫ: ut ſpiritũ oris verbo inflãmet ad deũ. Et Luce. xi. Saluator ait. Petite ⁊ dabit vobis: queri. ⁊ inuenie. pul. ⁊ ape. vobis. Vbi ⁊ Auguſti. ait. Erubeſcat hũana pigritia que petere recuſat: quia plus vult ille dare ꝙ̃ nos accipere: plus vult ille miſereri: ꝙ̃ nos a miſeria liberari. Apoſtolus etiaꝫ prima Theſſa. vltimo. ait. Sine intermiſſiõe orate. Et Jacobi. ꝓmo dr̃. Si quis indiget ſapientia poſtulet a deo q dat omnibꝰ affluenter. Grego. etiã. 23. q. 4. ca. obtineri. ait. Ipſa quoqꝫ ꝑhennis predeſtinatio ita ab omnipotente deo diſpoſita eſt: ut ad hanc electi cum labore ⁊ virtute ꝑueniant: quatenus laborando ⁊ orando mereant accipere: quod eis omnipotens deus ab eterno dare diſponit. hec ille. Deniqꝫ Aug. in quodã ſuo tractatu ꝫ quẽ fecit de miſericordia ⁊ orõne. ſic dicit. Quid inquit eſt vocali oratione ꝑclarius: quid vite noſtre vtilius: quid animo dulciꝰ: quid eſt in tota noſtra religione ſublimius: Oratio eſt que nos xp̃ianos facit. Oratõ eſt qua cũ deo loqmur: qua patrẽ dicimus: qua vniuerſa deſideria noſtra in cõſpectu diuine maieſtatis effundimꝰ. Oratio eſt que celos penetrat: nubes tranſit: dei aures affigit. hec in eccl'ia vniuerſis gradibus neceſſaria eſt. hec cathecuminis ſpũm: fidelibus preſidiũ: penitentibus ſolatiũ preſtat: hec iuſtos continet: ſubleuat peccatores: ꝑ hanc etiã qui ſtant nõ cadunt: et q eliſi ſunt erigunt. Hac vtitur etas oĩs ⁊ ſexꝰ. hec conditio oĩs ⁊ dignitas. hec magna ſeruat ⁊ minima. ꝑ hanc diuites tuti ſunt. ꝑ hãc pauperes nõ deficiunt. In hac gubernamur in proſperis. per hanc fiduciam gerimꝰ in aduerſis. hec nobis in gaudijs iocũda eſt. Hec in luctibus ſuauis. per hanc leticiam percipimus. per hanc triſticiam declinamus. Hac quaſi ydoneam quandã ac tutiſſimã nauem vniuerſorum deſiderioꝝ noſtrorum mercibus oneramus: que nos ad omnipotentẽ deum manibus expanſis: fuſis: atqꝫ precibus: felici, ꝓſperoqꝫ curſu prouehit. per hanc omnia timoris domini ornamenta percipimus per hanc quicquid fides inchoat: ſpes conſũmat: charitas decorat: ⁊ aſſidua deprecatione ſeruamus. per hanc in cõfeſſione perſiſtimꝰ: in tẽtatione duramus. per hanc pro xp̃o corporis vincula ſuſtinemus. per hanc poſtremo beata martyria conſũmamus. hec Auguſti.

❡ Secundo etiam probo vnica ratione. vꝫ inſtructionis. ꝙ ſcꝫ quiſqꝫ vocali voce debꝫ deum humiliter deprecari. Fundamentũ rationis ponit Boetius libro de diſciplina ſcolarium. di. Boni diſcipuli naturaliter debent ſequi monita ſui doctoris. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ chriſtus qui eſt doctor ſalutis omniũ: dedit precipue hoc documentum. ꝙ ſcꝫ quiſqꝫ patrem celeſtẽ vocaliter oret di. Matthei. 6. ca. Cum orabitis dicite: pater noſter qui es in celis: ſanctificet nomen tuuꝫ ⁊c. Quod ſi ſic eſt: ergo quiſqꝫ tanqꝫ bonus xp̃i diſcipulus debet celeſtem patrẽ vocali prece humiliter exorare. Hic te extende contra illos qui neſciunt orationem dominicaꝫ: et ſi ſciunt vix in anno ſemel illam dicunt. ❡ Tertio etiam probo diſtinctione. ꝙ vocalis oratio debet fieri ad deum. Nam Ricar. in q̃rto. diſtin. 15. arti. quarto. queſtio. ſecũda. Querit an oratio ſit actus virtutis latrie: et an debeat fieri ad deum. Et reſpondet in corpore queſtionis di. ꝙ ſic. Nam ad virtutem inquit latrie pertinet deo exhibere honorem teſtificantem in ipſum dominũ: inq̃ʒtum ipſe eſt ſolus creationis ⁊ conſeruationis principium mundi. Homo autem cum orando aliquid petit a deo: quo in ipſum ordinetur ſicut in ſuorum bonorum principalem auctorem: ſibi exhibet honorem: preſtantem in eo ſummũ dominiũ. Vnde propter hoc ſeqtur ꝙ oratio eſt actus virtutis latrie. hec Ricar.

verbaliter. Idē quoq3 Ric.in.4.di.15.ar.4.
q.6.in corpore.q.dicit. Cū querit inqt an de⁹
ſit vocaliter orādus. Rñdeo q̄ duplex ē oro
quedā cōis.ſ.q̄ p miniſtros eccl'ie i pſona to-
ti⁹ ppli fidelis deo offerṫ:ꝛ talis dꝫ innoteſcē
pplo ꝓ quo offerṫ ut exciteṫ ad deuotionē:ꝛ
ne poſſit ſuſpicari in eccleſie miniſtris illius
debite orōnis omiſſionē:ꝛ ideo talis orō de
bet eſſe vocalis. Alia eſt oratio ſingularis.ſcꝫ
que offerṫ ab homine inq̄ʒtum ſingularis p-
ſona:ſiue oret ꝓ ſe:ſiue ꝓ alio. Et talē oratio-
nem q̄ʒuis non ſit neceſſariū eſſe cū ſenſibili
voce:niſi ad hoc homo ſit obligatus ex voto:
tamē quandoq3 expedit ad meritū ut mēta-
li adiūgatur vocalis:ut p vocalem feruor cor
dis amplius exciteṫ. Ex quadā eniꝫ naturali
vnione anime ad corp⁹:motus corpis diuer
ſimode affectiones anime excitant:ꝛ tales af
fectiones maxime ſi ſint fortes diuerſas mu
tationes in corpore excitant. vnde Auguſt.in
ep'la ad ꝓbū circa mediū. Per certa iterual
la horarū ꝛ tempoꝝ:etiā verbis rogam⁹ deū
ut illis rerū ſignis nos ipſos admoneamus
ꝛ q̄ʒtū in hoc deſiderio ꝓfecerimus nobis ip
ſis innoteſcam⁹: ꝛ ad hoc agendū nos ipſos
excitemus. Expedit etiā ad hoc: ut de lingua
noſtra deo ſeruiamus. Si tamē in caſu vo-
calis oratio remitteret interiorē feruorē:tunc
nō eſſet vocaliter orandū oratione ſingulari.
Qn̄q3 etiā ꝓrūpit homo in vocalē orationē
exceſſu mentis:q2 ſicut dicit Aug. ad ꝓbum
circa mediū. Dignior ſequeṫ effectus quē fer
mentior p̄cedit affectus.hec Ricar.verbaliter
Ex qua diſtinctione etiā pꝫ:qualiter q̄ſq3 vo
cali voce deū dꝫ humiliter dep̄cari. ¶ Quarto
deniq3 ꝓbo exēplo ſaluatoris nr̄i Jeſu xp̄i:q
formā orandi nobis ꝓponit:dū non ſolū m ē
tali:ſed etiam vocali orōne in ſua neceſſitate
celeſtē patrē exorauit. vn̄ Mat.26.dr̄. Pro-
cidit in faciē ſuam orās.ſ.vocaliter ſm glo.ꝛ
dicēs. Pr̄ ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix
iſte. Simile exemplū habem⁹ de ap'lis. de qui
bus Actuū.p̄mo.dr̄. Erant hi.ſ.apoſtoli oēs
pſeuerantes vnanimiter in orōne cum muli
eribus:ꝛ Maria matre Jeſu ꝛ fratrib⁹ eius.
hec ibi. Et ex hoc ſtatim ſpiritū ſanctū,ut dr̄
Actuū. 2. in linguis igneis viſibiliter accipe
meruerūt. Ex p̄dictis igiṫ auctorib⁹:rōne: diſti
ctione:atq3 exēplis pꝫ:qualr ad pfectū cultuꝫ
oris deo exhibendū:reqriṫ humilis dep̄catio
ad deū. Et p ꝯſequēs ex p̄dictis pꝫ ſcd̄a ado-
ratio vꝫ verbalis: q̄ ſingulariter cultu latrie
deus coliṫ. In qua oſtenſum fuit qualiter ad
verū cultum oris: tria neceſſario requirūtur
ſcꝫ diuine bonitatis profeſſio:gratiaꝝ actio:ꝛ
humilis ad deū deprecatio. Que ſimul tria
concedat vnicuiq3 fideli anime:ſponſus ani-
marū fideliū Jeſus xp̄s:qui cum patre ꝛ ſpi
ritu ſancto glorioſus viuit ꝛ regnat deus p
infinita ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Dominica tertia in quadrageſima:iteruꝫ
de quinta excellentia:videlꝫ de maxima no-
bilitate ipſius ſacratiſſime fidei.

Omne regnuꝫ
in ſeipſum diuiſum deſolabiṫ.
Scribūtur hec verba Luce.xi.
ꝛ in euāgelio occurrētis domi
nice. Poſt ſacri euangelij litteralē ꝛ moralē
expoſitionē egregij eiues: exquo de gr̄a con
templatione cultus latrie ſeu diuine adora-
tionis:que diciṫ contemplatio modificatiōis
declarauimus ſecundā adorationē:que dicta
fuit adoratio verbalis: in qua etiā fuit oſten-
ſum qualiter ore tripliciter colitur deus. vꝫ p
feſſione:gratiarū actione:et humili deprecatiō
ne:habeo in preſenti declarare de ipſa modi
ficatione diuini cultus tertiā adorationē.ſ.
corporalem:que plurimū vtilis eſt ſiue erit ꝛ
gratioſa:cuius tertie adorationis declaratio
talis eſt.

¶ De tertia adoratiōe qua deus cultu latrie
adoraṫ que fit corpore ꝛ vocaṫ corporalis.

Ertia igiṫ adoratio qua deus ſingu-
t lariter cultu latrie adoraṫ diciṫ corpo
ralis. Que vtiq3 adoratio actualiter
fit corpore. Sciendū igitur eſt.q̄ ad dei ado-
rationē perfectā: non tm̄ requiritur ut quis
corde per fidem: ſpem: ꝛ charitatem:deū co-
lat:ꝛ inſuper ore vel lingua p diuine bonita
tis vocalem cōfeſſionem: gratiarū actionē:et
humilē dep̄catione deū venereṫ:ſed inſup re
qriṫ q̄ʒtū fas ē:ut q̄ſq3 corpe ſuo p corp̄alē ſer
uitutē eū colat venereṫ ꝛ adoret.q̄ aūt ad pfe
ctū latrie cultū:ꝛ ad pfectā dei adoratōꝫ req̄
raṫ ſeruit⁹ ꝛ adoratio corp̄al' tripl'r ꝓbo. Pri
mo auctē. Scd̄o rōne. Tertio excitatione.
¶ Prio ꝓbo auctē Damaſcē.li.4.dicētis.
Rōnale aial niſi deū colat ſil' mēte ꝛ corpe n̄
deo nō abſoluiṫ nec acceptaṫ. ¶ Scd̄o p̄ idꝫ
ꝓbo vnica rōe.vꝫ ꝯpoſitionis. Scd̄m enim

phi.2.de aia. Quilibʒ hõ ex duplici ſbã com põit.vʒ formali ⁊ mãli:ſeu itellectuali ⁊ corpo rali. Quo conceſſo:clarũ ẽ φ pp hoc duplicẽ deo adorationẽ ⁊ ſeruitutẽ glibʒ īpẽdẽ dʒ ſeu offerre. vʒ ſpũalẽ q̃ ꝯſiſtit iteriꝰ i mẽte:⁊ cor- poralẽ q̃ ꝯſiſtit in exteriori corporis hũiliatio ne. Et qꝛ in oibꝰ actibꝰ latrię:illud qꝺ eſt exte rius referꝛ ad illud qꝺ ẽ iteriꝰ ſicꝫ ad ꝑncipa- lius:iõ exterioꝛ adoratio fit ꝑ interiorẽ:ſine q̃ exterioꝛ nihil ꝓficeret ad ſalutẽ. ❡ Tertio de niqʒ ꝓbo excitatiõe.φ.ſ.ad ꝑfectũ latrię cultũ regratur ⁊ corpalis ſeruitus ⁊ adoratio. Qꝛ eni cuilibʒ eſt nãle vt ꝑ ſenſibilia ad itelligibi lia pueniat:pp hoc qſqʒ dʒ deo humilẽ ⁊ cor poralẽ adorationem exibere:vt ex hoc magis excitecꝛ cuiuſlibʒ aius ad ſubiciẽdum ſe deo:⁊ inſup cuiuſlibʒ affectus magis inflãmecꝛ ad diligẽdũ deũ.his igiꝛ ꝑmiſſis:φ vʒ ad ꝑfectũ dei cultum regrꝛ adoratio corporalis:prout oſtendit auctoritas:rõ:⁊ exciatio.ſi queritur quot precipue modis dʒ deus adorari ⁊ coli. Rñdo.φ.5.mõis deum corporaliter colimꝰ. Primo oblatione. Secũdo genuflexione. Tertio curuatiõe. Quarto extẽſiõe. Qui to pcuſſiõe. ❡ Primo coliꝛ deus oblatiõe.ſ. corporis nři. Tũc eni cũ noſtris corporibus deũ veraciter colimꝰ:qñ ipſa corpora noſtra reſtrigimꝰ:ꝓut eſt cuʒ pp deum a cibis dele ctabilibus ⁊ ſupfluis ieiunamus:ſeu cũ a vo luptatibꝰ carnis abſtinemus:⁊ inſup cũ ſup- fluã dormitionẽ reſecamꝰ. Nota tñ φ dupli citer corpora hũana deo offerũtur ſeu offeri- mus. Et pͥo cũ ab oibus illicitis pp deũ ab ſtinemꝰ:ꝓut faciũt vxorati ⁊ hmõi. ❡ Scđo cũ nõ tm̃ ab illicitis ſʒ iſup a licitis nos ſpõ te cuſtodimus:qꝺ ꝑcipue faciũt religioſi: qui ſpõte ꝑ votũ ⁊ aias ⁊ corpora creatori dedi- carũt.his ꝑmiſſis:dico φ quiſqʒ debʒ ⁊ tene tur vno ꝑdictorũ duoꝝ modoruʒ corpus ſuũ deo offerre atqʒ dedicare. Et φ qſqʒ ad hoc tenecꝛ faciẽdũ.qͥdruplr ꝓbo. Pͥo auctorita tibꝰ. Scđo rationibus. Tertio diſtictione. Quarto exemplis. ❡ Primo probo aucto ritatibus.φ qſqʒ dʒ deũ colere cũ puritate ⁊ pudicitia:ſeu mortificatione ſui corporiſ. Nã aplš ad Ro.12.ait. Obſecro itaqʒ vos fra- tres ꝑ miſericordiã dei:vt exhibeatiſ corpa ve ſtra hoſtiam viuentẽ ſctãʒ deo placentem ra tionabile obſequiũ vřʒ. Et nolite cõformari huic ſclõ.ſ.per cõcupiſcẽtiã carnis:ſed refor- mamini in nouitate ſenſuſ veſtri:vt probetis q̃ ſit volũtaſ dei bona:bene placẽs:⁊ ꝑfecta.h ibi. Idẽ quoqʒ ad Ro.6. Non regnet pecca tuʒ in vřo mortabili corpore:vt obediatis cõ cupiſcentijs eius:ſed neqʒ exibeatiſ membra vřa arma iniqtatis peccato:ſed ſemp exhibi te vos deo. Et infra ſubiungiꝛ.ſicut eni exhi- buiſtis membra veſtra ſeruire immunditię:⁊ iniqtati ad iniquitatẽ:ita nunc exibite mem- bra veſtra ſeruire iuſtitię in ſantificationeʒ.h ibi. Et.j.coꝛ.6.ait. Neſcitis qm̃ corpa veſtra mẽbra ſunt xp̄i. Tollens ergo mẽbra xp̄i nũ quid faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis qm̃ q adheret meretrici vnũ corpus efficiꝛ cuʒ ea? Erunt enim inqt duo in carne vna. Qui autẽ adheret deo vnuſ ſpũs eſt cuʒ eo. Fugite ergo fornicationeʒ. Omne eni pec catuʒ quodcũqʒ fecerit homo:extra corpus ẽ. Qui aũt fornicatur in corpus ſuũ peccat. An neſcitis qm̃ mẽbra veſtra tẽplũ ſunt ſpũs ſan cti q in vobiſ eſt:quẽ habetiſ a deo:⁊ nõ eſtis veſtri. Empti eni eſtis precio mago:glorifica te ⁊ portate deũ in corpore veſtro.h ibi. Item 2.coꝛ.7.ait. Chariſſimi mũdemꝰ nos ab om ni inqnamẽto carnis ⁊ ſpũs:perficiẽtes ſem per ſantificationẽ in timore dei. Ideʒ quoqʒ aplš.j.theſſa.4.ait. Hec ẽ volũtas dei ſantifi catio vřa:vt abſtineatis vos a fornicatiõe:vt ſciat vnuſqſqʒ veſtrũ vas ſuũ poſſidere i ſan tificatiõe ⁊ honore:nõ in paſſione deſiderij:ſi cut ⁊ gentes que ignorant deũ.h ibi. Deniqʒ exodi.22.ꝑcipitur. Qui imolat dijs preterqʒ deo ſoli occidecꝛ.vbi glo.ait. Qui imolat cor- pus ſuuʒ demõi:carni:⁊ mũdo:a deo occidecꝛ per eternam morteʒ.h gloſa. Ex predictiſ au ctoritatibus patet:qualiter qſqʒ tenecꝛ ⁊ debʒ celuʒ ⁊ creatorẽ ſuũ per caſtiſſimã ſui corpis oblationeʒ colere ⁊ adorare. Scđo h idẽ ꝓbo q̃druplici rõne. Primo ratione preceſſionis Scđo ratione dedicationis. Tertio ratio- ne ſatiſfactionis. Quarto ratione beatifica- tiõis. ❡ Primo ratiõe preceſſioniſ.φ quiſqʒ debet ⁊ tenetur ſuum corpus deo per ſacrifi cium offerre. Fũdamentũ rationis ponit au ctoꝛ in libro de cauſis.ꝺi. Omnis cauſa na- turaliter precedit ſuũ effectuʒ.patet hec regu- la. Nam arboꝛ naturaliter precedit ſuuʒ fru ctum. Quo preſuppoſito:certuʒ eſt ſm Tho. 3.parte ſũme.q.22.ar.2.in corpore queſtionis φ omne ſacrificium triplici rõe offerꝛ. Pri- ma ẽ pp remiſſionẽ culpe:per quam homo a deo auertiꝛ. Et ideo dicit aplš ad heb.5.φ ad

ſacerdotem pertinet q̄ offerat dona ⁊ ſacrifi
cia deo pro peccato. ¶ Secunda ratio eſt pro
pter collationem: ⁊ conſeruationem gra-
tie qua ſemper deo inheret: ⁊ in qua pax ho-
minis ⁊ ſalus cōſiſtit. vnde in lege veteri offe
rebatur hoſtia pacifica pro ſalute offerentiū
vt habetur leuitici. 3. ¶ Tertia ratio quare ſa
crificiū offertur eſt propter adeptionem glo-
rie: per quā mens perfecte deo cōiungitur. ꝓ
pter quod in veteri lege offerebatur holocau
ſtum quaſi totum incenſum: vt dicitur leuiti
ci primo. Cū igitur hec tria videlicet remiſ-
ſio culpe: īfuſio gratie: ⁊ adeptio glorie: ſint ꝓn
cipaliter a deo tanq̄ a cauſa effectiua: ex con
ſequenti vero acquirantur nō tm̄ per anime
ſed etiam per corporis ſantificationem tanq̄
per cauſā diſpoſitiuā. Cōcludo propter hoc
q̄ quicūq̄ vult hos tres effecus in ſe poſſi-
dere: neceſſe eſt q̄ prius habeat in ſe corporis
ſcimoniam ex qua diſpoſitiue ꝓdicti tres ef-
fectus acquiruntur. ¶ Secundo ħ idem pro-
bo ratione dedicationis. Fundamentum ra
tionis ponitur extra. de re. iur. libro. 6. c. Se-
mel deo dicatum: non eſt vlterius in vſus hu
manos transferendū. Similiter extra de re-
rū permutatione. c. Mācipia. dicitur. Quod
ſemel conſecratū eſt ad vſus humanos: am
plius transferri nō decet. patet ħ regula. Nā
ligna ſemel eccleſie cōmūcta non debent am
plius ad opera ſecularia transduci. Sic enī
precipit Igin⁹ papa de cōſe. di. prima. c. ligna
vbi ait. Ligna eccleſie dedicata nō debēt am
plius ad aliq̄d opus iungi niſi ad aliā eccle
ſiam. vel ſunt igne cumburenda. vel ſunt ad ꝓ
fectum in monaſterio fratribus tradēda. In
laycorum autem opera nequaq̄ debeant
admitti. ħ ibi. Hoc idē intelligit de veſtimē
tis eccleſie. de quibus de cōſe. di. j. c. veſtimē
ta. dicitur. Veſtimēta eccleſie quibus domi
no miniſtratur ⁊ ſacrata debent eſſe ⁊ hone-
ſta: quibus in alijs vſibus non licet frui q̄ ec
cleſiaſticis: nec ab alijs debent contingi aut
offerri niſi a ſacratis hōibus. ħ ibi. Preterea
videmus q̄ ꝑſonis ſemel in matrimonio cō
iunctis nunq̄ licet ipſis viuentibus ſe ab in-
uicem ſeparare: niſi forte per vtriuſq̄ partis
conſenſum. Quo preſupoſito: q̄ videlicet res
ſemel ad vnū finem dedicate: non debēt am
plius ad aliū finem transferri: certum eſt q̄
quiſq̄ chriſtianus aut per votum religionis
aut per ſacramentum baptiſmi corpus ſu-
um ad diuinam ſeruitutē dedicauit. vnde ⁊
in baptiſmo promittitur. Abrenuntio ſatha-
ne ⁊ omnibus pompis eius. i. carnalibus vo
luptatibus. Quod ſi ſic eſt: ergo quiſq̄ tene-
tur iugiter ſuum corpus vſq̄ ad mortē deo
per ſeruitutem offerre. ¶ Tertio ħ idem pro-
bo ratione ſatiſfactionis. Fundamentum ra
tionis ponit philoſofus. 2. de anima. di. Age-
re eſt principaliter a forma: deinde a materia:
⁊ ex conſequenti a toto cōpoſito. patet hec re
gula. Nam actus inciſionis qui fit in pane
ſeu ligno: per prius procedit a forma cultelli:
⁊ non ſolū a forma: ſed a materia ferri. ⁊ ſic
per conſequens dicitur fieri a toto compoſi-
to. Quo preſuppoſito: certū eſt a ſimili q̄ pec
cata que fiunt prius procedūt a volūtate ani
me tanq̄ a forma. deinde a corpore tanq̄ a
materia: ⁊ ſic ex conſequenti a toto compoſi-
to. patet hoc in peccato adulterij. Nam adul
terium aut eſt conſūmatum: ⁊ ſic prius proce
dit a voluntate precipiente: deinde a corpore
obtemperante. Aut non eſt conſūmatū: ⁊ ſic
eſt in voluntate ſolū: que tamē voluntas ex
dependentia corporalis materie procedit: q̄
ſi vt patet corpus ſimul cum anima deū of-
fendit: clarum eſt q̄ vtrunq̄ debet deo ſatiſ-
facere de offenſa vt placetur: propter quod. 2.
q. j. c. notum. ⁊. 17. q̄ōne. 4. c. Omnis. dicitur.
Agentes ⁊ conſentientes pari pena puniun-
tur. Et ſapiē. xj. dicitur. Per q̄ peccauerit ho
mo per ħ ⁊ punieꝫ. Cū igitur talis ſatiſfactio
non poſſit fieri deo niſi corpus in dei ſerui-
tium per ſanctimoniam offeratur: neceſſario
concluditur q̄ quiſq̄ corpus ſuum tenetur
deo per pudicitiam ⁊ abſtinentiam offerre.
Proinde Grego. 27. queſtiōe. 2. c. Sunt q̄.
dicit. Duobus modis ſancti viri etiam a lici
tis abſtinere ſolent. Aliquando vt merita ſi-
bi apud omnipotentem deum augeant. Ali-
quando vero vt anteacte vite culpas deter-
gant. Itē. xj. q̄ōne. j. c. Aliud. leo papa ait. A
licitorum veniā poſtulantem oportet a mul
tis etiā licitis abſtinere dicente apoſtolo. om
nia mihi licent: ſed nō oīa expediūt. ¶ Quar
to inſup hoc idē ꝓbo rōne beatificatiōis. Sē
tentia eſt theologoꝝ in. 4. di. 49. q̄ deus nō
tm̄ animā beatificabit ꝑ fruitionē ſue viſio-
nis: ſed inſup glorificabit: ⁊ corpus tam ex re
dundantia glorie anime in ipſū corpus ex q̄

ſuſcipiet claritatē maximā ſubtilitatē: paſſibilitatē: ⁊ agilitatē quē ēt ex viſiōe ſeu apprehenſiōe ſui obi: qđ erit corp9 xpi glorificatuz. Ex quo clarū ꝙ aīa glorificabit i viſione diuinitatis: corpus vero ſūme delectabatur ex glorioſa viſione corporis chriſti. dicente Ber. in ſuis ſentētijs. Plenuz ingt prorſus erit omni ſuauitatis dulcedine videre hominē hominis conditorem. Duas ſimul duas beatificationes ſaluator inſinuans Ioā. 10. ait. Ego ſū hoſtiū. ſ. eterne vite: per me ſi quis introierit: ſaluabitur ⁊ ingredietur. ſ. per viſionē diuinitatis ⁊ humanitatis ⁊ paſcua inueniet. ſ. vtriuſqꝫ beatitudinis. Qđ etiā confirmās Aug. in libro de ſpiritu ⁊ aīa ait. Dupliciter ingt eſt vita anime: vna qua viuit in deo: ⁊ duo qdē ſenſus ſūt in homine: vnus interior: ⁊ ali9 exterior: ⁊ vterqꝫ bonū ſuū habet in quo reficitur. Senſus interior in cōtēplatione diuinitatis. Senſus exterior in cōtemplatione hūanitatis: propterea eniz deus eſt homo factus vt totū hominē in ſe beatificaret: vt tota conuerſio hōis ſit ad ipſū: ⁊ tota delectatio eēt in illo: vt a ſenſu carnis videretur ꝑ carnez: ⁊ a ſenſu mentis ꝑ diuinitatis contēplationem. hoc erat totū bonum hominis vt ſiue ingrederetur ſiue egrederetur paſcua inueniret. h ille. Ex ꝓmiſſis ꝯcludo: ꝙ ſi deuſ aīaz ſimul ⁊ corpus glorificabit: clarū eſt ꝙ nō tm̄ aīam ſꝫ iſup corpus qſqꝫ dꝫ ꝑ ſeruitutē i ſacrificiū deo offerre. Ex predictis igit̄ q̄tuor rationib9 clariſſime patet qualiter quiſqꝫ tenet̄ aīaz ſimul ⁊ corpus in dei ſeruitiū exhibere. ¶ Tertio hoc idē ꝓbo vnica diſtictiōe beati Tho. i tertio. di. 9. ar. 3. q. 3. ⁊. 2. 2. q. 85. ar. 3. dicentis. Cū q̄rit̄ de qbus debemus deo ſacrificiū offerre. Reſpōdeo ꝙ de tribus bōis. vꝫ de bono mentis: de bono exterioris rei: ⁊ de bono corporis. Cuius rō h ē: q2 de illis bōis debemus offerc ſacrificiū deo q̄ hēmus a deo. vñ cū triplex bonū habeamus a deo. ſ. bonū aīe bonū rei exterioris: ⁊ bonū corporis: ergo de his trib9 bōis debem9 offerre ſacrificiū deo. ¶ Primū igit̄ bonū iteri9. ſ. aīe ēc offerimus deo: qñ iteriori quodā ſacrificio: vꝫ deuotiōe orōne ⁊ dilectiōe deū veneramur: ⁊ hoc ē ſacrificiū ꝑncipale. ¶ Scđꝫ bonū qđ habem9 a deo eſt bonū exteriorū rerū: de quo ſacrificium duobus modis deo offere debemus. ſ. mediate ⁊ imediate: ſeu directe ⁊ indirecte. Directe quidem offerimus quando imediate res noſtras exteriores ei exhibemus. Indirecte vero offerimus quādo eas ꝑpter deū proximis cōicamus. Et per hūc modū miſericordia quā hō impendit homini prout eſt opus vtile hōi: ſi non fiat ꝑpter deum: nō eſt ſacrificiū ⁊ res diuina. ¶ Tertiū dniqꝫ bonū qđ habemus a deo eſt bonum corporis: qđ tūc deo quodāmō i ſacrificiū offerimus: cuꝫ per martiriū ſeu abſtinētiaꝫ illud cruciamus h Thomas formaliter. ¶ Quarto deniqꝫ ꝓbo exēplis: ꝙ. ſ. quiſqꝫ dꝫ deo ſuū corpus i ſacrificiū ⁊ ſeruitutē offerre. ¶ Primū exēplū habemus de ſaluatore nr̄o: qui. 33. annis corpus ſuū imaculatū deo patri ſacrificauit: nec illud vnq̄ȝ alicui libidini ⁊ cōcupiſentie ſubiecit. Proinde ad eph. 5. apoſtolus ait. Tradidit xp̄s ſemetipſuꝫ oblationem ⁊ hoſtiā deo in odorem ſuauitatis. Quod ꝯfirmās Aug. 10. de ci. dei ſic ait. Verus ille mediator dei ⁊ hōiuꝫ: homo xp̄s Ieſus: cū i forma dei ſacrificiū cū patre ſumat: cū quo vnus ē deus: tñ in forma ſui maluit eē ſacrificiuꝫ q̄ȝ ſumere ſacrifitiū: dū ſeipꝫ pr̄i obtulit in ara crucis: ne hac occaſiōe qſq̄ȝ extimaret ſacrificādū creatur̄ eē: ſeu qſq̄ȝ renūeret ſe dō i ſacrificiū exhibē. h ille. Quo xp̄i exēplo: qſqꝫ a filī ſe dꝫ pr̄i celeſti i ſacrificiū offere. Ad qđ faciēdū hortamur. i. pe. 4. vbi ſic dr̄. xp̄o igit̄ i carne paſſo: ⁊ vos eadē cogitatiōe armamini: q2 q paſſus ē i carne dſijt a pctīs: vt iā nō hōiuꝫ dſiderijs: ſꝫ volūtati dei: qđ reliquū eſt in carne viuat tēporis. ¶ Aliud exemplū habemus de ſacris martyrib9: q diuerſimode ꝓpriū corpus per martyriū deo in ſacrificium liberaliter obtulerunt. Ex predictis auctoritatib9: rōib9: diſtictiōe: ⁊ et exēplis pꝫ: qualiter deus colitur ex oblatione proprij corporis. ¶ Secundo inſuper colitur ſeu coli debet deus genuflexione ſeu corporis ꝓſtratiōe. Nam quando quiſqꝫ ſe corā deo genuflectit pro gratia aliqua eu gloria impetranda: tunc deuz ſingulariter dicitur venerari. Ad quod faciendum tria nos inducunt. Primo auctoritas. Scđo rō. Tertio exēpla. ¶ Prio iducit̄ qſqꝫ ad colēdū deū ⁊ venerāduꝫ auctoritate Michee prophe. 6. c. dicentis. Quid dignuz inquit oferā domino. Curuabo genu deo excelſo. Similiter Iſa. 45. c. dicitur. Viuo ego dicit dominuſ ⁊ mihi curuabatur omne genu. ¶ Secundo ad hoc faciendu quēlibet inducit ratio: vꝫ argumentatiōis. At nō videmus ꝑ ex

perientiā:ꝙ q̄ vult petere gr̄az a tēporali dn̄o
ſeu rege ⁊ papa:nō tm̄ petit:ſʒ īſup ſe ꝓſternit
⁊ genuflectit. Et claruʒ eſt ꝙ ſic.vn̄ tertij Re.
p̄rio dicit. Quod cū introiſſet Nathā in cō-
ſpectu regis Dauid:adorauit eū pron⁹ in ter
rā.qđ et ſilr̄ fecit Berſabee vxor ipſius regiſ
Qui ambo poſtulauerūt hāc gratiam a rege
vt poſt mortē ſuā ꝯſtitueret Salomonē regē
⁊ nō aliū.Qđ ſi ſic eſt:ꝙ talis veneratio ge-
nuflexionis ⁊ ꝓſtrationis:fit dn̄is ⁊ regibus
tēporalibus pro impetrādo bn̄ficio tēporali:
a fortiori dʒ quiſqʒ ſe corporaliter genuflectē
corā rege regū:qui excellit in dignitate in īfi-
nitum oēs ſimul reges: duces: ⁊ imꝑatores
nec nō ⁊ papā:pro conſequendo vitam eter-
nam.Sed.O ſuperbia humana ⁊ mūdana.
O vituperiuʒ incōparabile.O confuſio de-
teſtanda.Ecce ſi vni magno domino loque-
ris:tu genua ī terra pōis. ſi imꝑatori:tu te ge
nuflectis.Si ſuperiori p̄lato loqueris: tu te
inclinas cum ꝑſona ⁊ genu:⁊ quaſi in omni
verbo ſimilem reuerētiam facis.Si vero cū
deo ⁊ creatore tuo vis loqui: genua prorſus
⁊ perſonaʒ flectere dedigneris:quaſi ſi deus
ipſe minor ſit in dignitate quolibet tēporali
dn̄o ⁊ p̄lato.Siue igitur ores in publico:ſiue
in abſcondito:dico ꝙ debes te cū maria re-
uerētia ⁊ deuotiōe genuflectē.Silr̄ hoc age-
re debes erga ſacratiſſimū ſacramētum:vbi
in eccleſia iacet:prout hēs extra de reli.⁊ ve-
ne.ſanc.c.j.Et qn̄ inde trāſis te curua ⁊ ge-
nuflecte:quēadmodū fecit aſina cuiuſdā here
tici corā ſancto Antonio đ padua.Similiter
qn̄ ī miſſa corpus xp̄i eleuatur:genuflecte te
hūiliter: ac patiēter ſic maneas donec cōio fi
at.O cōtadini vbi eſtis:q2 qn̄ miſſa celebrat
nunq̄ʒ eccleſiam intrant niſi qn̄ dicitur ſan-
ctus. Et cuʒ audiunt p̄ſbyterū dicentē San
ctus.currūt in eccleſiā.ac ſpingunt ſe ſicut be
ſtie:⁊ aliqn̄ vnuʒ pedem tenent leuatū ⁊ aliū
curuū tanq̄ʒ ciconie.Et cū corpus xp̄i eſt ele-
uatū:ab eccleſia fugiunt tanq̄ʒ ſi demonē vi
diſſent.Taceo de q̄buſdaʒ nobilibus ⁊ dn̄is
qui in eleuatione corporis xp̄i dedignantur
etiam genuflectere ⁊ biretum extrahere. O
perfidi xp̄iani.O canes peſſimi.O gn̄atio ar
rogans:⁊ ſuperba:vbi eſt amor ⁊ honor quē
tenemini habere erga deum ⁊ creatorem ve
ſtrum.¶Tertio ad colendum deum per hu-
milem genuflexionē ⁊ proſtrationem nos ex
empla inducunt.Et primo exempluʒ ap̄li ad
ep̄h.tertio.de ſeip̄o dicētis.Flecto genua ad
patrē domini mei ieſu chriſti.Hoc ideʒ pre-
cipit ſancta eccleſia faciendum p̄cipue dūʒ
orat in paraſceue di.Oremus.Flectam⁹ ge-
nua. Hoc idē fecit ſaluator.đ quo Luc.22.di
cit.Poſitis in terra genibus adorauit di.pa
ter ⁊c̄.Iteʒ apocali.4.⁊.15.legit.ꝙ.24.ſenio
res procidebāt an̄ ſedentem in trono:⁊ ado-
rabant viuētem in ſecula ſeculorum.Simili
ter apocali.7.dicit. Et omnes angeli ſtabāt
in circuitu troni ⁊ adorauerunt proni deū in
terram dicentes. Benedictio ⁊ claritas ⁊c̄.
De beato etiam Bartholomeo legit.ꝙ cen-
ties flexis genibus orabat deum per diem:⁊
centies per noctem.Et de beato Jacobo mi
nore etiam legitur. ꝙ tantuʒ flectebat genua
ꝙ videbatur habere duritiam camelorum.
Ex predictis auctoritatibus:ratione:⁊ exem
plis patet:qualiter deus etiam colitur ſeu co
li debet genuflexione corporis: atqʒ humili
proſtratiōe.¶ Tertio inſup colitur ſeu debet
coli deus curuatione:ſeu capitis inclinatio-
ne.Quādocunqʒ enim quis inclinat:ſeu ca-
put ſuum incuruat:aut ad deum:aut ad ſan
ctos:tūc profecto ⁊ deum colit: ⁊ veneratur:
eo ꝙ talis incuruatio:eſt quoddam ſignū hu
militatis ⁊ reuerentie ad ipſum deuʒ.Ad ta-
lem dei venerationem per capitis inclinatio
nem ordinatio ſancte eccleſie vnūquēqʒ chri
ſtianum inducit:cuʒ ex conſuetudine vult:ꝙ
quando miſſa vel diuina officia celebrantur
vnuſquiſqʒ humiliter ⁊ reuerenter īclinet ca
put ſuū:p̄cipue cum dicitur:gloria patri ⁊ fi
lio ⁊ ſpiritui ſancto:qm̄ he tres ꝑſone in vna
eſſentia ſunt vnus deus.Quid ibi agis o be
ſtia:⁊ ſuperba perſona:Noli q̄ſo tāq̄ʒ ſtatua
manere in eccleſia ad offitia:ſed humiliter in
clina caput tuum quotiens audis gloria pa-
tri ⁊c̄.Item quādo tranſis coram aliq̄ ima-
gine alicuius ſancti:vel ſancte:hoc idem fa-
cias:p̄cipue tamē cum tranſis coram ali-
qua cruce:ſeu aliqua imagine crucifixi:⁊ vir-
ginis glorioſe:humiliter curua caput tuum:
qm̄ vt dicit ſapiens:pro tali reuerentia acce-
det tibi bona gratia. Super omnia tamē ca
put tuum humiliter curuare debes: quando
audis nominare aut ī miſſa:aut in officio no
mē Jeſu: quoniaʒ in virtute huius nominis
benedicti:nobis peccata remittūtur.Sic eni
dicit.i.Jo.2.Scribo vobis filioli:quia remit-
tuntur vobis peccata veſtra propter nomen

eius. Et Mat.2. Angel⁹ dixit ad Joſeph. vo
cabis nomē ei⁹ Jeſuȝ. Ipſe eni ſaluū faciet
populū ſuū a peccatis eorum. Ad hoc etiam
faciendum: eccleſia inducit vnūquēqȝ fideleȝ
extra de imunitate eccleſiarum. libro. vi. c. de
cet. vbi dicit. Conueniētes in eccleſia nomen
illud quod eſt ſuper omne nomē: a quo aliud
ſub celo nō eſt datum hominibus: in quo ſal
uos fieri credentes oporteat: nomē videlicet
ieſu xpi: qui ſaluū facit populum ſuum a pec
catis eorum: exhibitione ſpecialis reuerentie
attollat. Et qđ generaliter ſcribitur: ꝙ in no
mine Jeſu omne genu flectatur: ſinguli ſingu
lariter in ſeipſis implentes: precipue dū agū
tur miſſarum ſacra miſteria: glorioſum illud
nomē quādocunqȝ recolitur flectant genua
cordis ſui: quod vel capitis inclinatiōe teſten
tur. h ibi. Apoſtolus autē hortatur vnūquēqȝ
nō tm̄ curuare caput: ſed inſup genuflectere
cū audit nomem ieſu. dicens ad Phi.2. In
nomine ieſu oē genu flectatur: ce. ter. ⁊ infer.
Ex predictis omnibus etiam patet: qualiter
deus colitur: ⁊ venerat̄: ⁊ cuȝ capitis humili
inclinatiōe atqȝ incuruatione. ¶ Quarto in
ſup colitur ⁊ veneratur deus extenſione ma
nuū ſeu eleuatiōe: put eſt quādo quis eleuat
manus ad celū: aut quādo brachia in modū
crucis propter deū tenet extēſa. Nam talis
manuū extenſio ſeu eleuatio: eſt quedam ꝓ
feſſio humilitatis ex qua veneratur deus: vl
etiā neceſſitatis. Hac adoratione Salomon
deū veneratus eſt: de quo eccleſiaſtici vltimo
dicitur. Inclinauit ſe Salomon in cōſpectu
totius eccleſie ⁊ aperuit manus ſuas ad celū
⁊ dixit. Exaudi deus preces populi tui. Qui
cūqȝ eni orauerit in loco iſto exaudias illum
de celo ſancto tuo. Hoc idē faciebat Dauid
qui in ps. ait. Tota die expandi ad te manus
meas. Hoc idem fecit Moyſes. qui vt ha
betur exo.17. Quociēſcūqȝ extēdebat man⁹
ſuas ad celū cōtra Amalech. totiēs eum ſu
perabat. Et exo.9. dicitur. Cum egreſſus fue
ro. ſ. ego Moyſes de vrbe: extendaȝ palmas
meas ad deū: ⁊ ceſſabūt pluuie ⁊ tonitrua. h
ibi. Propter hec oia apl̄s.1. thi.2. hortatur di
cēs. Volo viros in omni loco puras manus
leuare ad deū. Nec miruȝ ſi quiſqȝ hoc mo
do deū dȝ venerari: qm̄ ſi pauper manus ex
tendit vt a tēporali domino elimoſynā acci
piat: multo magis quiſqȝ fidelis debet man⁹
ad deuȝ leuare ⁊ extendere: vt ex hoc eternā
vitā accipere mereatur. Ex predictis etiaȝ pa
tet: q̄liter deus colitur ⁊ honoratur manuum
eleuatiōe ⁊ extēſione. ¶ Quinto deniqȝ colit̄
ſeu debet coli deus percuſſiōe: videlicȝ pecto
ris: aut tōſione. Tunc enim ſingulariter ali
quis deū colit ⁊ veneratur: quādo ex contri
tione pectus ſuū humiliter tondit aut pcutit.
Proinde eccleſia hoc inſinuare volens faciē
dum: ordinauit vt ſacerdos duȝ celebrat ⁊ cō
feſſionē facit percutiat ter pectus ſuuȝ: dicēs
mea culpa: mea culpa: qđ ⁊ reſpōſores ⁊ au
ditores ſimiliter facere debent ⁊ cōiter faci
unt. Eadem triplex percuſſio pectoris ſimili
ter fit quādo ter dicitur in miſſa Agnus dei.
Si aūt quereretur quare magis pro colēdo
deo non percutit̄ os ſeu oculi: vel cetera mē
bra ſicut pectus. Reſpōdeo. ꝙ non eſt alius
modus magis congruus ad colendum deū.
Et ratio eſt. Nam qui vult ut patet per expe
rientiam totam arborem eradicare: non in
cipit a frōdibus: ramis: folijs: ⁊ fructibus: ſed
ſimpliciter a radicibus. Radix omnium aūt
peccatorum eſt cor: ſm ſententiā ſaluatoris.
Mat.15. dicentis. De corde exeūt cogitatio
nes male: homicidia: furta ⁊c. huiuſmodi. Cū
igitur homo pectus percutit: tunc verificatur
ſentētia ſaluatoris Mat.3. dicentis. Ad radi
cem arboris ſecuris poita eſt. Accipe ergo h
ſo pulchruȝ ⁊ notabile documentū. Quotiēs
cūqȝ eniȝ quis percutit manibus pectus ſuū
propter deum: totiens clementiſſimus deus
omnia peccata cordis oris ⁊ operis ei liben
ter dimittit. Et ꝙ ex humili pectoris tonſio
ne deus omnia ſimul peccata remittit: cū ꝓ
poſito tm̄ ad debitū tempus ea confitendi: tri
pliciter probo. Prio auctoritatibus. Se
cundo ratione. Tertio exemplo. ¶ Prio ꝓ
bo Auctoritatib⁹. Nam Augu. ſuper verba
luc.18. Percutiebat pect⁹ ſuū ⁊c. ait. Percu
te inquit humiliter pectus cordis tui: ⁊ con
feſtim omnia peccata erunt deleta. Item ec
cleſiaſtici 20. dicit̄. Eſt qui multa redimit. ſcȝ
peccata: modico precio. ſ. peccatoris tonſione
⁊ reſtituens ea in ſeptuplū. Itē glo. ſuper ver
ba ps. Cor contritū ⁊ humiliatum deus nō
deſpicies. vbi eſt vera cordis contritio: ibi eſt
vera omniū peccatoꝝ remiſſio. Deniqȝ Eze.
18. dicit̄. Quotiēſcūqȝ peccator īgemuerit: vȝ
corde ſeu pectoris tonſione: omnium iniqui
tatum eius obliuiſcar. ¶ Secundo etiam ꝓ
bo vnica ratione. videlicet cālitatis. ꝙ ſ. huiꝰ

lis percussio pectoris meretur remissionem omnium peccatorum. Fundamentum rationis ponit philo.6.topicorum.dicēs. Tale ad ditū tali simpliciter: facit magis tale: patet h regula. Nam si paruus ignis generat calorē a fortiori si additur cū illo alius maior ignis maiorem generabit calorē. Quo p̄supposito certum est ſm omnes theologos in.4.di.17. ꝙ sola cordis contritio delet omnia peccata Quod si sic est: ergo a fortiori delentur omnia peccata ex humili pectoris tonsione simul cum vera cordis contritione. Et confirmat hanc rationem Franciscus de maronis in quodam sermone de contritione dicens. Quicunqȝ inquit meretur de condigno maius: meretur de condigno minus: cuȝ ibi maior dignitas existat. Sed clarum est ꝙ act⁹ solius contritionis ⁊ tonsionis pectoris: meretur de condigno vitam eternam: ergo multo fortius cordis ꝯtritio ⁊ pectoris tonsio meretur de condigno omnis mortalis culpe remissionem. Quod confirmat Thomas i.4. di.17.ar.5.q.2. Et etiam petrus de tarātasio eadem di.ar.6.q.2.dicit. Cum queritur an cōtritio tollat reatum pene simul ⁊ peccatū: ⁊ p consequens mereat vitam eternaȝ. Respondeo ꝙ in contritione est duplex dolor.s. mentalis ⁊ sensibilis. Primus dolor qui est i cōtritione est mentalis.s. displicentia peccati cōmissi: ex charitate procedens. Et talis dolor contingit tm̄ intendi: ꝙ non solū ab omni culpa: sed etiā ab omni pena absolutionem merebit: ⁊ isup cū h vitā eternā. ¶ Secūdus dolor qui est in contritione est dolor sensibilis quē voluntas in contritione pro peccatis assumit quod etiam fit cum pectoris tonsione. Et qr talis dolor est pena quedam: pōt etiam tm̄ itendi ꝙ sufficiet ad deletionem omnis culpe ⁊ pene: ⁊ vltra hoc merebit vitam eternam. ¶ Tertio hoc idem probo vnico exemplo. videlicet publicani peccatoris: de quo luc.18.sic dicitur. Publicanus autem a longe stās nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pectus suum di. Deus esto propicius mihi peccatori. Et subiungit saluator. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domū suam ab illo. Ecce ꝙ hic publicanus ex humili pectoris percussione ab omnibus peccatis meruit iustificari. Nec est miruȝ: qm̄ eius oratio: vel adoratio: ex quatuor fuit cōmēdabilis, videlicȝ ex timore: pudore: dolore: ⁊ ardore. ¶ Primo ex timore. vnde dicitur. A lōge stans. Nam pre timore ⁊ reuerentia dei non audebat appropinquare: sed a longe stabat sicut fecerunt leprosi.luc.17.vbi Augu.ait. De longinquo publicanus stabat: ⁊ tn̄ deo appropinquabat: ⁊ cum dominus prope attēdebat quia excelsus deus humilia respicit in celo ⁊ in terra. ¶ Secundo fuit cōmendabilis a pudore: qr nec oculos volebat ad celum leuare vt respiceret. vbi Augu.ait. Tremebat conscientia: ⁊ iō ex verecundia celum nō respiciebat. Et Bernar.in eius persona ait. Qua nā fronte attollam oculos ad tā bonuȝ patrē tā malus filius. Econtra dicitur de anima iuerecunda Jere.3. Frons mulieris meretricis fcā ē tibi et noluisti erubescere. ¶ Tertio fuit ꝯmēdabil' a dolore: qr percutiebat pect⁹ suū. Nam exterior percussio pectoris siue corporis: signū est iterioris doloris cordis. ¶ Quarto fuit cōmendabilis ab ardore charitatis. quo scȝ peccatū suum humiliter confitebatur dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Ex predictis auctoritatibus: ratiōe: ⁊ exemplo patet: qualiter ex hūili percussione pectoris: de omnia peccata remittit. Et per consequens ex p̄dictis patȝ tertia adoratio. videlicȝ corporalis: qua singulariter deus cultu latrie: oblatione: genuflectione: curuatione: extensione: ⁊ pectoris percussione colitur ⁊ veneratur: que simul.5. nobis omnibus concedere dignetur oipotēs deus: q gloriosus viuit ⁊ regnat per infinita secula seculorum Amen.

¶ Feria secūda post tertiā dn̄icā quadragesime: iterū de.5.excellentia. videlicet de nobilitate ipsius sacratissime fidei.

Quanta audiuimus facta i capharnaū: fac ⁊ hic i patria tua. Scribuntur hec verba luc.4.c. Et in euangelio occurrentis ferie. Post sacri euāgelij litteralē ⁊ moralem expositionem dilectissimi ciues exquo de.5.contemplatione cultus latrie seu diuine adoratiōis que dicitur contemplatio modificationis declarauimus. tertiam adorationem que dicta fuit adoratio corporalis: in qua ⁊ fuit ostensuȝ qualiter corpore qntupliciter colitur deus. videlicet oblatiōe: genuflexione: curuatione: extensione: ⁊ corporis p

cuſſione:habeo in preſenti ſermone declara-
re de ipſa modificatione cultus dei quar-
tam adorationem.videlicet virtualem:actua
lem:⁊ integralem:que plurimũ vtilis erit ne
ceſſaria:⁊ gratioſa.Cuius quarte adoratiõis
declaratio talis erit.

¶De quarta adoratione qua deus cultu la-
trie adoratur:que fit opere:⁊ dicitur virtual'.

Quarta igitur adoratio qua deuſ
ſingulariter cultu latrie adoratur
dicitur virtualis:ſeu actualis:vel
integralis. Que vtiq₃ adoratio
actualiter fit cum operibus vir-
tuoſis. Pro quo ſciendum eſt.ꝙ ad perfectã
dei adorationem:non tm̃ requiritur vt quis
corde per fidem ſpẽ ⁊ charitatem deum co-
lat:⁊ inſuper ore vel lingua per diuine bonita
tis:vocalem confeſſionem gratiarũ actione₃
⁊ humilem deprecationem domini veneret
ſeu et̃ corpore ſuo per corporalem ſeruitute₃
deum honoret:ſed inſuper requiritur quãtu₃
fas eſt:vt quiſq₃ virtuoſis operibus ipſũ deũ
adoret.Dupliciter aũt in bonis exterioribus
deo ſacrificamus.¶Primo directe ⁊ princi
paliter ſ̓m Tho.in.3.di.9.ar.3.q.3. Et.2.2.q.
85.ar.3.quando.ſ.res noſtras imediate deo
offerimus.¶ Secũdo indirecte:quando eas
noſtris proximis cõmunicamus propter de-
um:ſicut precipitur fieri prouer.3.vbi dicitur
Honora deum de tua ſubſtantia.Et de pri-
mitijs omnium frugum tuarum da pauperi
bus.h ibi.Honorari inſuper dicitur celeſtis
pater cum ſacrificio glorioſi corporis ⁊ pre-
cioſi ſanginis ieſu chriſti filij ſui. Quo ſacri-
ficio:dei cultuſ valde ampliatur.Quod vtiq₃
ſacrificiũ.omnibus alijs excelẽtius eſt dicen
te Alexã.papa de cõſe.di.2.c.Nihil.Nihil in
quit in ſacrifitijs maius eẽ põt:q̃₃ corpus ⁊
ſanguis xpi.nec vlla oblatio potior eſt: ſ₃ hec
oẽs precellit:que pura cõſcientia domino of
ferenda eſt:et pura mente ſumenda: atq₃ ab
omnibus veneranda.Et ſicut potior eſt cete
ris:ita potius excoli ⁊ venerari debet.h ille.
Hoc ſacrifitiu₃ cunctis fidelibus adultis ab
Innocẽtio papa tertio ſemel in ãno ſumen-
dum precipitur:prout habetur extra de pe.⁊
re.in.c.Omnis vtriuſq₃ ſex⁹. Venerari iſup
debet deus a cunctis fidelibus:per deuotam
oblationem ſacrarum miſſarũ. Que venera
tio precipitur de conſe.di.j.c.Miſſas.vbi di-
citur.Miſſas dñico die ſecularibuſ totas au
dire ſpeciali ordine precipimus:ita vt ante be
nedictionem ſacerdotis egredi populus non
preſumat.Quod ſi fecerit:ab epo publice cõ-
fundatur.h ibi.Simile preceptum ponitur ꝺ
conſe.di.j.c.Cum ad celebrandas. Et extra.
de parrochijs.c.vt dñicis dieb⁹. Vos igit pa
rochianos admõeo vt populo veſtro dicatis
ꝙ in feſtis preceptis miſſam integram deuo
te audiãt:vt ex hoc veneretur deus.Sed heu
ſunt nõnulle Beſtiales genitrices que filias
diebus feſtiuis in domo relinquũt:nec recor
dãtur precepti ſaluatoris.di.Mat.4. Domi
num deũ tuũ adorabis ⁊c̃.Et ſimiliter Exo.
20.precipitur.Memento vt diẽ ſabbati ſanti
fices.Sed tales dicũt.O ſic eſt conſuetudo.
Quibus reſpondeo.ꝙ nequaq̃₃ eſt bona con
ſuetudo ꝙ dimittas filiã tuã in domo ad tri
pudiandũ:⁊ ꝙ tempus circa ſpeculum amit-
tat:propterea.8.di.c.Mala.dicitur.Mala cõ
ſuetudo:non minus q̃₃ pernitioſa corrupte-
la vitãda eſt.Ducite ergo filias ad miſſas:ac
diuinum cultũ magnificate:qꝛ omnes de iu-
re diuino obligamur feſtum ſanctificare:ac i
eo diuinum cultu₃ magnificare: necnõ ⁊ miſ
ſa₃ de iure poſitiuo audire.S₃ vt paucis cũ-
cta ꝯplectar:abſolute dico ꝙ deus a cũctis fi
delib⁹ adultis ꝓ loco ⁊ tẽpore venerari deb₃
cũ actibus omniũ virtutũ:put eſt cum actu
iuſtitie:caſtimonie: tẽpantie: fortitudinis
pietatis:miſericordie tam ſpũalis q̃₃ corpora
lis: necnon ⁊ cum integra obſeruatione om
nium diuinorum atq₃ eccleſiaſticorum prece
ptorum.Et ꝙ ſil' omnia talia neceſſario req-
rantur ad noſtram ſalutem:⁊ dei cultũ: tripli
citer probo. Primo auctoritatibus. Secũ
do rõnibus. Tertio ſimilitudinibus.¶Pri
mo ꝓbo auctoritatib⁹.Nã glo.ſup illa verba
ꝓphe.Sacrificate ſacrifitiu₃ iuſtitie ⁊ ſpate
i dño.ait.Tũc deo ver₃ cultũ ⁊ ſacrifitiũ offe
rim⁹:cũ circa opa iuſtitie:pietat(:miſericordie
fortitudis:⁊ tẽpãtie:aĩa₃ ⁊ corp⁹ occupamus.
Itẽ Jero.86.d.c. Quid clemẽtia.iqt.Nõ h₃
nec indut⁹ẽ viſcera miſericordie ⁊ lachryma
rũ q̃uis ſpũal' ſit q nõ adipleuit legẽ xpi.h il
le.Ite₃ Pelagius papa.7.q.j.c.oĩs.ait.Qui
negãt miſericordiã faciẽdã fugiẽtib⁹ ⁊ neẽita
tẽ patiẽtib⁹ip₃ negãt xpm:q ẽ miſericordia ⁊
veritas.Itẽ calixt⁹.pp.50.d.c.põdẽt.ait.Snia
que vetat miam ⁊ pietate₃:nõ ſolũ tenẽ frs ſ₃
etiã audire fugite:qꝛ potior ẽ miſericordia ⁊
pietas oibus holocauſtomatib⁹ ⁊ ſacrificijs.

ꝫ ille. Saluator inſup per exteriora opera patrē celeſtē precipit venerari. Mat. 5. di. Sic luceat lux veſtra. c. ho. vt vi. o. u. b. ⁊. g. p. u. q in c. ē. Deniqꝫ Amb. i q̄dā ſermōe ſic ait. Qui dic̄ ſe xp̄ianū eē ⁊ chriſtuꝫ colere: ⁊ xp̄i iuſticiam non operatur: mendax eſt: et dyaboli fili⁹ Ex quibus auctoritatib⁹ patet: qualiter actus ⁊ opera virtutum neceſſario requiruntur ad verum dei cultum. ¶ Secundo hoc idem probo duplici ratione. videlicet. Ratione coniunctionis. ⁊ ratione Argumētatiōis. Prima ratio dicitur coniunctionis. Fundamentum rationis huius ponit philoſofus primo de celo ⁊ mundo. di. Virtus eſt vltimuꝫ alicuius quod poteſt. vel vltimum de potētia. patet ꝫ regula. Naꝫ potentia viſiua non dicitur ſimpliciter virtuoſa eſſe inquantū habet potentiam videndi: ſed inq̄ꝫtum ad actum ſe extendit. Hoc idem dico de ceteris potentijs ſenſitiuis. Similiter potentia intellectiua nō dicitur ſimpliciter perfecta ⁊ virtuoſa: ex eo ꝙ habet potentiam intelligendi: ſed ſolum inq̄ꝫtum ad actum intelligendi virtutes ſe extendit: cum talis actus vt dicitur. 9. metaphi. ſit perfectio ipſius intellectus. Quo preſuppoſito: certū eſt a ſimili: ꝙ habitus fidei ſpei amoris ⁊ charitatis quibus colitur deus: non ſūt ſimpliciter virtuoſi ⁊ perfecti inq̄ꝫtum ſunt huiuſmodi: ſed ſimpliciter inq̄ꝫtum ſe extendunt ad omnes actus virtutum: propter deū ꝑpter quod Grego. i omelia pe. dicit. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis: ⁊ amor dei nunquā eſt ocioſus: quia operatur magna ſi eſt: ſi autem operari renuit: amor non eſt. Ex q̄ claret ꝙ ſi auferatur actus ab habitu precipue pro loco ⁊ tēpore: nequaq̄ꝫ habitus virtutuꝫ poterunt dici eſſe vere virtutes: ⁊ ꝑ cōſequēs verus dei cultus: cū ſpēs virtutū vt dicit̄. 8. meta. ſint ſicut numeri. ¶ Scdo probo rōne argumētatiōis. Regula gnālis ē oiuꝫ phoꝝ ⁊ canoniſtaꝝ: ꝙ ſi ꝓcedit̄ minus: cōcedit̄ ⁊ maius. Qd ſic patet. Nā ſi. p. x. ducatis dānat̄ quis ad mortem: a fortiori dānari debet: qui contra iuſticiam mille ducatos furat⁹ eſt. Quo conceſſo: certū eſt ꝺm Alexā. de ales. 2. pte ſūme. in tractatu de dilecto puerorū. ꝙ paruuli ſine baptiſmo morientes: dato ꝙ non habeant vſum libri arbi. in eternuꝫ diuina viſione priuantur. Quod confirmās Augu. in libro de fide ad Petrum. ⁊ ponitur de cōſe. di. 4. c. Firmiſſime. ait. Firmiſſime tene: ⁊ nullatenus dubites: omnem hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipit cuꝫ originali peccato naſci impietati ſubditū mortiqꝫ ſubiectuꝫ: ⁊ ob hoc naturaliter naſci ire filium. De quo apl's dicit. Eramus natura filij ire ſicut ⁊ ceteri: a qua ira nullus liberatur niſi per baptiſmum: ⁊ per fidem mediatoris dei ⁊ hominum ieſu chriſti dñi noſtri ꝫ ille. Quibus conſentiens ſaluator Jo. 3. dicit. Amen amē dico vobis: niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto nō poteſt intrare in regnum dei. Quod ſi ſic eſt: ꝙ pueri ex defectu baptiſmi qui requiritur ad cultum latrie etiam ſine vſu libi. ar. dānantur: a fortiori dānari oportet eos q habēt vſuꝫ li. arbi. qui vtiqꝫ ſponte ⁊ libre deficiunt ab operib⁹ bōis ⁊ virtuoſis. imo q̄ꝫtū ad hoc plus meretur priuari eterna beatitudine vnus ſolus habens vſum li. arbi. ⁊ deficiens a bonis operibus: q̄ꝫ merceantur omnes pueri ſimul morientes cum defectu baptiſmi: cum in eis nō fuit vſus li. arbi. ad valendum percipere baptiſmi ſacramentum. ¶ Tertio deniqꝫ probo ſimilitudinibus. ꝙ videlicet exteriora opera neceſſaria ſunt ad diuinum cultum ⁊ ſalutem noſtrā. ¶ Prima ſimilitudo ponitur luc. 13. vbi ſaluator ait. Arborem fici quidā habebat plātatā in vinea ſua: ⁊ venit querēs fructū i illa ⁊ nō iuenit. dixit autē ad cultorem vinee. Ecce āni tres ſunt ex quo venio q̄rens fructum in ficulnea hac: ⁊ nō inuenio: ſuccide ergo eā vt qd terrā occupat: ꝫ ibi. Quid ꝑ ficulneam q̄ ꝑꝑ defectū fructuū iubet̄ ꝑcidi: niſi aīa xp̄iana itelligitur: q̄ ex defectu virtutū ⁊ bonoꝝ operū iuſte ab eterna gloria reſecari ꝓmeret̄. Itē Mat. 21. etiā dicitur. Vidēs dñs fici arborem ſecus viā venit ad eā ⁊ nihil inuenit i ea niſi folia tm̄: ⁊ maledicēs illi ait. Nunq̄ꝫ ex ea fructus naſcant̄ in ſempiternum: ⁊ areſacta eſt cōtinuo ficulnea. Qua ſimilitudine patet: ꝙ anima deficiens ab operibus bonis: ⁊ precidit̄ a ſuperna gloria: ⁊ i eternū a deo maledicitur. Alia ſimilitudo ponitur Mat. 25. de ſeruo pigro: qui cum accepiſſet talentum vnum tantū a domino ſuo: vt aliquid cuꝫ eo lucraretur: cum abſcōdiſſet illud ſub terra: veniens dominus maledixit ei: ⁊ per miniſtros ſuos fecit eum proici extra curiā ſuam. Quid per ſeruū pigrum nihil cum talento lucrantē ⁊ ob hoc a domino ſuo maledictum: ⁊ a curia ſua expulſum: niſi hominem chriſtianum

intelligimus:qui cum ex pigritia:ignorantia
fragilitate vel malitia nihil boni operatur tā
dem in morte ſua maledicit̃ ab ipſo deo:⁊ in
ſuꝑ ab eterna vita expellitur:ꝓpterea Gre.
ſuper predicta verba in omelia vnius cōfeſſo
ris pōtificis.quemlibꝫ hortatur ad bene ope
randuꝫ.di.Lectio inquit ſancti euangelij fra
tres Chariſſimi ſolicite nos conſiderare ad
monet:⁊ ne nos ꝗ plus ceteris in hoc mūdo
alquid accipiſſe cernimur ab auctore mun-
di grauius inde iudicemur.Cum enim augē
tur dona:rationes etiam creſcunt donoruꝫ.
Tanto ergo eſſe humilior:atqꝫ ad ſeruiendū
deo ꝓmptior quiſqꝫ debet ex munere:q̃ꝫto ſe
ritatis ⁊ amoris. Et hec veritas dicitur a sal
uatore Mat. xi. Qui minor est in regno celo
rum maior est illo. s. Johe Baptista. qui ad
huc in hac vita viuebat de quo loquebatur.
Maior scilꝫ actu in potentia sapientia ⁊ cha
ritate. licet habitu Joannes baptista eē pos-
set sicut fuit post mortem suam maior pluri-
bus angelis tam in sapientia ꝙ̄ in charitate
Quibus premissis: ꝙ scilicet maior est pote-
stas sapientia ⁊ bonitas in quolibet sancto
quantūcunqꝫ minimo: ꝙ̄ in quocunqꝫ homi
ne huius vite: concludo ꝙ si hominib⁹ p̄ntis
vite habentibus potestatez sapientiā ⁊ boni-
tatem debetur honor dulie: a fortiori eodem
honore dulie omnes sācti debēt a nobis ado
rari. Et ideo videmus ꝙ reges: duces: ⁊ Im
peratores: episcopi: Cardinales papa: ⁊ omnes

veri christiani adorant plus sanctū Bernar
dinum: qui tñ dū esset i hac vita erat simplex
⁊ pauperculus frater: ꝙ̄ simul oēs homines
p̄ntis vite: dicentes omnes Sancte Bernar
dine ora pro nobis. Et nō tantū bonitas ani
marum sanctarū honore dulie debet hono-
rari: sed insuper bonitas reliquiarum corpo
rū coꝝ. Nam s̄m tho. parte tertia sūme. q. 25
⁊. 22. ar. secundo. non tantuz anime sanctoruꝫ
venerari debent: sed insuper reliquie corpoꝝ
eorū pro vt sunt ossa cineres vel puluercs a
christianis honore dulie debent venerari.
Et hoc triplici ratione. Primo ratione as-
similationis. Secundo ratione perfectionis
Tertio ratione intentionis. ¶ Primo rati-
one assimilationis sic. Clarum est eni ꝙ ma-
ior est ad parentes affectus ꝙ̄ ad vestimēta
eoꝝ: vel quicquid aliud sit p̄tinens ad paren
tes: eo ꝙ familiarius ⁊ intimius coniungunt
nobis ꝙ̄ patria ānulus vel vestimenta eoꝝ
Sed videmus ꝙ qui habet affectū ad aliquē
omnia que de ipso relinquunt post mortem
veneratur: non solum corp⁹ aut partes corpo
ris eius: sed etiam alia exteriora: vt puta ciui
tatē: ānulum: vestes: ⁊ similia. Quod si sic est
ergo multo magis reliquie sanctorum q̄ sūt
membra ipsius christi vniuersaliter venerari
debem⁹ adoratiōe dulie. ¶ Secūdo hoc idē
probo rōe p̄fectiōis sic. Certum est ꝙ dei filij
os ⁊ amicos honorare debem⁹: sꝫ sancti fue
runt filij dei ⁊ amici dñte propheta. Ego di-
xi dij estis ⁊ filij excelsi omnes. Et ipse salua
tor Joh. 15. ait Vos amici mei es. si fc. q. p. v. p̄
cipue tamen eoꝝ q fuerunt templuz dei: ⁊ or-
gana spūs sancti in eis habitantis ⁊ operan
tis: ergo ⁊c. Nota tamen ꝙ sanctis non fui-
mus vel adoramus quasi obnoxij eis: sed q̄
fuerunt ⁊ sunt nostri doctores ad celum: vel
per eruditionem: vel per administrationem:
vel per exemplum: vel per intercessionem.
¶ Tertio hoc probo ratione imitationis sic.
Clarum est ꝙ nos tenemur imitari deum ⁊
conformari ei: sed ipse deus huiusmodi relig
as conuenienter honorat per illas miracula
faciendo: ergo nos a simili idem facere debe
mus. Honoramus enim reliquias martyrū
vt eum cuius sunt adoremus. Honor eni ser
uorum redundat in dominum. vbi nota ꝙ
quāuis corpus alicuius sancti sit insensibile
nec per consequens sit nostre veneratiōis ca
pax: adoramus tamen ipsum adoratione du-

ke:vel ipſius reliquias:non propter ipſuꝫ ſim
pliciter ſed propter tres rationes.¶ Prima
ē propter deum cuius miniſter fuit.¶Secū-
da propter animam que ei vnita fuit que nūc
fruitur deo.¶Tertia quia idem corpus ē vni
endum anime ad glorie cōplementum.Ex q
bus tribus rationibus clare patet:qualiter re
liquie ſanctorum merito venerari debeāt ho
nore dulie:licet quantum ad ſenſum videa-
tur eſſe quid inutile.Que ſimul omnia con-
firmantur per dictum ſancti Maximi epiſ-
copi in ſermone plurimoruꝫ martyrū dicen-
tis.Honoremus beatos martyres principeſ
fidei:interceſſores mundi: precones regni:co
heredes dei.Quod ſi dicas mihi quid hono
ras in carne iaꝫ reſoluta atqꝫ conſumpta:de
qua iam deo nulla cura eſt. Et vbi eſt illud
chariſſimi quod ipſa veritas loquitur per ꝓ-
phetaꝫ.Precioſa in conſpectu domini mors
ſanctorum eiꝰ.Et iteruꝫ.Mihi aūt valde ho
norificati ſunt amici tui deus.Honorare de
bemus ſeruos dei:quāto magis amicos dei.
De quibus alio loco dicitur.Dominus cu-
ſtodit omnia oſſa eorum :vnum ex his non
conteretur. Honoro ḡ i carne Martyris ex
ceptas pro chriſti nomine cicatrices.Hono
ro pro confeſſione domini ſanctos cineres .
Honoro in cineribꝰ ſemina eternitatis.Ho
noro corpus quod mihi deum meum oſtēdit
diligere:quod me propter deum mortem do
cuit non timere.Cur autem non honorēt cor
pus illud fideles quod reuerentur ⁊ demo-
nes.Quod affuxerunt in ſupplicio hoc glori-
ficant in ſepulchro:honoro itaqꝫ corpus qđ
chriſtum honorauit in gladio:⁊ quod cū chri
ſto regnat in celo.hec ille ad litteram.Ex qui
bus omnibus patet:qualiter non tantuꝫ ani
me ſanctorū: ſed inſuper eorum reliquie ⁊ p̄
cipue ab eccleſia approbate debentur a cun-
ctis fidelibus honorari dulia:atqꝫ humiliter
venerari.Et ſic etiam per conſequens patet
declaratio ſecunde cōtemplationis de dulia
que dr̄ cōtemplatio minoritatis.

¶De tertia contemplatione dulie:que dicit̄
contemplatio ſpecialitatis:ſeu de maxima ve
neratione ſacerdotū ⁊ prelatorū eccleſie.

T Ertia igitur contēplatio dulie dicitur
contemplatio ſpecialitatis. Demon-
ſtrato quid eſſentialiter ſit dulia:⁊ eti
am ꝙ honor dulie non equaliter debet om-
nibus exhiberi:ſed maior debetur vni perſo-
ne q̄ꝫ alteri:reſtat videre cui in preſenti vita
debeatur maior honor ſuper oēs creaturas.
Et cum duplex precipue ſit dignitas que ho
norari meretur.ſcilicet dignitas ſpiritualis ⁊
mundana.ſi queritur cui debetur maior ho-
nor.Reſpondeo abſolute ꝙ dignitati ſpiritu
ali:ſeu prelatis eccleſiaſticis ⁊ precipue ſacer
dotibus:ꝓinde ſi ponātur ab vna parte om-
nes milites:comites:marchiones:duces:re-
ges:⁊ iperatores.Ab altera vero parte ſim-
liciter ponatur vnꝰ ſimplex ſacerdos:⁊ que-
ratur cui maior honor ⁊ reuerētia debetur.
Clamans Rn̄deo ſacerdoti:ſacerdoti:ſacer-
doti.Et ꝙ ſacerdotibus : ⁊ perꝯ conſequens
prelatis eccleſiaſticis debeatur magis incon
parabiliter honor dulie quam cunctis do-
minis orbis terre tripliciter probo. Pri-
mo auctoritatibus. Secundo Rationibꝰ
Tertio Exemplis . ¶Primo auctorita-
tibus probo ꝙ dignitas ſacerdotalis debe-
at magis honorari q̄ꝫ quelibet dignitas ſe-
cularis.Naꝫ prime pe.ſecūdo dicitur.Vos
eſtis genus electum:gens ſancta : regale ſa-
cerdotium:populus aquiſitionis:vt virtutes
annuncietis eius qui de tenebris vos voca-
uit in admirabile lumen ſuum.hec ille.Item
Auguſti.lib.de dogmatibus eccleſiaſticis ait
Nulla maior eſt dignitas ſub celo q̄ꝫ ſacer-
dos dei ad celeſtia ſacramenta per tractan-
da conſecratus. O ſacerdos dei:ſi altitudi-
nem celi contemplaris:altior es.ſi pulchritu
dinem ſolis lune atqꝫ ſtellarum rimeris pul
crior es.ſi diſcretionem angelorum diſcreti-
tior es.ſi omnem dominorum ſublimitatem
ſublimior es:ſolo tuo creatore inferior.hec il
le.Item Bernar.in ſermone de octaua pa-
ſce ait.Quantam dignitatem: quantam no
bilitatem: quantum enim donum contulit
vobis deus o ſacerdotes:prerogatiuam eniꝫ
ordinis noſtri pretulit deus omnibus regi-
bus ⁊ imperatoribus terre:pretulit ordinem
noſtrum omnibus ordinibus mundi: immo
vt altius loquar pretulit vos deus omnibus
ordinibus angelorum:⁊ omni angelice hie-
rarchie.Sic enim non angelos ſed ſemē ha
brae apprehendit ad faciendam redemptio-
nem:ſic non angelis ſed hominibus ſoliſqꝫ
ſacerdotibus commiſit dominici corpis ⁊ ſā
guinis ꝯſecrationē.O igit̄ veneranda ſacer
cerdotis dignitas in terra:in quorum ma-

nus filius dei velut in vtero beate virginiſ in
carnatur. O celeſte miſterium per quod pa-
ter ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus tanta mirabi-
lia operatur: ita ꝙ ſubito idem dominus qui
in celo reſidet in manibus veſtris ſacrifi-
catur. Unde dominus gloriatur: Ange-
lus admiratur: horret infernus: contremi-
ſcit diabolus: quem revereri etiam plurimū
debet omnis humana atq̃z mundana celſi-
tudo. hec Bernardus. Item eccleſiaſtici. 7.
In tota anima tua time deum: ⁊ ſacerdotes
illius ſanctifica. honora deum ex tota anima
tua: ⁊ honorifica valde ſacerdotes. Item bea
tus pater noſter Franciſcus vt habetur in cō
formitatibus: vt fratres ſuos iduceret ad ſin-
gulariter reuerendum ſacerdotes ſepius hec
verba dicebat. Audite fratres mei: ſi Beata
virgo honoratur vt dignum eſt: quia filium
dei portauit in ſanctiſſimo ventre ſuo. Si ba
ptiſta beatus contremuit ⁊ non audet con-
tingere ſanctū dei verticē. Si ſepulchrum in
quo per aliquod tempus iacuit tanta reuerē
tia veneratur: quātuz debet eſſe ſanctus ⁊ iu-
ſtus: qui iam non mortuū: ſed glorificatum ⁊
in eternum victurum: in quem deſiderāt an-
geli proſpicere cōtractat manibꝰ: corde atq̃z
ore aſſumit: ⁊ alijs quoq̃z porrigit ad ſumen-
dum. Qua ꝓpter: ſicut ſupra oe hominuz ge
nus: ⁊ ſupra angelos: ꝓpter hoc miſterū vos
ſacerdotes dominus honorauit: ita ⁊ vos cū
ſup omneſ diligere reuereri ⁊ honorare cura
te. Dico enim vobis: ꝙ ſi obuiarem angelo ⁊
ſacerdoti ſimul: prius reuerentiam debitam
facerē ſacerdoti q̄z angelo dei. h beatus Frā
ciſcus verbaliter. Criſoſtimus inſuper. 96. di.
c. Si imperator. ait. Si imperator catholicus
eſt: ꝙ ſalua pace ipſius dixerimus: filius ē nō
preſul eccleſie. ad religionez competit diſcere
ei conuenit non docere habet priuilegia po-
teſtatis ſue que adminiſtrandis legibus pu-
blicis diuinitus conſecutus eſt: ⁊ eius benefi
cijs non ingratus: contra diſpoſitionem cele-
ſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes autez
deus voluit que eccleſie diſponēda ſunt per-
uenire: nō ad ſeculi poteſtates: quas ſi vere fi
deles ſunt: ſue eccleſie ſacerdotibus omnino
voluit eſſe ſubiectas. h. ille. Deniq̃z Grego.
Mauritio regi. ij. q. j. c. ſacerdotibus. ait. Sa-
cerdotibus nō vt terrena poteſtas dominus
noſter citius indignatur: ſed excellenti conſi-
deratiōe propter eum cuius ſerui ſunt ita eis

dominatur: vt etiam eis debitam reuerentiā
impendat. Nam in diuinis eloquijs aliquā-
do dij. aliquando angeli vocantur. Naz ⁊ ad
Moyſem de eo qui ad iuramentum deducē
dus eſt dicitur. Applica illum ad deos. ſciz
ſacerdotes. Et rurſum ſcriptum eſt. Dijs nō
detrahes: ideſt ſacerdotibus. Et propheta ait
Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā: ⁊ legē re
querēt ex ore eius: quia angelus domini exer-
cituū eſt. Quid igitur mirū ſi pietas veſtra il
los dignetur honorare: quibus i ſuo eloquio
honorem tribuens deus: eos aut deos ⁊ an-
gelos appellat. h ille. Ex predictis auctoritati
bus patet: qualiter ſacerdotalis dignitas ma
gis meretur incōparabiliter honorem du-
lie: q̄z omnis mundana poteſtas ſimul. ¶ Se
cundo hoc idē probo triplici ratione. Pri
mo ratione finalitatis. Secūdo ratiōe pa
ternitatis. Tertio ratiōe vtilitatis. ¶ Prio
ratione finalitatis. Fundamentum huius ra
tiōis ponitur a philoſopho tertio topicoruz.
di. Cuius finis melior: ipſum quoq̃z ſimplici
ter melius eſt: patet hec regula. Nam pona-
tur ꝙ hic ſit duplex vinum: quorum vnuz eſt
ſimpliciter bonum: aliud eſt optimum: claruz
eſt ꝙ illud optimū arguit vineā illā a q̄ egreſ
ſum eſt fuiſſe meliorem q̄z ſit vinea alterius
ſimpliciter boni. Similiter ponatur ꝙ medi-
cus materialis ſanet corpus infirmi: econtra
cōfeſſor qui eſt medicus ſpiritualis: ſanet ani
mam ab infirmitate peccati: cum ſanitas ani
me ſit melior ſanitate corporis: clarum eſt ꝙ
cōfeſſor dicetur eſſe nobilior i ope ſuo: q̄z me
dicus materialis in arte ſua. Quo ſuppoſito
peto quod ſit officium optimuz tēporaliū do
minorum: ⁊ certum eſt ꝙ eoꝝ officium eſt re
gere terras: cōſeruare ſtatū ſuū temporalem
facere temporalem iuſticiam: vt ſeruetur i po
pulis pax ciuilis ⁊c. huius. Ulteriuſ peto qđ
eſt officium ſacerdotum ⁊ ſpiritualium prela
torum: ⁊ certum eſt ꝙ officium eorum eſt ha
bere curam ſimpliciter ⁊ reginiē animarum
⁊ adminiſtrare eis ſpiritualia ſacramenta: q
bus perueniant ad eternam vitaz. Quod be-
ne ſaluator inſinuauit loquens Petro: ⁊ di-
cens ei prout ſcribitur. Jo. 21. Simō Joānis
amas me? dič ei petrus: domine tu ſcis quia
amo te. Dicit ei dominꝰ. paſce oueſ meas. ſ.
rationales animas: ſpiritualibus ſacramen-
tis. Et ter hoc idem replicauit. Ecce ꝙ Pe-
tro i pſōa oiuz ſacerdotū ꝯmiſſa ē aiaꝝ cura

⁊ ſpiritualia miniſtrare. Quibus premiſſis ſcilicet ꝙ officium dominorum ē regere coꝛ terras ⁊ ciuitates: offiм vero ſacerdotū ē cō uerſo ē hꝛe curā ⁊ regimē aiaꝝ: ⁊ ſimpliciter ſpiritualia nobilioꝛa ſint ꝙ̄ tēpoꝛalia: ſicut habetur. 12. q. prima. c. precipimus. ſequitur ꝙ ſacerdotalis dignitas incomparabiliter magis meretur honorari omni alia poteſtate ſeculari. Et ꝙ ſacerdotiſ offiм ſit ſimpliciter ſpiritualia miniſtrare: patet ex duobus. ſ. Ex interpꝛetatione nominis: ⁊ ex effectu ¶ Primo ex interpꝛetatione nominis. Nam ideo dicitur ſacerdos quaſi ſacra dans: eo ꝙ ipſe a domino ſacra ſuſcipit: que etiam ipſe populo ſuo diſpenſat. Quod confirmans tho. in. 4. di. 24. ar. 3. q. 3. in ſolu. primi argumēti dicit. Sacerdos interpꝛetaꝛ quaſi ſacer dux: eo ꝙ per miſteriuꝫ ſpirituale ſacerdos ē medīū inter deuꝫ ⁊ populum: quē per ſpiritualia ꝑducit ad deū: ſeu ſacerdos īterpretaꝛ ſacra dans. Aliquis autē pōt ſacra dare duobus modis: auxiliādo: vel diſpenſando. Primo modo auxiliando: ⁊ iſto modo quilibet iuſtus inquantū ſacra ſua merita dat vel cōmunicat alijs auxiliando vel cohoperando alij ad meritum vite eterne interpꝛetatur ſacerdos. Et propter hoc dicit Criſo. ꝙ omnis ſanctus eſt ſacerdos: nō autem omnis ſacerdos eſt ſanctus. Secūdo pōt aliquis dare ſacra: videlicet ſacramenta miniſtrando vel diſpenſando. Et hoc modo nomen ſacerdotis eſt inſtitutū: ad ſignificandum eum ſimpliciter qui ſacra dat in ſacramentorum diſpenſatione. ⁊ ſic ille qui eſt in gradu oꝛdinis conſtitutus ſimpliciter dicitꝛ ſacerdos. ¶ Secundo etiā patet ex effectu: ꝙ videlicet ſolius ſacerdotis officium ē ſacra ⁊ ſpiritualia miniſtrare. Nā deus ipſis ſolis hoc priuilegiū conceſſit vt poſſint dare oꝛdines in eccleſia ſua qui ſunt ſeptem. Prim⁹ eſt hoſtiarioꝝ. ſecundus lectorum. tertius exorciſtarum. q̄rtus accolitoꝛum. ⁊ iſti vocātur quattuoꝛ minores: ⁊ non ſimpliciter ſacri: qꝛ poſt illoꝛum ſuſceptionem licitum eſt cuilibet matrimonium contrahere. quītus ē ſubdiaconatus. ſextus eſt diaconatus. ſeptimus preſbyteratus ⁊ iſti tres vocantur oꝛdines maioꝛes ⁊ ſacri qꝛ poſt illoꝛum ſuſceptionem non eſt licitum matrimonium contrahere. Preſbiterat⁹ vero eſt omnium oꝛdinum perfectiſſimus: ⁊ alioꝛum terminus. alij autem ſūt quaſi ſex gradus: quibus ad tronum ſalomonis aſcenditꝛ. Item eiſdem ſolis ſacerdotibus ⁊ non alijs dedit deus priuilegium miniſtrandi ſuis fidelibus omnia eccleſie ſacramenta que ſūt ſeptem. primum ē baptiſmum. ſecundum cōfirmatio. tertium eucariſtia. quartum penitentia vel confeſſio. quintū extrema vnctio. ſextū oꝛdo. ſeptimum matrimonium. Ex quibus patet: ꝙ reſpectu effectuuꝫ ⁊ nominis interpretationis ſacerdos interpꝛetatur quaſi ſpiritualia ⁊ ſacra dans. Quod ſi diceres cū ſacerdos interduꝫ ſit peccatoꝛ: quomodo pōt in alijs infundere ſacram gratiā dei. Reſpōdit magiſter i. 4. di. 19. c. 3. ꝙ hoc pōt pro ſuo offitio dignitatis: ⁊ allegans Aug. ait. Dictū eſt a domino. vꝫ numeri. 6. ad moyſē ⁊ Aron ſacerdotes. Vos ponite nomē meū ſuꝑ filios iſrael: ⁊ ego dn̄s benedicā eos. hoc dixit vt graꝫ ꝑ miniſteriū oꝛdiati trāſfundāt hoibus nec volūtas ſacerdotis obeē vel ꝓdeſſe pōt ſꝫ tm̄ meritu ꝫ benedictioneꝫ poſcētis. hec ille Si igitur vt ex premiſſis patet ſacerdos ſimpliciter ſacra ⁊ ſpiritualia miſtrat: principes vero tēpoꝛalia ⁊ trena: clarū ē ꝙ in cōparabilit honobilioꝛ ē ei⁹ gradus ⁊ honoꝛe dignioꝛ ꝙ̄ ſimul tēpoꝛalis stat⁹. Que ſimul oia ꝯfirmat tho. ſecūda ſecunde. q. 32. ar. 3. in coꝛpoꝛe. q. di. Cum q̄rit an elymoſine ſpirituales ſint nobilioꝛes coꝛpoꝛalibus. Reſpondeo ꝙ opatio iſtaꝝ elymoſinaꝝ pōt attēdi duplicit. vno mō pn̄t cōpari ad aliquē ꝑticularē caſū: in q̊ tūc coꝛpalis elymoſina alicui ſp̄uali ꝑferꝛ: vt puta magis eē paſcēdū fame moꝛiētē: ꝙ̄ docēdū. ſicē idigēti. ſm ph̄m meli⁹ dare ꝙ̄ philoſophari. Alio mō pn̄t ſimplicitꝛ attēdiꝛ ⁊ ſꝫ hoc elymoſine ſp̄uales ꝑferūtur coꝛpalibus triplici reſpectu. ¶ Primo qꝛ illd̄ qd̄ exhibetur nobili⁹ ē. ſ. donū ſp̄uale ⁊ ꝑeminet coꝛpali ſm illd̄ ꝓuerb. 4. Donū bonū tribuā vob legē meā ne dꝛelinq̄tis. ¶ Scd̄o reſpectu ei⁹ cui ſbueniꝛ: qꝛ ſp̄us nobilioꝛ ē coꝛpe. vn̄ ſicut hō ſibiipi magis dꝫ ꝓuidē quātū ad ſpm ꝙ̄ quātū ad coꝛpus: ita ⁊ ꝓximo quē dꝫ ſicut ſe ipſū diligē. ¶ Tertio ꝑ reſpectū ad ipos act⁹ quibus ſubuenitur pro chriſto: quia ſpirituales actus ſunt nobilioꝛes coꝛpoꝛalibuſ qui ſūt quodāmodo ſeruiles. hec tho. verbaliter. Dō ſi ſic eſt: ꝙ ſpiritualeſ elymoſine que animabus exhibenꝛ ceteris paribus icōparabiliter ſūt nobilioꝛes mālib⁹ elymoſinis que coꝛpibus tribuūtur: cōcludiꝛ idē qd̄ ꝑus. Et cōſir

mo iſtā rōez ſic. Cū in eccleſia ſint multe di-
gnitates: videlicet archipreſbyterorum: archi
diaconorū: epiſcoporuꝫ: archiepōruꝫ: patriar
charum: cardinaliū: atqꝫ vltimo gradu papa
lis dignitas: peto an dignitas ſacerdotalis oī
bus predictis ⁊ etiam dignitate papali nobi
lior ſit. Reſpondēt doctores cum diſtinctiōe
ꝙ videlicet duplex ē dignitas. vna que habꝫ
poteſtatē ſimpliciter ſupra corpus miſticū .i.
ſupra chriſtianos: conferendo eis ordines: et
quantū ad hoc conceditur: ꝙ exquo papa hꝫ
vniuerſalē poteſtateꝫ ſuper totā eccleſiaꝫ: ſeu
ſuper omnes fideles: nobilior eſt ſimplici ſa-
cerdote. Si autem loquamur de ſecunda di
gnitate. videlicet de poteſtate ſup̄ corpus chri
ſti: verum dico ꝙ tanto nobilior eſt dignitas
ſacerdotis nobilitate pape: quanto nobilior ē
dignitas corpis chriſti veri dignitate ſimul
omnium fidelium. Et in hoc magis ē hono
randus ſacerdos incōparabiliter: qꝫ papa et
ceteri omnes eccleſiaſtici prelati. Et ratio eſt
quia nec alie dignitates nec papa inqꝫtum
papa poſſunt conficere corpus chriſti: quod
tamen pōt ſimplex ſacerdos. imo vt ait Ri-
car. in. 4. di. 2. 4. ar. 5. q. 2. Siquis ordinare-
tur in epiſcopū ſeu in papā ſimpliciter ⁊ non
eſſet preſbyter: nihil eſſet factum: ⁊ nullus or-
do poſſet ab eis miniſtrari. Quod ſi vt patꝫ
ſacerdos nobilior ē quantuꝫ ad dignitatem
ipſo papa. Si ergo omnes reges ⁊ imperato
res papā adorant ⁊ venerantur dum coram
eo genua flectunt ⁊ eius oſculātur pedes: cla
ruꝫ ē: ꝙ quiſqꝫ ſacerdos etiaꝫ quantumcūqꝫ
ſimplex: merito debet a cunctis fidelibus ve-
nerari. ¶ Secundo probo ratione paternita
tis: ꝙ omnes fideles etiam dn̄i temporales
tenentur de neceſſitate ſalutis honorare du-
lie prelatos eccleſie: ſeu ſacerdotes venerari
Fundamentum huius rationis ponit ſalua-
tor Mat. 19. di. Si vis ad vitā ingredi ſerua
mandata. Quo conceſſo: ꝙ quiſqꝫ de neceſſi
tate ſalutis tenetur mandata dei adimplere
Claꝝ eſt ꝙ omnibus tam dominis qꝫ ſeruis
precipitur Exo. 20. Honora patrē tuuꝫ ⁊ ma
trē: vt ſis longeuus ſuper terram. Sꝫ certū
eſt ſm Alexan. de ales in tertia parte ſūme
in expoſitione huius precepti: ꝙ triplex ſingu
lariter eſt pr̄. videlicet pr̄ celeſtialis qui dat
animam: de quo Mat. 6. Pater noſter qui
es in celis. Et deutero. 22. Ipſe enim ē pater
tuus qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Et ad

epheſe. tertio. A quo omnis paternitas in ce
lo ⁊ in terra denominatur. ¶ Secundus eſt
pater carnalis: qui dat filio ſbam corporaleꝫ
dicente pho lib. de animalibus. Sba corpo-
ris filij eſt pars ſbe corporis pr̄is. ¶ Tertius
deniqꝫ ē pater ſpiritualis: qui miniſterialiter
per regenerationem baptiſmi ⁊ alioꝝ ſacra-
mentorum dat gratiam paruulis ⁊ adultis.
Nunc autē exquo omnes iſti tres ſunt pa-
rentes omnium fideliuꝫ: merito tenetur vnuſ
quiſqꝫ propter predictum preceptum eos ve
nerari. Et primo pater celeſtis: cum creaue-
rit animam cum infinita potentia ſapientia
⁊ bonitate de nihilo: ⁊ eam in eſſe conſeruat
⁊ eam quātuꝫ in ſe eſt beatificare velit: mere
tur honorari infinito honore latrie. De quo
honoris obligatione. primo thopichoruꝫ phs
ait. Deuꝫ verū a quolibet venerari oporteat
ſiquis dubitat indiget pena: ſicut qui dubitat
vtrū nix ſit alba indiget ſenſu. hec ille. ¶ Se
cundo etiam virtute illius precepti honoran
dus eſt pater carnalis. Vnde Jero. de hono
re parentuꝫ ait. Honorandi ſūt parentes: qꝛ
ſunt primo nobis cauſa naſcendi. Et eccleſia
ſtici. 7. dicitur. Honora patrē tuū ⁊ gemitus
matris tue ne obliuiſcaris: ⁊ memento ꝙ ni
ſi per illos non fuiſſes. Et. 9. ethicorum phs
ait. Patrē videtur homo magis debere ve
nerari qꝫ etiam ſeipſum. Item. 9. ethicorum
ait. Magiſtris dijs ⁊ parentibus nō poteſt
reddi equale. ¶ Tertio deniqꝫ per illud pre-
ceptum a fortiori eſt honorandus pater ſpiri
tualis. i. prelatus vel ſacerdos: qui dum mini
ſterialiter dant nobis gratiam dei ⁊ bene eē
quaſi in infinitum magis honorandi ſunt a
nobis qꝫ parentes carnales. de qua magna
honoris obligatōne apoſtulus p̄me thi. 5. ait.
Qui preſunt preſbyteri duplici honore digni
habenť. Et Jero. 95. d. c. Eſto ait. Eſto hūilis
ſubiectus pontifici tuo: et quaſi parenteꝫ ani
me tue honora ⁊ ama. Et Gre. 96. di. c. quis
dubitat. ait. Quis dubitat ſacerdotes chriſti
regum ⁊ principum omniūqꝫ fidelium ve-
ros patres ⁊ magiſtros cenſeri. Nonne mi-
ſerabilis inſanie eſſe cognoſcitur: ſi filius pa
trem: diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſub
iugare: ⁊ iniquis obligationibus illuꝫ ſue po
teſtati ſubicere: a quo credit non ſoluꝫ in ter
ra ſed etiam in celis ſe ſe ligari poſſe ⁊ ſolui
hec ille. Si igitur vt pater ſacerdotes ſunt pa
tres omnium regum principium atqꝫ fide-

lium ergo ex precepto omnes tenentur eos
honorare. Quod ſi aliter fit: cum fiat con-
tra preceptum dei ⁊ voluntatem tales pro-
fecto maximam recipient penam. luc. 12. Ser
uus qui cognouit voluntatem domini ſui et
non fecit: vapulabit multis plagis. Quid hic
dicemus de quibuſdam qui non tantum ve
nerantur prelatos eccleſieq; ſacerdotes: ſed
inſuper eis maledicunt: eos contemnunt: bo
naq; ſua ſimul et famam eis diripiunt ⁊
profecto tales patres ſuos ſpirituales ſic vi-
tuperantes in hac vita: in futura ab ipſo deo
meledicti erunt. Si eniz illi maledicti ſunt a
deo qui parentibus carnibus maledicunt.
Exo. 20. leui. 20. Qui maledixerit patri ſuo et
matri morte moriatur: et qui percuſſerit pa-
trem aut matrem morte moriatur: a fortiori
mala morte morietur: qui patri ſpirituali ma
ledixerit ſeu detraxerit vel percuſſerit. Non
ne vt habetur genen. 9. Maledictus fuit chā
a deo ⁊ patre ſuo: ex eo ꝙ pudenda patriſ ſui
diſcohoperuit. Econtra vero Japhet qui
pudenda illius cohoperuit ab vtroq; bene-
dictus fuit: et certum eſt ꝙ ſic. A fortiori, er-
go erunt benedicti a patre celeſti: qui paren-
tibus ſpiritualibus benedicunt: ſeu eoruz ma
lefacta quantum fas eſt cohoperiunt ⁊ excu-
ſant. Oppoſitum vero erit de his qui eis ma
ledicunt ⁊ detrahunt: quoniam diuinam ma
ledictionem incurrent. Proinde Clemens
papa. ſecunda queſtione. 7. ca. ſacerdotes.
§. Qualis. ait. Qualis cōdēnatio eis immine-
at qui in patres ſpirituales peccant: diuina
ſcriptura oſtendit dicens. Sicut eniz cham
quia non operuit pudenda patris meledi-
ctus fuit: multo ampliori maledictione ſunt
digni: qui patribus legatione dei fungenti-
bus contumeliam inferunt. hec ille. Itē Ana
cletus papa. 24. q. 7. ca. maiorem. ait. Sen-
tentia cham filij Noe qui verecunda patris
non operuit: ſed vidēda monſtrauit. dānan
tur qui ſuorum doctorum vel prepoſitorum
culpam produnt. hec ille. Proinde ſecundi
Regum. 6. figuratiue ſcriptum eſt. ꝙ duz ar-
cha domini reuerteretur de gabaa in hieru-
ſalem: bobus calcitrantibus archa inclinata
eſt: cui cum Oza leuites manum adhiberet
vt eam erigeret a domino percuſſus inte-
rijt. Moraliter per archaz prelati intelligun
tur: per ozam ſubditi: per inclinationem ar-
che caſus prelatorum: per illum qui manum
adhibet reprehendentes ſubditi vel accuſan
tes vitam eorum: qui a domino percuſſi in-
tercūt: q; faciunt contra ordinem charita-
tis ⁊ reuerentie ſic detrahendo. ¶ Tertio eti
am probo ratione vtilitatis: ꝙ quiſq; tene-
tur plus ſacerdotes q̃ temporales dominos
reuereri. Fundamentum huius rationis po
nit philoſophus tertio thopicorum. et. 9. ethi
chorum. di. Beneficiatus quiſq; tenet re-
pendere vices ſuo benefactori. Que veri-
tas etiam ponitur extra de teſta. cap. Cum
in officijs. vbi dicitur. In offitijs charitatis
primo loco illis tenemur obnoxij: a quibus
beneficium nos cognoſcimus recepiſſe. hec il
li. patet hec regula. Nam curiales ideo ſer-
uiunt dominis ſuis: ⁊ eos venerantur qui ci
bum et veſtimenta ſeu alia beneficia recipi-
unt ab eis. Hoc inſuper patet in brutis ani-
malibus. Nam legitur ꝙ cum beatus Hie
ronymus viueret: extraxit ſpinaz de pede vni
us leonis: qui poſtmodum pro gratitudi-
ne fratribus ſuis a monte ligna portauit ad
vſum monaſterij. Quo preſuppoſito: ꝙ tan-
to quiſq; tenetur eſſe gratus erga benefacto
rem ſuum: quanto maius beneficium ab ip-
ſo recepit: certum eſt ꝙ ſacerdos maiora be
nefitia cuilibet chriſtiano impēdit: q̃ ſimul
ei impendere poſſent omnes domini terra-
rum: pro quibus et merito venerari debet. vn
de. 5. maxima beneficia ſacerdos prebet chri
ſtiano. quorum Primum dicitur benefi-
ciū mūdatiōis. Scōz beneficiū Remiſſiōis
Tertium beneficium donationis. Quar-
tum beneficium Cibationis. Quintum be-
neficium Aperitionis. ¶ Primum benefiti
um qđ ſacerdos cōmunicat chriſtiano dici-
tur mūdationis. Certum eſt enim q; omnes
naſcimur filij ire ſeu in peccato originali: vt
dicit apoſtolus ad ephe. 2. Et etiaz Augu. de
conſecra. di. 4. c. firmiſſime. ⁊ inſuper omnes
theologi in ſecundo. di. 30. Sine mundatio-
ne: aut huius originalis culpe: que fit p bap-
tiſmuz: nullus ſaluari pōt. Jo. 3. Niſi quis re
natus fuerit ex aqua ⁊ ſpū. ſ. non pōt introi-
re in regnū dei. Nūc autem peto a te o chri
ſtiane: quis dat tibi hoc beneficiū baptiſmi.
vtiq; ſacerdos. Et lz i neceſſitate clarū eſt ꝙ
omnes poſſunt baptizare: vir ⁊ mulier: fide-
lis et infidelis: dummodo habeant intentio-
nem baptizandi: ⁊ ſeruent formam eccle-
ſie: tamen mulier preſente viro non poteſt

baptizare.neqȝ laicus preſente clerico:neqȝ clericus preſente ſacerdote. presbiter autem ſm tho. poteſt baptizare preſente epiſcopo hec omnia habentur de conſe.di.4.c.Mulier.c.Romanus.c.In neceſſitate.c.a quodā iudeo.ꝛ.c.Siue hereticus.Et.30.q.3.c.ſuper his.Ricar autē.in.4.di.5.ar.pmo.q.i.i corpore queſtionis dicit:ꝙ ſolus ſacerdos ē miniſter baptiſmi.Et idem.Ric.di.4.ar.j.q i.in corpore queſtionis ait.Paruuli i baptiſmo recipiunt effectum baptiſmi:qui ſunt peccati purgatio:gratie collatio:pene remiſſio:ꝛ carracteris indelebilis impreſſio.hec ille verbaliter.O igitur xpiane magis teneris ſacerdoti ex beneficio baptiſmi q̄ȝ ſi aliqs tibi dediſſet totuȝ aurū mundi.Et ratio eſt:qꝛ ex baptiſmo acquiri pōt gratiā ꝛ amicitiaȝ dei quā cū toto mūdi auro acqrere non poſſes. Exquo igitur non das tēporalia pro beneficio baptiſmi:ſaltē ꝓ recōpenſatione gratitudinis teneris humiliter ſacerdotē venerari. ¶Secundum beneficiuȝ qđ chriſtiano cōicat ſacerdos eſt remiſſio.Accidit eniȝ plerunqȝ:ꝙ poſt baptiſmū cōmittuntur multa peccata:ſine quorū pñia impoſſibile ē ſaluari.dicente dño Luc.13.Niſi pniam egeritis:oēs ſimul peribitis.Sed qs eſt qui hoc beneficium remiſſionis peccatorū actualiū pſtat chriſtiano:vtiqȝ ſacerdotes:quib⁹ a chriſto ꝛ nō alteri perſone:non ēt angelis hec auctoritas eſt cōmiſſa.Joh.20.Accipite ſpirituȝ ſanctuȝ quorum.r.p.r.e.ꝛ quorū.re.reten.ſunt.Hoc beneficium nullus preſtare pōt niſi ſacerdos vnde Ricē.in.4.di.17.ar.2.q.4.in fine corporis queſtiōis ait.Qui nō hñt copiā ſacerdotis ꝛ hñt rationalē excuſationē ꝛ legitimā non tenentur ad obſeruationeȝ huius precepti.Non enim ē dicendū vt quidā dicunt:ꝙ tales de neceſſitate teneātur laicis ꝯfiteri:cū non ſit preceptū confiteri niſi ſacerdoti. hec.Ricar.verbaliter.Et in.4.di.18.ar.j.q.pma dicit.Quod deus effectiue peccata dimittit: ſolus aūt ſacerdos miſterialiter.Et in.4.di.9.ar.primo.q.prima.in queſtione.Vtrū claues ꝛ poteſtas remittendi peccata ſint data alicui preterq̄ȝ ſacerdoti.Reſpōdit ꝙ nō.Et ꝙ plus ē auctoritatē remittendi peccata ſacerdotes veteris legis nunq̄ȝ habuerunt. Nec inſup glorioſa virgo Maria.vñ Innocentius terti⁹ ex.de pe.ꝛ re.c.Noua.ait.Noua q̄dam ſunt noſtris aurib⁹ intimata ꝙ abbatiſſe ꝓprias moniales benedicunt:ipſariȝ ꝯfeſſiones in criminibus audiunt.Et legentes euangeliuȝ preſumunt publice predicare Cuȝ ergo abſonū ſit pariter ꝛ abſurdū:mandam⁹ quatenus ne id de cetero fiat.Curetis firmiter inhibere:qꝛ licet beatiſſima virgo Maria dignior ꝛ excellētior apoſtolis fuerit vniuerſis:non tamen illi ſed iſtis tantuȝ dominus claues regi celorum cōmiſſit.hec ille His premiſſis o chriſtiane ſi medicus tēporalis ſanaret plagas ꝛ infirmitatē corporis tui:vtiqȝ pro gratitudine honorares eū.Afortiori teneris venerari ſacerdotē:qui mediante ſacramento ſeu medicina perfectiſſime cōfeſſionis ꝛ penitentie ſanat animaȝ tuam ab omnibus plagis peccatoruȝ.Proinde Eccleſiaſtici.38.dicitur.Honora medicum.ſcilicet ſpiritualē:propter neceſſitatem:etenim creauit illū altiſſimus.Sed heu quidam tanquā frenetici contra medicos ſpirituales inſaniunt:eoſqȝ detractationibus dilacerāt ꝛ diſſerpunt.¶Tertiū beneficiū qđ ſacerdos cōmunicat chriſtiano dicitur donationis.Cū eniȝ peccator per mortalē culpā mercatur duplicē penā.ſ.tēporalem ꝛ eternā:ſacerdos pmo remittit eternā:que ꝛ ſi per cōtritionem commutetur in purgatoriam vel temporalem:tamen contritio per ſe hanc commutationem facere nō pōt niſi cum propoſito confeſſiōis ꝛ abſolutionis ſacerdotalis:dicente propha. Dixi confitebor aduerſum me i.m.d. Secūdo etiaȝ donat penā purgatoriam:que grauiſſima eſt:ſicut habetur.25.di.c.qui in aliud ꝛ hoc facit auctoritate pape:qui poteſtatem habet dare indulgentiam plenariam ab oī culpa ꝛ pena.Et ꝙ hanc duplicem penam remittit ſupradicto modo:probatur auctoritate ſaluatoris Mat.18.Amen dico vobis q̄cunqȝ ligaueritis ſuper terram.Quod confirmans Ricar in.quarto.di.20.ar.3.q.j.i corpore queſtionis dicit.Vbicūqȝ ē auctoritas pape charitas recipientis:thaur⁹ meriti paſſionis:chriſti qui preualet in infinitum omnibus penis debitis ꝛ pene ſanctorum martyrum qui maiores penaſl ſuſtinuerunt quā merentur eorū peccata.ſicut fuit Jo. baptiſta ꝛ huiuſmodi.his ſimul concurrentibus dimittitur integre omnis pena.Reſpectu igitur huius magni benefitij:etiam ſi prelatus vel ſacerdos eſſet quaſi vnus dyabolus:adhuc debȝ venerari ſuper oēs princeps terre.

¶Quartū bñficiū qđ ſacerdos cōicat xp̄ia-
no dicit̃ cibatōis: ⁊ ꝓpter h̄ etiā meret̃ ab eo
venerari. Cū enim hō ſit cōpoſitus ex corpe
⁊ aīa: neceſſe eſt vt vtrūqȝ hēat cibū ſibi ordi
natū ⁊ ꝓportionatū ad h̄ vt tpaliter ⁊ ſpūalr̃
viuat: dicēte pho. 2. de aīa. Neceſſe ē oē viuēs
q̄ȝ diu viuit nutriri alimēto ſuo. Ideo ſicut
corpus cibo mālī paſcitur: ſic aīa ſpūali: quia
ſicut dicit Bernar. Ita male iplet̃ aīus auro
ſicut ſtomachus vento: propter qđ Mat. 4.
ſaluator dicit. Non in ſolo pane viuit hō ⁊c.
Cum tñ aīa ſit ſpūalis: ⁊ ſit in tāta dignitate
conſtituta ꝙ nullū creatū bonū eam ſaciare
poſſit: dicēte Bernardo. Nihil min⁹ deo pōt
aīe capacitatem implere: hinc eſt ꝙ ſolus ſa-
cerdos prebet xp̄iano corpus ⁊ ſanguinē xp̄i
in cibū ipſius aīe: ſine quo aīa ſpūaliter viuē
non poſſet: dicēte dño Jo. 6. Caro mea vere
eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt pot⁹: ⁊ ſub
iungit. Niſi manducaueritis carnē. f. h. ⁊ b.
eius. f. non. h. v. in vobis. Qđ totū ꝯfirmans
Salomon ſapie. 16. ait. Angelorū eſca nutri-
uiſti populū tuū. ſ. o tu ſacerdos: ⁊ panem de
celo preſtitiſti eis omne delectamentū in ſe
habentē. Ex hoc igit̃ īfinito bñficio qđ ſacer-
dos tibi cōicat: teneris ſi fas eſſet eū magis
in infinitū venerari q̄ȝ oēs ꝑncipes mundi.
¶Quintū deniqȝ bñficium qđ ſacerdos cōi
cat xp̄iano: propter qđ honorari meret̃: dicit̃
apertionis. Sicut enim rex terrenus habēs
theſaurū magnū in domo ſua non cuilibet ſȝ
maioribus tm̄ claues theſauri domus ſue cō
mittit. Ita rex eternus ſm̄ Ric. in. 4. di. 19.
arti. j. q. j. ⁊ ij. ad cōicandū theſaurū paradiſi
ſeu glorie ſue: non cuilibet ꝑſone ſed ſolis ſa-
cerdotibus claues. i. ptātē dedit. Matth. 16.
Tu es Petrus ⁊ ſup̄ hanc petram edifica-
bo eccleſiam meam: ⁊ porte inferi non preua
lebunt aduerſum eam: ⁊ tibi dabo claues re
gni celorū. Magnum ꝑfecto donum faceret
vnuſquiſqȝ dño terreno ſi ei tm̄ daret vnū
caſtrū: a fortiori quiſqȝ xp̄ianus tenet̃ quaſi
in infinitū ſacerdotes venerari: qui eis dant
paradiſum ſeu ciuitatem ſup̄ne patrie: i qua
infiniti ſūt theſauri. dicēte apoſtolo. j. ad cor.
2. ꝙ oculus nō vidit: nec a. a. nec in. c. h. a. que
pre. d. d. ſe. Vltra predicta. 5. beneficia ꝑter-
mitto orationes: miſſas: ⁊ officia: que ſunt in
finiti valoris: que ipſis cōicant̃: ⁊ que omnia
pro gratitudine ſingularem honorem ꝑme-
rentur. Ex predictis igitur tribus rationib⁹
clariſſime patet: qualiter ſacerdotibus ⁊ ec-
cleſiaſticis prelatis icōperabiliter maior ho-
nor dulie: q̄ȝ cūctis dñis terre debeat̃. ¶Ter
tio deniqȝ hoc idem probo exēplis. Et ꝑmo
exemplo beati patris noſtri Franciſci: q pre
omnibus dominis terre humiliter: ⁊ preci-
pue ſacerdotes venerabat̃: ⁊ a fratribus ſuis
venerari precipiebat: ꝓpter qđ ⁊ de ipſo can
tat eccleſia in quadā anthiphona. Franciſc⁹
vir catholicus: ⁊ totus apoſtolicus: eccleſie te
neri fidē romane docuit: preſbyteroſqȝ mo-
nuit pre cūctis reuereri. ¶ Aliud exemplum
habemus de Alexandro magno. Nam re-
citat magiſter hyſtoriarū: ꝙ cum Alexander
capta Gaza iret in ierlm: Judas orabat ꝓ
gente ſua: cui dominus ait vt conſideret ⁊ ci
uitatem ſericis ornaret: ⁊ pontificalibus in-
dutus obuiam pergeret Alexandro: qđ ⁊ fecī
cum ſacerdotibus ⁊ magna populi multitu-
dine: quē cum Alexander videret pontifica-
libus indutum: ⁊ ſuper frontem laminā au-
ream haberet: in qua erat ſcriptum nomen
domini tetagramaton: confeſtim deſcendit
ab equo: ſoluſqȝ adijt ⁊ nomen domini ado
rauit: atqȝ potificem cum ingenti humilitate
honoratus eſt. Petentibus autē ſocijs q̄re
ſacerdotem hebreorū ſic adoraſſet: ait. Non
hunc adoraui ſed deum cuius principatum
ſacerdotij tenet: nam per ſomnium deum in
tali habitu vidi: qui mihi ꝑncipatum perſarū
ſi eius ſacerdotem honorarem ſe daturum
in viſionē ꝓmiſit. Hec magiſter hyſtoria-
rum. Quo exemplo patet: ꝙ ſi Alexāder ꝓp
honorem quē fecit ſacerdoti dei meruit hr̄e
regnum perſarū: a fortiori tenetur quiſqȝ vt
demonſtrant auctoritates: rationes: ⁊ exem-
pla predicta: pre cūctis humiliter Chriſti ſa-
cerdotes venerari: pro habēdo regno eterne
vite. Quod deus omnibus ſacerdotes vene
rantibus concedere dignetur: per gratiam in
preſenti: ⁊ per gloriam in futuro. Amen.

¶ Sabbato poſt tertiam dominicam qua-
drageſime. Iterum de nobilitate ſacratiſſi-
me fidei: ſeu de maxima veneratione ſacer-
dotum ⁊ prelatorum eccleſie.

Ecce ego te con

dēnabo. Vade ⁊ ampli⁹ noli
peccare. Scribuntur hec ver-
ba Jo. 8. ⁊ in euangelio occur

rentis ferie. Poſt ſacri euangelij ſpiritualez
⁊ litteralem expoſitionez generoſi ciues. Ex
quo vt claruit poſt declarationem latrie et
hyperdulie in precedēti ſermone tractaui de
honore dulie: vbi demonſtraui quid eſſentia
liter ſit dulia: ⁊ qualiter debeat magis vni p-
ſone: ⁊ inſuper quō honor dulie magis exhi
bendus eſt ſacerdotibus: ⁊ eccleſiaſticis plat'
q̄ꝫ ceteris pſonis. nunc habeo in preſenti ſer
mone iterum de precipua veneratione ſacer
dotuꝫ tractare: vt magis ac magis vnuſq̄ſqꝫ
mundanus incitetur ad honorandum ipſos
ſacerdotes. Quod ideo facio: qm̄ rationes de
monſtrantes ſacerdotum dignitatem in pre
cedenti ſermone ꝓpter ſermonis prolixitatē
euitandam complere nequi. Et vt formali-
ter loquar dico ꝙ tanta eſt dignitas ſacerdo
tum: ꝙ abſolute ſuper cunctos principes ter
re ſunt humiliter honorandi: dulie venera-
tione. Quā obligationem venerationis etiā
tripliciter probo. Primo auctoritatibus.
Scđo rationib⁹. Tertio exēplis. ¶ Primo
probo auctoritatibus ꝙ dignitas ſacerdotis
ſuperat incomparabiliter dignitatem oīum
temporalium dominorum. Et per cōſequēs
ab omnibus eſt magis veneranda. vn̄ Ge-
laſius papa. Anaſtaſio imperatori adducit
auctoritatem Ambroſij. 96. diſt. c. Duo ſunt
⁊ ait. Duo ſunt quippe imperator Auguſte
honoris genera. vꝫ honor ſacerdotalis: ⁊ im-
perialis. Si tamen dignitatem ſacerdotalez
regum fulgori compares: ⁊ pncipum diade-
mati longe eſt inferior: q̄ꝫ ſi compares plum
bi mettallum ad auri fulgorem. quippe cum
videas regum colla ⁊ pncipum ſubmitti ge-
nibus ſacerdotum: ⁊ oſculata eorum dextra
orationibus illorum credant ſaluari. hec ille.
Item Innocentius Imperatori Conſtan-
tinopolitano ex de obediantia ⁊ maio. c. So
lite. ait. Non negamus qn precellat impator
in temporalibus illos dūtaxat qui ab eo re-
cipiunt temporalia: ſed pontifex in ſpirituali-
bus antecellit: que tanto ſunt temporalibus
digniora: quāto anima prefertur corpori. Et
infra ſubdit. Noſce debueras ꝙ fecit deus
duo magna luminaria in firmamēto celi: lu
minare maius vt peeſſet diei: ⁊ luminare mi
nus vt preeſſet nocti. vtrūqꝫ magnum: ſed al
teruꝫ maius. Ad firmamentū igitur celi hoc
eſt vniuerſalis eccleſie: fecit deus duo lumi-
naria magna. i. duas iſtituit dignitates: que
ſunt pōtificalis auctoritas ⁊ regalis poteſtas
Sed illa que preeſt diebus. i. ſpiritualib⁹ ma
ior eſt. que vero carnalibus minor: vt quāta
eſt inter lunam ⁊ ſolem: tanta inter pontifi-
ces ⁊ reges differentia cognoſcatur. hoc autē
ſi prudenter attenderet imperatoria celſitu-
do: non faceret: aut non permitteret conſtan
tinopolitanum patriarcham: magnum qdeꝫ
⁊ honorabile membrum eccleſie: iuxta ſcabel
lum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere
cum alij reges ⁊ principes archiepiſcopis ⁊
epiſcopis ſuis ſicut debent reuerenter aſſur-
gunt: ⁊ eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſi-
gnent. hec ille. Gloſa autez ſuper illo verbo
vt quanta eſt inter lunam ⁊ ſolem ⁊c̄. ſic ar-
guit dicens. Igitur cum terra ſit ſepties ma
ior luna: ſol autem ſit octies maior terra: re-
ſtat vt pontificalis dignitas quadragies oc-
cies ſit maior regali dignitate. h gloſa verba
liter. Ex quibus auctoritatibus patet: qualr
eccleſiaſtica dignitas incomparabiliter excel
lit omnem temporalem dignitatem: ⁊ ꝑ con
ſequens eſt ei merito maior dulie honor ex-
hibendus. ¶ Scđo hoc idem probo quadru
plici ratione. Primo ratione poteſtatis.
Scđo ratione propinquitatis. Tertio ra-
tione auctoritatis. Quarto ratiōe argumē-
tabilitatis. ¶ Primo ratione poteſtatis pro
batur: ꝙ maior eſt exhibendus honor digni-
tati ſacerdotali: quā omni dignitati tempora
li. Fundamentū rationis ponitur. 4. de celo
⁊ mundo. ⁊. 8. phyſi. Finitum ad infinitū nul
lam habet comparationem: quēadmoduꝫ ꝑ
ſimilitudineꝫ: nec ſola gutta aque comparari
poteſt ad omnes guttas maris totius. Silr
nulla eſt comparatio inter ſubſtantiam pau-
perculi ruſtici: ⁊ ſubſtantiaꝫ imperatoris ſeu
Regis francorum. Quo preſuppoſito: certū
eſt ꝙ adheſiue poteſtas ſimplicis ſacerdotis
eſt aliqualiter infinita: intellige in conſecra-
tione corporis Chriſti. omnis vero tempora
lis poteſtas quātum ad hoc eſt finita ⁊ ter-
minata: qđ ſi ſic eſt: ergo in infinitū plus me
retur honorari ſimplex ſacerdos q̄ꝫ omnis
ſimul mundana poteſtas. Et ꝙ poteſtas ſa-
cerdotis ſuperat in infinita. patet quattuor
reſpectib⁹. Primo reſpectu ſuperabilitatis
Scđo reſpectu equalitatis. Tertio reſpe-
ctu maioritatis. Quarto reſpectu compara
bilitatis. ¶ Primo dico ꝙ apparet eſſe ma-
xima poteſtas ſacerdotis reſpectu ſuperabi-

litatis. Nam ſacerdos in cōuerſione hoſtie ſuperat poteſtatem totius nature: cum ibi requiratur potentia infinita: ⁊ omnis virt⁹ nature eſt finita. Et ꝙ tota virtus naturalis q̄ eſt in omnibus creaturis nō ſit tanta quāta eſt virtus ſacerdotis. patet per experientiam Nam videm⁹ ꝙ natura habet virtutē trāſmutandi elementa de vno in aliud: q2 tranſmutat aquā in humorem: ⁊ humorē in florē ⁊ florem in fructum: ⁊ fructum in cibum: et cibum in carnem: ſed carnem non pōt natura tranſmutare in aīam. Sed hoc facit virtus ſacerdotalis: qui creaturam in creatorē tranſmutat. ſ. panem in carne Chriſti: ⁊ vinū in eius ſanguinem: ⁊ in hoſtia conſecrata eſt corpus ⁊ anima: ⁊ per conſequens ibi ē de⁹ per virtutem ſacerdotis. Nota tamē ꝙ panis non conuertitur in animam: ſed in corpus: ⁊ ex cōcomitantia propinqua eſt etiam ibi anima. Ex cōcomitantia vero remota ē ibi deitas: quia non eſt illud corpus ſine aīa ⁊ corpus ⁊ anima non ſunt ſine diuinitate. Licet igitur vt patuit magna ſit virtus nature: tamen maior eſt in infinitum virtus ſacerdotis: qui ſic ſuperat virtutem totius nature: ergo a fortiori ſuperat poteſtatem oīuꝫ dominoꝝ: quibus h̄ infinita poteſtas nullatenus eſt a deo cōīcata: que tn̄ ipſis ſacerdotibus conceſſa eſt. vnde Luc. 22. dicitur. Et accepto Jeſus pane gratias egit ⁊ fregit: deditq3 diſcipulis ſuis dicens. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite i meam cōmemorationem. Tunc enim ſm doctores omnes apoſtolos ⁊ eorum ſucceſſores ſacerdotes inſtituit: dans eis poteſtatē realiter conficiendi ſuum verum corpus.

¶ Scdō etiam dico ꝙ apparet eſſe maxima ⁊ infinita poteſtas ſacerdotis reſpectu equalitatis. Nam ſacerdos in virtute ⁊ potentia videtur quaſi deo eſſe equalis: qd̄ ſic patet. Nam in tribus deus oſtendit potentiā ſuā eē magnā. Primo eius potētia fuit magna quādo de aliquo aliquid fecit: ſicut quando formauit corpus Ade de terra: ⁊ Euam de coſta Ade. Scdō eius potētia fuit maior: qn̄ de nihilo aliquid fecit: ſicut fuit qn̄ mundum de nihilo creauit. Tertio dei potētia fuit maxima: quando vt ita dicam de creatura fecit creatorem: ſicut in incarnatione verbi: i qua deus factus eſt homo: ⁊ homo deus. Hanc maximam potentiā miniſterialiter de⁹ ſoli ſacerdoti contulit ⁊ nulli alij creature: nec ēt ipſi virgini glorioſe cōferre voluit: vnde ſoli ſacerdoti conceſſit: ꝙ deus vt ſic dixerim: cōuertatur in ſubſtantiam hoſtie: ⁊ econuerſo ſubſtantia hoſtie in deum. Si quis autem aſſereret pertinaciter ꝙ hanc maximam poteſtatem aliquis haberet preter ſacerdotem vtiq3 hereticus eſſet: prout habetur ex̄ de ſū. trini. ⁊ fide catho. c. j. §. vna vero. vbi ſic dicit Vna vero eſt fideliū vniuerſalis eccleſia: ex̄ quā nullus omnino ſaluat̄: in qua idem ipſe ſacerdos eſt ⁊ ſacrificiū Jeſus Chriſtus: cui⁹ corpus ⁊ ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini veraciter continetur tranſubſtantiatis pane in corpus: ⁊ vino in ſanguinē poteſtate diuina. Et ita hoc ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſolus ſacerdos: qui rite fuerit ordinat⁹ ſm claues eccleſie: quas ipſe conceſſit apoſtolis ⁊ eorum ſucceſſoribus Jeſus Chriſtus. hec ille. Ecce quāta eſt poteſtas ſacerdotis: qm̄ cum ſit vt ſic dixerim equalis deo in virtute: meret̄ nō quaſi homo: ſed quaſi deus: a cunctis fidelibus venerari. Pretermitto ꝙ Bonauētura in. 4. diſt. 10. dicit: ꝙ eiuſdem potētie ē creare totum mundum: ⁊ tranſubſtantiare hoſtiam in corpus: ⁊ vinum in ſanguinem Chriſti: qa vtrobiq3 requiritur bonitas: ſapientia: atq3 infinita potentia: l3 reſpectu materie maius ſit de nihilo q̄3 de aliquo aliquid facere. Quod ſi ſic eſt: ꝙ virtus tranſubſtantiandi hoſtiam in corpus Chriſti: quā habet ſolus ſacerdos equiparetur creatori totius mūdi: cogita q̄ſo quanto honore ⁊ reuerentia ſacerdos debet venerari. ¶ Tertio etiam dico ꝙ poteſtas ſacerdotis apparet eſſe maxima: ⁊ quaſi infinita reſpectu maioritatis. Nō tm̄ vt patuit ſacerdos ſuperat in virtute naturam ⁊ omnes homines: ſ3 inſuper excedit omnes angelos ſuperne ciuitatis in amplitudine poteſtatis: quod ſic patet. l3 enim vnus angelus quātūcūq3 minimus poſſit mouere vnum celum iuxta ſententiam theologorū in. 2. ſententiaꝝ tamen minime poteſt vnum ipſorum celoꝝ de celo ad terram: tam cito transferre: ſicut radi⁹ ſolis emittit̄ ab ipſo ſole. E3 ſacerdos trāſfert ſuo miniſterio veriſſimū corp⁹ xpi de celo empireo ad ipſuꝫ altare ſacratū: ⁊ hoc tā cito ſeu in tanta tp̄is breuitate: ſicut eſt diffuſio ſolaris lucis in terram: ſicut ponunt theologi in. 2. di. 9. vel dicas ꝙ l3 ptās angeloruꝫ

fit magna in mouendo celos: tñ nõ põt trã-
ſubſtantiare vnã ſubſtantiã in aliã ſicut fa-
cit ſacerdos: vnde ſi quis crederet ꝑtinaciter
ꝙ diabolus vel aliquis angeloꝝ poſſet tran
ſubſtantiare vnam creaturã in aliã hereticꝰ
eſſet: vnde conciliũ acquirenſe.26.q.5.c.epi
ait. Quiſqs credit poſſe fieri aliquã creaturã
aut i melius aut i deterius imutari: aut trãſ-
formari in aliam ſpẽm: niſi ab ipſo creatore
qui oĩa fecit: ⁊ per quẽ omnia facta ſunt: pro
culdubio infidelis eſt ⁊ pagano deterior. hec
ille. Hoc tñ vt ꝓdictũ eſt ſacerdos quottidie
facit: dum vinum in ſanguinẽ ⁊ hoſtiam in
corpus Chriſti ↄuertit: vel dicas ꝙ ſacerdos
excedit dignitatẽ oĩũ angelorum in celeſti
hierarchia. Et rõ eſt ꝙ nullꝰ angeloꝝ ſe extẽ
dit niſi ad fines ſue hierarchie: ſiue ſuoꝝ or-
dinum: ſacerdos aũt extendit ſe etiã vſqꝫ ad
fines hierarchie ſuperceleſtis: dum pars que
conſecrat᷑ eſt in hierarchia ſuperceleſti: ꝓpter
qḋ apoſtolus ad hebreos.13.ait. Habemus
altare de quo non hñt ꝑtãtem edere: qui ta-
bernaculo deſeruiũt.i. angeli. Ex quo igitur
vt claruit ꝑtãs ſacerdotis excedit in hoc vir
tutem omnium angeloꝝ: per ↄñs meret᷑ ſa-
cerdos ex ſupradicto reſpectu magis honora
ri: q̃ ſimul oẽs nouem chori ãgeloꝝ. Taceo
de potentia demonũ que tanta eſt: ꝙ ad eaꝫ
nulla in mũdo eſt cõpatio. Sicut enim dicit᷑
Job.41. Non eſt ꝑtãs ſup terram que com
paret᷑ ei qui factus eſt vt nullũ timeret. Et lꝫ
tanta ſit demonũ ꝑtãs: maior tñ incõpabilr
eſt ꝑtãs ſacerdotis. Et rõ eſt: quia cũ demo-
nes toto ſtudio ac viribus nitantur per iniq
tates pctõribus celũ claudere: ſacerdotes tñ
ſacramẽta penitentie miniſtrãdo: plus q̃ illi
claudere pñt celum confitentibus: ⁊ peniten-
tibus eis inuitis aperire. In cuius myſteriũ
cum ſacerdotes ab epo ordinant᷑: ꝑtãs clauiũ
eiſdem cum ſacerdotali caractere miniſtrat᷑:
ſicut habet᷑ in.4.ſen.di.19. ꝓpterea Matth.
16. ſaluator dicit. Tu es Petrus ⁊ ſup hanc
petram edificabo eccleſiam meã: ⁊ porte inf.
n.p.a.e. ⁊ tibi dabo cla.reg.ce. ¶ Quarto de-
niqꝫ dico ꝙ apparet eſſe maxima ⁊ quaſi in
finita ſuper oẽs poteſtas ſacerdotis reſpectu
cõparabilitatis. In hoc reſpectu o virgo glo
rioſa ⁊ benedicta ꝑfecto in veritate dicã me
excuſatum habebis. Nam demõſtro ſm qḋ
ꝑtãtem ſacerdotis eſſe maiorem ꝑtãte virgi-
nis glorioſe. Et in hoc Chriſtus voluit hono
rare ſacerdotes ⁊ preferre eos ſue matri. In
quattuor igitur ſm doctores ſacros ꝑtãs ſa
cerdotis ⁊ dignitas excedit ꝑtãtẽ ⁊ dignita
tem virginis glorioſe. ſ. in breuitate: in maio
ritate: in imortalitate: ⁊ in replicabilitate.
¶ Primo in breuitate. Nam ponat᷑ ꝙ quis
habeat clauem: que in qnqꝫ vicibus aperiat
portam: ⁊ alius habeat aliam que aperiat in
8. vicibus: nonne potentior erit prima clauis
ſcḋa: certe ſic. Sic nempe lingua virginis be
nedicte clauis extitit paradiſi: que octo ver-
bis portam aperuit: qñ rñdit angelo Luc.1.
Ecce ancilla domini fiat mihi ſꝫ verbũ tuũ.
Ecce ꝙ non in ꝑma vice ſiue in ꝑmo verbo
non in ſcḋo: ſed oĩbus.8. completis verbis: fi
lius dei deſcendit de celo in vteruꝫ eius. Sꝫ
vere longe maior eſt ſacerdotis poteſtas: q i
qnqꝫ verbis dicendo: hoc eſt enim corpꝰ meũ
aperit portam paradiſi: ⁊ facit filium dei in-
carnari in manibus ſuis. O magna ſacerdo
tis poteſtas. O mirabilis ſacerdotis digni-
tas: qui tam paucis verbis dei filium cogit i
carnari. ¶ Scḋo poteſtas ſacerdotis excedit
poteſtatem virginis in maioritate. Chriſtus
enim veniens in vterum virginis benedictũ
ſm Alexan.in.3.parte ſumme. vbi agit de in
carnatione verbi: corpus habuit tam paruũ
ſubtile ⁊ minutũ: vt ſupra papiꝫ vel palmã
poſitum: vix illud humanus oculus percepiſ
ſet: cum tñ ibi eſſet diuinitas: anima: ⁊ corpꝰ
omnibus membris organicis ⁊ liniamentis
formatum: qḋ bene ꝓphauit Iſaias.10.c.di-
cens. Verbum abbreuiatum fecit dñs ſuper
terram. Femina circũdabit virum. Ad prola
tionem aũt verborũ ſacerdotis certe deſcen-
dit Chriſtus tam magnus in manibus eius
ſicut erat in cruce: ⁊ ſicut modo regnat in ce-
lo. ¶ Tertio excedit poteſtas ſacerdotis pote
ſtatem virginis in imortalitate. Nam i ven
tre virginis Chriſtus fuit paſſibilis ⁊ morta
lis. in altari vero ſm Ricar.in.4. di.xj. arti.
4.q.4. ſeu in manibus ſacerdotis eſt impaſ
ſibilis ⁊ imortalis ⁊ glorioſus. ¶ Quarto in
ſuper ſacerdos excedit virginem glorioſam
in replicabilitate. Nam ſi beata virgo illa.8.
verba. Ecce ancilla cum cõſenſu millies re-
plicaſſet filius dei de ipſa amplius carnem
non ſumpſiſſet. Et ratio eſt quia impoſſibile
eſt a patre aliud procedere verbuꝫ pro eo ꝙ
verbum ſuum genitum ſit perfectiſſimum
totamqꝫ potentiam generãdi exhauſit a pře

ita vt ſit impoſſibile virgini matri poſſe parere vel concipere alium filium vnigenitum dei:cum per Chriſtum in ſua conceptione exhauſta ſit in virgine tota poteſtas generādi: ſed ſimplex ſacerdos in hoc virginē excedit quia ſm ritū eccleſie totiens quotiens conſecrat filius dei deſcendit de celo. Ex pdictꝭ collige quanto honore ſacerdos ſit dignus:q in virtute ꝛ potentia excedit totam naturam excedit omnes etiam angelorum choros:excedit omnes demones:excedit virginē glorioſam. Et vltra hoc videtur eſſe ſimilis in potentia:que eſt infinita ſanctiſſime trinitati ¶ Scḋo etiam probo ratione propinquitatis:ꝙ maior exhibendus eſt honor dignitati ſacerdotali:ꝙꝫ omni dignitati temporali. Fūdamentū rationis ponit Plato in thimeo. di. Perfectius eſt aliquid ſimpliciter: quod per ſimilitudinē ſummo deo eſt propinquus patet hec regula. Nam quia angelus caret materia corporali ſicut deus: ideo eſt nobilior per naturam omnibus animalibus rationalibus materie corporali coniunctis. Similiter quia virgo concepit dei filium: quēadmodum ꝛ celeſtis pater: ideo per hanc ſimilitudinem deo propinquam:ipſa eſt nobilior ſm Bonauē.in.j.diſtinc.44. in queſtionibus circa litteram.cunctis angelis ꝛ rationalibus creaturis. Quo preſuppoſito:certū eſt ꝙ ſacerdos eſt magis Chriſto ſimilis ſeu propinquus in ſimilitudine:ꝛ precipue i duobus ꝙꝫ ſint omnes homines mundi.ſ.in officio angelorum: ꝛ in caractere ſacerdotali. Et per conſequens ex his eſt pre ceteris honorandus. Nam Chriſtus duo officia habuit: primum fuit officium angelorum:propter quod eſt angelus vocatus. Malachie.3. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum:ꝛ ꝑparabit viam ante faciem meā:ꝛ ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis: et angelus teſtamenti .ſ.noui quem vos vultis. hec ille. ¶ Scḋm Chriſti officium fuit officium ſacerdotum: propter quod a propheta. ps.109. ſacerdos vocatur. Jurauit dominus ꝛ non penitebit eum:tu es ſacerdos in eternum ſm ordinem Melchiſedech. Nam Chriſtus vere fuit ſacerdos:prout probat Thomas quattuor rationibus.3.parte ſumme.q.22.arti.j. in corpe queſtionis.hec duo officia ad ſimilitudinem Chriſti ſolus ſacerdos habet. Et primo habꝫ officium angelorum.ꝑpter quod angelus vocatur ꝛ non homo ſicut ceteri. Malachie.2. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiam ꝛ legē exquirent de ore eius:quia angelus domini exercituum eſt.hec ille. Sciendum igitur eſt ꝙ in ſacra ſcriptura inueniuntur quattuor angeli nominati. Michael: Raphael: Vriel ꝛ Gabriel. Michael officium eſt pro fidelibus intercedere ꝛ orare: vt habetur Dan̄.9. Raphael officium eſt fideles ſanare: vt habetur Thobie.xj. Nam interpretatur medicina dei. Vriel officium dei vētura nunciare vt habetur Eſdre.4. Gabriel officium ē miniſteria dei declarare:vt habetur Luc̄.j.quia de fide incarnationis Mariam ꝛ Joſeph iſtruxit. Jſta quattuor angelorum officia cuilibet ſacerdoti ꝛ ꝓcipue curato ſunt iniuncta Nam ſacerdos curatus ꝑmo habet officiū Michael dum pro populo publice itercedit vt habetur Leuit.2. ¶ Scḋo habet officium Raphael dum fideles ab infirmitatibus ſpiritualibus ſanat per deuotam ſacramentoꝝ adminiſtrationem:ſm illud Jacobi vltimo. Infirmatur quis in vobis inducat preſbyteros eccleſie ꝛ orent ſuper eum: vngentes eū oleo in nomine domini:ꝛ oratio fidei ſaluabit infirmum:ꝛ ſi in peccatis ſit remittentur ei.hec ille. ¶ Tertio habet officium Vrielis dum futura bona:ſeu mala bonis:ſeu malis prenunciat.ſ.bonis vitam eternam: ꝛ malis gehenam eternam. ¶ Quarto habet officiū Gabrielis:dum fidem catholicam populo ſuo predicat ꝛ declarat. Nam ipſi reges debent formam legis euangelice ab ipſis ſacerdotibus accipere:vt habetur Deuterono.17 Quia igitur officium ſacerdotale eſt angelicum:ideo a Joanne apoc̄.2. Septem ſacerdotes eccleſiarum:ſeptem angeli vocantur. Ex quo igitur vt patet ſacerdos habet officiū non hominum ſed angelorum: ideo ſup oēs homines merito debet venerari. ¶ Scḋo in ſuper ſacerdos aſſimilatur Chriſto in officio ſacerdotali:qḋ eſt īfinite dignitatis: ꝛ ideo imprimitur quidam caracter ſeu ſignum precioſum in cuius virtute per hoſtiam conſecratā offert deo patri ſacrificiū corporis ꝛ ſanguinis dilecti filij ſui. De qua ſigni impreſſione Jſaie.66.dicitur. Videbunt gloriam meam ꝛ ponam in eis.ſ.ſacerdotibus ſignum meū id eſt caracterē ſeu ſacerdotij dignitatem. Ricar.etiam in.4. diſtinc.24.articu.4.q.3.

in corpore queſtionis dicit. Lʒ aliqui dicant
ꝙ in ordine ſacerdotij caracter imprimat̃ cū
ſibi epiſcopus manus imponit dicēs. Accipe
ſpiritum ſanctum: mihi tamen videtur ꝙ ca-
racter imprimatur in ſacerdotem cū ab ep̄o
accipit calicem cuʒ vino: ⁊ pathenam cū ho-
ſtijs hoc Ricar. Jſtud autem ſignaculum ſa-
cerdotis habet. 6. preclara inſignia: quib⁹ ſa-
cerdos p̄cunctis debet honorari. ¶ Primū
eſt decoris inoffuſcabilis. Nam iſtud ſignū
tam ſacrum tāq̃ʒ ſpirituale quoddam orna-
mentum habet animaʒ ſacerdotis decorare
etiam plus q̃ʒ lux ſolaris ipſum aerem ⁊ mū-
dum: qm̄ perfectiōes ſpirituales ſunt ſimplr̄
illuſtriores corporalibus. Unde ſi quis vi-
deret animam ſacerdotis hoc ſigno illuſtra-
tam: cūcta corporalia pulcherrima ei turpiſ-
ſima apparerent: qꝺ ſignum bene figuratur
per illam lamenam auream: que fuit ſuppo-
ſita capiti ſacerdotis ſtantis ante altare dn̄i:
vt habetur Zacharie. 3. Et hoc fuit cōueniēs
quia ſicut miniſtrantes regibus veſtibus de-
coris adornari debent: ſic ſacerdoti qui mini-
ſtrat ſacratiſſime trinitati conuenit hoc pul-
cherrimo caractere decorari. ¶ Secundum
inſignum eſt aſſimilationis. Nam lʒ anima
ex ſui natura aſſimiletur deo: tamen per h̄ ſi-
gnum ſacerdos magis dei filio aſſimilatur:
propter qꝺ Dionyſi. lib. de angelica hierar-
chia. appellat ſacerdotem deiformē. ¶ Ter-
tium inſignum eſt diſcretionis. Nam ex hoc
ſigno ſacerdotes tāq̃ʒ Chriſti milites in hoc
mundo: ⁊ in celeſti patria a cūctis per h̄ ſin-
gulare ſignum diſcernunt̃: ſicut diſcernūtur
milites regis a militibus ducis. ¶ Quartuʒ
inſignum eſt vigoris inſuperabilis. Nā po-
teſtas tranſubſtantiandi panē ⁊ vinū in veꝝ
corpus ⁊ ſanguinem Chriſti: confertur i hoc
caractere: que tranſcendit poteſtatem omniū
rationalium creaturaꝝ: vt nō. in. 4. ſen. di. 10.
¶ Quintum inſignum eſt valoris imprecia-
bilis. Nam illud ſignaculum tante ē precio-
ſitatis: ꝙ alicui rei comparabili nullaten⁹ pōt
comparari. Et ideo increpantur ſimoniaci i
4. ſen. diſt. 25. quia illud ſacramentum: ſeu ſi-
gnum emunt: qꝺ nullo mundi theſauro cō-
parari poteſt. ¶ Sextum inſignum eſt terro-
ris indelebilis. Nam hic caracter nō poteſt
deleri ſm̄ theologos in. 4. aliquo ſcelere vel
peccato: nec deleri poteſt per peccatum: nec ꝑ
degradationem: nec per mortem: nec ꝑ dam-

nationem in inferno. Exquo igitur vt patet
ſacerdos eſt Chriſto ſimilior per ordinem ſa-
cerdotalem precunctis hominibus mundi:
ideo preceteris honore dulie debet venerari
¶ Tertio etiam probo ratione auctoritati: ꝙ
maior exhibendus eſt honor ipſi ſacerdoti q̃ʒ
dignitati cuilibet temporali. Et pro funda-
mento iſtius rationis quero in forma q̄onis
quis ſimpliciter ſit magis honorandus: an
malus prelatus: vtputa epiſcopus vel curat⁹
an omnes eius ſubditi optimi. Ad quod re-
ſpondet Tho. in. 3. di. 9. arti. 3. di. ꝙ malus p̄-
latus ſeu ſacerdos curatus: exquo ab eccleſia
tolleratur: magis debet honorari q̃ʒ quilibet
bonus ⁊ optimus ſubditus: ⁊ hoc triplici re-
ſpectu. Primo quia prelatus gerit vicē dei
ſeu eſt eius vicarius: ꝓpter qꝺ quātum ad h̄
deus in ipſo laudatur: ⁊ ideo honor qui ſit p̄-
lato lʒ malo ſit deo: qui honor bonis ſubditi
nequaq̃ʒ debetur. ¶ Sc̄d͛o etiam debet̃ ma-
ior honor prelato magno q̃ʒ ſubditis bonis:
quia ipſe eſt perſona publica: ⁊ honoratur in
ip̄o vniuerſaliter bonitas eccleſie: que maior
eſt q̃ʒ merita ſingularis ꝑſone: ꝓpter quod. 1.
ethicoꝝ ph̄s ait. Bonum quāto cōius: tanto
diuinius. Et. 7. q. 1. c. Scias. dicitur. Pluri-
morum vtilitas vnius vtilitati preferri debʒ
Exquo igitur prelatus etiam malus gerit of-
ficium cōis vtilitatis: ſubditus aūt bon⁹ ſim-
pliciter gerit officium boni priuati: ideo ꝓꝑ h̄
plus debet honorari. ¶ Tertio inſuper ꝓpo-
nitur honor mali prelati honori boni ſub-
diti: quia prelatus ſe habet ad virtutem: ſicut
cauſa efficiens in alijs virtutem: ſeu ſic agēs
cauſa. Et quia dignius eſt alterius virtutis
cauſam exiſtere: q̃ʒ ſolum virtuoſum eſſe: vt
dicit ph̄s. 9. ethicoꝝ. Seu dignius eſt magis
dare q̃ʒ accipere: hinc eſt ꝙ ex hoc malus p̄-
latus eſt magis honorandus quolibet bono
ſubdito. h̄ Tho. ſententialr̄. ¶ Adde ſi vis. et
quartū reſpectum. Nam prelatus ſeu ſacer-
dos curatus lʒ ſit malus: non tamen aufert̃
ex hoc in eo plus q̃ʒ in bono auctoritas con-
ficiendi ſeu miniſtrandi ſacramenta: dicente
glo. 1. q. 1. c. Multi. Quid meli⁹ corpore ⁊ ſan-
guine Chriſti: ſiue ergo per bonos: ſiue ꝑ ma-
los miniſtros diſpenſetur: tamen ſacramētū
eſt: nec bonorum meritis diſpenſatorum am-
pliatur: nec malorum attenuatur: quia neq̃ʒ
qui plantat: neqʒ qui rigat aliquid eſt: ſʒ qui
incrementū dat deus. hec ille. Et. 1. q. 1. c. Dis

dicit. Memēto ſacramentis dei nihil obeſſe mores malorum hominum: quo illa vel nō ſint: vel minus ſint. hec ibi. Aug. etiā. j.q.j.c. Inter. ait. Inter catholicam eccleſiam i miniſterio corporis ⁊ ſanguinis domini nihil a bono maius: nihil a malo minus conficitur ſacerdote: quia non in merito conficientis: ſʒ in merito conficitur creatoris ⁊ virtute ſpūs ſancti. Ex pdicto quarto reſpectu pʒ: q ſemp eſt magis honorandus malus platus q̄ʒ bō ſubditus: vel dicas ſm Alexan. 3. parte ſūme q.16. arti. 5. q duplex eſt honor. ſ. gratuitus q cum non ſit de neceſſitate magis debet bono ſubdito: quia maior ē dignitas imaginis dei in eo q̄ʒ in malo prelato. honor autē neceſſarius magis debet prelato malo iquātū prelatus eſt: q̄ʒ ſubdito bono: quia inquantū prelatus gerit vicem dei. ſic enim dicitur ad Ro. 13. Miniſter enim dei eſt: qd nequaq̄ʒ facit ſubditus bonus. Ex quibus diſtinctionibus patet: q plati ⁊ ſacerdotes lʒ ſint mali ſemper tamen honorādi ſunt: nec eis vnq̄ʒ detrahendum eſt. Et h contra diabolicos ſeculares. Nam ſi ſacerdos prelatus vel religioſus tranſit per viam: nullam faciunt ei reuerentiam: tāq̄ʒ ſi eſſet aſinus: imo aliqui dicunt: o iſti fratachioni ſeu pretachioni ſunt ribaldi: ⁊ dant nobis mala exempla: o lingua diabolica: o lingua venenata: o lingua puerſa ⁊ iniqua: conſidera in illis queſo auctoritatem Chriſti: ⁊ caueas tibi ab ira dei. Tibi. n. precipitur Exod. 22. Dijs. i. ſacerdotibus nō detrahes. Et ppha in perſona dei ait. Nolite tangere chriſtos meos: ⁊ in pphis meis n. m. Et Anacletus papa. 2. q. 7. c. Accuſatio contra tales ait. Si detractores quorūcūq̄ʒ grauiter iudicantur: ⁊ in perditionis laqueū cadunt: multo magis laceratores famulorūʒ dei dānantur in baratrum: ⁊ niſi ſe correxerint inferni flāmis crudelibus exurent. h ille Item. xj. q. 3. c. Abſit. dicitur. Abſit ne quiſq̄ʒ ſiniſtrum de his arbitremini: aut loquamini qui apoſtolico gradui ſuccedētes: Chriſti corpus ſacro ore conficiūt: per quos nos xpiani ſumus: qui claues regni celorū habentes aū iudicij diē nos iudicabunt. h ibi. Propterea 6. q. j. c. Sacerdotes. dicitur. Sacerdotes qui proprio ore corpus domini conficiunt: ab oībus ſunt obediendi ⁊ timēdi: non dilacerandi: aut detrahendi: quia a quibus ſe domini populus benedici ſaluari aut iſtrui cupit: nullatenus eos debet arguere: nec vulgus in eorum accuſationem ſuſcipi. populus enim ab eis benedicendus eſt ⁊ corripiendus: nō ipſi ab eo. hec ibi. O igitur igrate chriſtiane: cur patres tuos ſpirituales dilaceras. Dic mihi queſo ſi non eſſent ſacerdotes quis te baptizaret: quis tibi miſſas diceret: quis te in cōfeſſione ſine qua non eſt ſalus audiret: quis te cōmunicaret: quis tibi cetera ſacramenta miniſtraret: quis deniq̄ʒ te mortuum de domo extraheret: ⁊ ad ſepulturam cum laudibus dei conduceret? Certe cunctis his beneficijs careres: niſi ſacerdotes per dei priuilegium ea tibi communicarēt. Tales profecto de ſacerdotibus ſic murmurantes: ſunt ſimiles illis de quibus in euangelio dominus dicit. Qui vident feſtucam in oculis proximorum ſuorum: cum tamen non videant trabem maximam: quam in proprijs oculis habent. De quibus Grego. j. q. j. c. Multi. ait. Multi ſecularium hominum cū potius ſacerdotum vitam q̄ʒ ſuam diſcutiūt in magnum contentionis diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. Magna enīʒ trabe vulneratos oculos habētes: camq̄ʒ negligentes: feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis: quā dum incaute feſtinant euellere: in erroris foueam dilabuntur: minus quidem conſiderantes: q non eos ſacerdotum vita lederet: ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accomodarent: ſed dum hypocritarum more plus illorum famam: q̄ʒ propriam vitam diiudicant: vtiq̄ʒ ſancta monita ⁊ ſpiritualia dona contēnunt. hec ille. Vide igitur o chriſtiane ne vnq̄ʒ a bono te retrahat quorūdaʒ clericorum vita deformis: cum etiam non deſpicias in tua neceſſitate candelam: alios quidem illuminantem: ſe vero conſumentem: nec inſuper deſpicis crucem in triuio iter tibi monſtrantem: nec tamen ſeipſam inde mouentem: nec etiam deſpicitur ipſa campana ad predicationem alios vocans: cum tamen ipſa ad predicationem non deſcendit. Vir vtiq̄ʒ diſcretus ⁊ prudēs a quolibet bonum exemplum ſuſcipit: ſi quod prebet: impio tamen relinquens impietatē ſuaʒ quia vt ſcribit pūerb. j. Fruſtra iacitur rhete ſcʒ maloꝝ exemploꝝ ante oculos pēnatoꝝ. i. ante oculatas ⁊ virtuoſas mentes hoīuʒ ſenſatoꝝ. Serua igitur circa ſacerdotes ꝯſiliuʒ

apoſtoli ad Roma.12.di. Noli vinci a malo.ſcilz exemplo:ſed vince in bono malū.i.in diſcreta edificatione boni vince malum proximi tui. Et dato q etiam nūc multi reperiantur mali ſacerdotes vel prelati:tene concluſionaliter prouerbiū florentinū: q incomparabiliter maius malum eſt capo mozo ch capo rotto.hoc eſt dicere:q deterius eſt homini habere caput preciſum: q̄z caput vulneratum ⁊ fractum. Sic vtiqz xpianis populis periculoſius ⁊ damnoſius eſſet non habere moderno tempore malos religioſos:et ſacerdotes:q̄z nullos habere:etiam ſi in multis virtuti et iuſticie aduerſant. Ex qua ratione bene concludit:q quilibet malus prelatus vel ſacerdos curatus: magis eſt honorandus:q̄z qlibet optim⁹ ſubditus. ¶ Quarto etiam probo ratione argumentabilitatis: q maior exhibendus eſt honor ſoli ſacerdoti:q̄z omni ſimul dignitati temporali. Tante enim eſt dignitatis ſacerdos:q in quinqz verbis curia celeſtis deſcendit ad ipſum humiliter honorandū. Quattuor namqz precipue dum ſacerdos hoſtiam conſecrat deſcē dunt ad ipſum honorandum. Et primo ſanctiſſima trinitas. Nam licet in altari ſola filij perſona ſit conſecrata:tamē in illa conſecratione adeſt preſentia omniū trium perſonarū diuinarū. Et ratio eſt. Nam ſicut pater ⁊ filius ſunt vnū principiū ſpiratiuū ſpiritusſancti:ut habetur extra de ſum.tri. et fide ca.libro.6.ita pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt vnū principiū productiuū:⁊ operatur ab extra:quoniā opera trinitatis ab extra ſm eſſentiā ſunt indiuiſa : licet abintus ſint diuiſa. Et q2 conſecratio hoſtie eſt opus ab extra. Et inſuper quia perſone diuine ibi ſunt vbi operant: neceſſe eſt propter hoc q ad conſecrationē hoſtie ſit ibi preſentia patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Ecce iam qualiter ſacerdos etiam ſi ſit malus a tota trinitate honoretur. ¶ Secundo adſunt in conſecratione hoſtie ordines: ⁊ chori angelorū:q aſſociant ipſum dominū ⁊ regem angelo⁊. dicē te Grego.in omelia paſcali:⁊ ponit de conſe.diſtin.2.ca.quid ſit ſanguis. Quis inquit fidelium dubiū habere poſſit in ipſa imolationis hora ad ſacerdotis vocem celos aperiri:⁊ in illo xpi miſterio angelorum choros adeſſe:ſumma ⁊ ima ſociari:⁊ vnum quidez ex inuiſibilibus ⁊ viſibilib⁹ fieri.hec ille. Nota q non dixit chorus ſed choros. Nam nouem ſunt chori āgelorū:ideo in plurali dixit nō ſingulari:q2 etiā maiores adſunt. ¶ Tertio adſunt in cōſecratione hoſtie omnes anime ſancto⁊:utputa patriarcharū prophetarum martyrū ⁊c.ipm ſacerdotem cū ſacramento venerantes. Unde Hiero.cōtra vigilantiū ait. Anime ſanctorū quo⁊ reliquie ſunt in eccleſia comitātur xpm in hunc mūdum in ſacerdotū manibus quottidie venientem.hec ibi. ¶ Quarto deniqz adeſt advenerandum ſacerdotē in conſecratione hoſtie glorioſa virgo Maria cum comitiua ſanctarum virginū.vnde Apoc.14.dicit. Vidi ſupra montem ſyon.i.ſup altare agnum ſtantem: ⁊ cū eo.144.milia habentes nomē ei⁹ ⁊ nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis:⁊ ibi ſubdit. Hi ſūt qui cū mulierib⁹ nō ſunt coinquinati: virgines ſunt ⁊ ſequuntur agnuz,quocūqz ierit.hec ille. Et eccleſia hoc idem canens cōfirmat. di. Jeſu corona virginū.⁊ dic totuz. Si igitur ut patuit tota trinitas:omnes angeli:omnes ſancti:inſup glorioſa virgo cum comitiua virginū ſacerdotem ſic humiliter venerant:q̄to magis q̄lqz vere fidelis:niſi ſit diaboli filius debet ſacerdotes venerari? Ex predictis ergo quattuor rationib⁹ patet:q ſacerdos pre cūctis honorari debet. ¶ Tertio deniqz hoc idem probo exemplis. Et primo exemplo noſtri ſaluatoris:qui ut habet.j.q.j.ca. nonc. ſacerdotes honorauit:dum ad eos leproſos ſanādos remiſit:propter quod Matth. 8. leproſo dixit. Vade oſtende te ſacerdoti.⁊ Luce.17. Decē leproſis mūdandis dixit. Jte oſtendite vos ſacerdotib⁹. De quo etiam Ciprianus papa 93.di.c.dn̄s noſter.ait. Domin⁹ noſter ieſus xpus rex ⁊ iudex ⁊ deus noſter vſqz ad paſſionis diez ſeruauit honorem pontificibus et ſacerdotibus: q̄uis illi nec timorez dei: nec agnitionē xpi ſeruaſſent. Nam cum leproſum mūdaſſet dixit illi. Vade oſtende te ſacerdoti ⁊ offer donū: humilitatē nos chriſt⁹ humilis docuit: ſacerdotē adhuc appellans quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Jtem cū ſubditus paſſioni alapā accepiſſet:⁊ ei diceret: ſic reſpondens pontifici:nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonaz pontificis:ſed ſic magis innocentiā ſuam tutatus eſt dicens. Si male locut⁹ ſum exprobra de malo:ſi aūt bene:quid me cedis? Que omnia ab eo ideo fa

cta ſunt humiliter:ut nos humilitatis ac pacientie haberemus exemplū. Docuit eniꝫ ſacerdotes veros a nobis legitie debere honorari:dū circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit.hec ille. Quo exēplo patet:ꝙ quiſqꝫ debet ſacerdos venerari:cuꝫ ſolus ſacerdos noue legis ſit nobilioꝛ cūctis ſacerdotibus veteris legis. Aliud exemplū habemus de Cōſtantino impatoꝛe:de quo legitur. ꝙ cum ſacerdotū cōciliuꝫ in eccleſia cōuocaſſet: nō auſus fuit pꝛimū locū tenere: nec pꝛeſbiteroꝛuꝫ cōmiſcere cōſeſſibus:ſed ſedem nouiſſimam occupauit: ſententias vero quas ab eis approbatas audiuit : ita veneratus eſt:ac ſi de oꝛe dei manaſſent. Pꝛoinde.96.di.c.in ſcripturis.de ipſo ſic dicit̄. In ſcripturis ſic narratur impatoꝛem Conſtantinū dixiſſe. Vere ſi pꝛopꝛijs oculis vidiſſem ſacerdoteꝫ dei aut aliquē coꝛum qui monaſtico habitu circūamicti ſunt delinquentē ac cadentem: clamidē meam explicarē et cooperirē eum: ne ab aliquo videretur.hec ille. Item.xi. q.i.ſacerdotibus.habet̄ ꝙ imperatoꝛ noluit cōtra ſacerdotes iudicare dicens: eſt qui vos iudicat. Simile habes.12.q.j.c.furtum. Ex predictis auctoꝛitatibus: rationibus: ⁊ exemplis. ſimul etiā cum p̄cedenti ſermone patet:qualiter ſacerdotes debent pꝛecūctis venerari. Et ſic per conſequēs etiam patet ſexta contemplatio latrie ſeu diuine adoꝛationis: que dicit̄ contemplatio aſſociationis:in qua oſtēſuꝫ fuit quid eſſentialiter eſſꝫ hypdulia:⁊ qd eſſentialiter eſt dulia:⁊ que debent honoꝛari adoꝛatiōe dulie atqꝫ hypdulie:que ſimul omnia nobis cōcedat obſeruare clementiſſimus deus noſter:cui ſemp̄ ſit omnis laus honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛū. Amen.

Dominica quarta in quadrageſima. Iterum de quinta excellentia. videlꝫ de maxima nobilitate ipſius ſacratiſſime fidei.

ſ Equebatur cū mltitudo magna. Scribuntur hec verba Ioan.6. ⁊ in euangelio occurrentis dn̄ice. Poſt ſacri euangelij litteralē ⁊ ſpiritualē expoſitionē nobiliſſimi ciues: exquo ut claruit in precedētibus ſermonibus declarauimus de adoꝛatione latrie ſeu de diuino cultu.6.contemplationes.ſ.ſuam ſpecificationē:ſuā diffinitionē:ſuam obligationē: ſuam locationē ſuam modificationē:⁊ ſuam aſſociationem: habeo in pꝛeſenti ſermone ſingulariter declarare ſeptimā ipſius latrie contēplationeꝫ ſcꝫ ſuam oppoſitionē:in qua pꝛecipue videbimus quid ſingulariter opponat̄ ſeu cōtrariat̄ vere adoꝛationi latrie. Cuius ſeptime cōtemplationis declaratio talis erit.

De ſeptima cōtemplatione diuine adoꝛationis:que dicit̄ contēplatio oppoſitionis.

ſ Eptima cōtemplatio de dino cultu ſeu de adoꝛatione latrie ad deū faciēnda:dicit̄ contēplatio oppoſitionis. licet in hac ſeptima cōtemplatione eſſet p̄cipue tractādū de hydolatria:que nihil eſt aliud q̄ꝫ quedā latria idolis exhibita:idolū vero ſm̄ Iſidoꝝ. li. Ethimo.dr̄ ab idos ꝙ eſt foꝛma tracta ab idea:pꝛopter quod idolum ꝓpꝛie dicit̄ ſimulacrū repꝛeſentatiuū:aut rei exiſtentis:aut rei ficte:in quo antiquitus colebant̄ demones:⁊ in quo cū non eſſet animatū nec aliquā virtutē diuinitatis habēs demones ingrediebant̄:⁊ ſe tanq̄ꝫ deos per reſponſa que dabāt:a paganis adoꝛari faciebant:tamē quia tractare de materia idolatrie que directo opponit̄ ipſi latrie non eſſet de pane lucrando:ſeu alicuius vtilitatis:cuꝫ poſt xp̄i moꝛtē ⁊ paſſionem talis idolatria pꝛoꝛſus ſit extincta ⁊ ad nihilū deducta:cogitaui ſolum tractare de diuerſis generibus perſonaꝝ:que mō indebito cultu latrie deū adorant:⁊ que opponūtur ſeu cōtrariant̄ indirecte vere adoꝛationi ipſius latrie. Quod vtiqꝫ videre ⁊ declarare iudico foꝛe valde neceſſariū:qm̄ vnuſquiſqꝫ ⁊ poterit videre erroꝛem ſuū ⁊ poterit videre in quo cōtrariat̄ diuino cultui ſeu vere adoꝛationi latrie ipſi deo debite. Si q̄ratur aūt quot ſunt genera pſonarū vero cultui latrie:ſeu vere adoꝛationi contrariantiū:⁊ p̄ conſequēs niſi ſe coꝛrexerint oīno damnandaꝝ. Reſpondeo ꝙ ſunt.40. genera:quoꝝ.20.hodie:alia viginti cras declarabo. Primi ſunt oēs illi qui amoꝛem quē in deo ponere tenent̄:q vtiqꝫ eſt de eēntia ipſius latrie:ſicut in ſupioꝛibus p̄tactū eſt: ponūtur inoꝛdinate in quocumqꝫ vis bono creato:utputa in tp̄ali ſubſtantia:ſeu in carnali delectatōe:vel in aliquo mūdano honore:qd̄ qui faciūt ꝓfecto idolatre dicūtur. Si

eut enim exponit Alexan. de ales. in tertia p
te ſumme. q. 25. ar. 4. ſup illa verba Exodi.
20. Non habebis deos alienos coram me: ⁊
nõ facies tibi ſculptile: neq; omnẽ ſimilitudi
nẽ que in celo eſt deſup: neq; q̃ in terra deor
ſum: neq; eorũ que ſunt in aquis ſub terra
ibi ſic dicit. Contra hoc p̃ceptũ faciunt iudei
⁊ ſarraceni: qui ſicut idolatre colũt deos alie
nos: qui iudei colũt antixp̃m tanq̃ meſſiã fu
turũ. Sarraceni vero colũt machometũ quẽ
veniſſe credũt. Contra ſc̃dam clauſulã. ſ. non
facies tibi ſculptile. i. imagines pictas q̃ nul-
lius rei ſunt rep̃ſentatiue: faciũt oẽs heretici
qui nõ credunt de deo: niſi que ſibi fingunt
p imaginationẽ ⁊ fantaſiã. Cõtra tertiã clau
ſulã. ſ. nõ habebis aliquã imaginẽ: faciũt ma
li xp̃iani qui p amorẽ inordinatũ amant iſta
inferiora pluſq̃ deũ ſeu colũt. nã ſm̃ Hiero
ny. Qḋ quiſq; plus veneraṫ ⁊ amat hoc illi
deus ẽ. verbi gratia. Supbus ⁊ ambitioſus
colit ⁊ amat ſimilitudinẽ eoꝝ q̃ ſunt in celo
deſup: quare ſup deũ diligit honorẽ ⁊ p̄latu
ram. Auar⁹ ⁊ cupid⁹ colit ſimilitudinẽ eoꝝ q̃
ſunt in terra: quare pecuniã ⁊ diuitias ſuper
deũ diligit. ꝓpter quod ad Col. 3. ⁊ ad eph. c.
5. ait ap̃ls. q: auaritia eſt idoloꝝ ſeruit⁹. Vo
luptuoſus aũt ſeu luxurioſus colit ſimilitudi
nẽ eorũ que ſunt in aquis: q̃re ſup deũ cor-
poris ſui delicias ⁊ fluidas carnis delectatõ
nes diligit. ꝓpter quod ad Philip. 3. ap̃lus
dicit. Quoꝝ deus venter eſt: ⁊ gl̃ia in confu-
ſione eoꝝ qui terrena ſapiũt. Ex quib⁹ patet
q: triplex eſt ydolatria. vz infideliũ: heretico-
rũ: atq; maloꝝ xp̃ianoꝝ. hec Alex. Hiero. ãt
ad Ruſticũ monacũ ait. Eſtiato onẽ p̃ctõꝝ:
nõ eni pl⁹ peccat q grana thuris p̃icit ſup altarẽ
idoli: q̃ȝ q auare diuitias: honoreſ: aut carnis
delitias accumulat. hec ille. Cõtra tales q de
p̃ctis quaſi vnũ deũ fecerũt. diciṫ Eſaie. 40.
Cui ſilem feciſtis deũ veſtꝝ: aut quã imagi-
nẽ poſuiſtis ei? Nunqd ſculptile ꝯflauit fa-
ber: aut aurifex auro figurauit illud: ⁊ lami-
nis argẽteis argẽtarius: hec ibi. His p̄miſ
ſis patet: q: idolatra ꝓprie dr̃ qui p amorẽ
magis colit tp̃ales diuitias: mũdanos hono
res: carnis voluptates: q̃ȝ ip̃m deũ. Quapro
pter dico: q: quicunq; vult deũ vero cultu la-
trie adorare: neceſſe eſt q: leuet amorẽ ſuum
oino a predictis: aliter ip̃oſſibile eſt q: vnq̃
vero cultu latrie creatorẽ ſuũ adoret. qḋ p̃bo
Primo auctoritatib⁹. Secũdo rõne. Ter-
tio exẽplo. Nam Matthei. 6. diciṫ. Non
poteſtis deo ſeruire. ſ. p cultum latrie: ⁊ ma-
mone. ſ. demoni diuitiaꝝ. Nemo eni; poteſt
duob⁹ dñis ſeruire: aut enim vnũ odio habe
bit: ⁊ aliũ diliget: aut vnũ ſuſtinebit ⁊ alterũ
contẽnet. hec ibi. Itez p̄me Joan. 2. dr̃. Qui
amat mundum. i. mundanã ſubſtantiã: volu
ptatem: ⁊ ſupbiam: nõ eſt charitas patris in
eo. hec ibi. ¶ Secũdo p̃bo vnica rõne: vz di-
uerſitatis. Fundamentũ rationis ponit phi
loſophus. 9. Ethicoꝝ. di. Amicoꝝ eſt idẽ velle
⁊ idẽ nolle: ⁊ ip̃oſſibile eſt amicitiã eſſe inter
eos q nõ eiſdẽ gaudẽt: pz hec regula. Nã in
ter canẽ ⁊ lupũ naturaliter nulla poteſt eſſe
amicitia. ⁊ rõ eſt: q: inter ipſos ẽ diuerſitas
voluntatũ. Quo p̄ſuppoſito: certũ eſt q: de⁹
precipit: q: ipſe diligaṫ toto corde. Math. 22.
Diliges ⁊c. Et Matth. 6. p̃cipit. Nolite the
ſaurizare vobis the. in terra. v. e. et. tin. de. et
v. fur. e. ⁊ fu. the. a. vobis the. in celo ⁊c. Cum
quo ꝯcordãs ap̃ls ad Col. 3. ait. Si ꝯſurre
xiſtis cũ xp̃o. q̃. ſ. ſunt q̃. v. i p̃s eſt i. de. dei ſe.
q̃. ſ. ſunt ſa. nõ. q̃. ſ. ter. hec ille. Oppoſitũ facit
quicũq; plus honorẽ: plus carnis laſciuiam
⁊ plus terrenã ſubſtãtiã: q̃ȝ deũ diligit. Qḋ
ſi ſic eſt: ergo talis eſt ꝯrius diuine volũtati: et
p ꝯſequẽs talis nõ tm̃ nõ põt adorare deũ
vero cultu latrie: ſed inſup efficiṫ ꝓpter hoc
inimic⁹ mortalis ipſi⁹ dei. Sic eni dr̃ Mat.
12. Qui nõ eſt mecũ. ſ. p amicitiã: cõtra me ẽ
ſc; p inimicitiã: ⁊ q nõ colligit mecũ diſpgit.
Et Jacobi. 4. dr̃. Quicũq; voluerit eẽ ami-
cus hui⁹ ſeculi: inimic⁹ dei ꝯſtituiṫ. Et Ber.
in ſuis ſentẽtijs. ait. Dei ⁊ xp̃i inimic⁹ efficiṫ
q in mũdanis reb⁹ nimis ſui cordis amorẽ;
figit. ¶ Tertio deniq; p̃bo exẽplo: q: q cũq; q
plus diligit mũdana q̃ȝ deũ: ip̃m deũ cultu
latrie venerari nõ põt. Nã ad Ro. 9. dr̃. Ja
cob dilexi: eſau autẽ odio habui. vbi ait glo.
Ideo de⁹ Jacob dilexit: q: eſau deũ odio ha
buit. hec glo. Ex predictis auctoritatib⁹: rõne
⁊ exẽplo pz. qualiter plus diligẽs terrenam
ſubſtantiã: carnalẽ voluptatẽ: ⁊ mundanum
honorẽ q̃ȝ deũ: nõ põt deũ vero cultu latrie
adorare. ¶ Secũdi autẽ q ſunt ꝯtrij diuino cul
tui ſunt oẽs illi q temerarie aſſerunt ſic deũ
aliquos p̃deſtinaſſe: q: etiaz ſine vllis bonis
operibus ſaluari pñt. Cõtra quos. 23. q. 4. c. ob
tinere. Grego. ait. Ipſa quoq; perennis regni
predeſtinatio: ita ab oĩpotente deo diſpoſita
eſt: ut ad hanc electi ex labore ⁊ virtute perue-

niãt:quatenus orando ⁊ poſtulando mercãtur accipe quod eis omnipotẽs deꝰ ab eterno diſpoſuit dare.hec ibi. Quod confirmãs Bonauẽ.in ꝑmo.di.40.in.q. circa litterã.q. prima dicit.ꝙ predeſtinatio eſt quedã ꝑordinatio hominis ad beatitudinẽ. In ordine aũt tria requirũtur.ſ.qd:ad quid:⁊ ꝑ quid. Illud quid:eſt hõ ad beatitudinẽ ordinatꝰ. Illd ad quid:eſt finis vite eterne ad quẽ homo ordinatur. Illud ꝑ quid:eſt charitas gratia ⁊ virtus actualis qua in finẽ homo ordinat̃ ſeu ꝑducitur:ſine quo medio virtutũ ⁊ opeꝝ bonorum:nunq̃ aliquis intelligit̃ fuiſſe predeſtinatus. ¶ Tertij inimici ſeu contrarij diuino cultui ⁊ latrie:ſunt illi qui dicũt ꝙ deus iniuſte dãnãdos ⁊ ꝑſcitos reprobauit:eo ꝙ ex ꝑſcientia dei liberũ arbitriũ coꝝ velint nolint ad malũ cogitur. Contra quos Aug.23.q.4.c.Nabuchodonoſor.ait. Malis vaſis ire nũq̃ deus redderet interitũ: ſi non ſpontaneũ inueniret̃ homo habere peccatũ:quia nec deus peccãti homini iuſte inferret penã: ſi homo ex predeſtinatione dei cecidiſſet in culpã. hec ibi. Et Ambro.li. de vita beata. ⁊ ponit̃ 15.q.1.c.nõ eſt.ait. Voluntariũ ſibi militẽ eligit xp̃us:⁊ voluntariũ ſibi ſeruum diabolus actionat̃:neminẽ eniꝫ iugo ſeruitutis aſtrictũ poſſidet:niſi ſe ei prius peccatorũ ere vẽdiderit. Et Hiero.de pe.di.2.c.Si enim peccatũ.ait. Liberi arbitrij nos condidit deus; nec ad virtutes:nec ad vitia neceſſitate trahimur:alioquin vbi neceſſitas eſt:ibi nec pena:nec corona eſt. Phs etiã.3.Ethi.ait. Voluntarie ſunt virtutes:ſicut ⁊ vitia ¶ Quarti qui ſunt ꝯtrarij diuino cultui ⁊ latrie:ſunt oẽs illi q̃ aſſerũt ⁊ tenent:ꝙ deus in ꝑdeſtinatione electoꝝ ab eterno:⁊ reprobatiõe malorũ ꝑtialis fuit ⁊ acceptator ꝑſonarũ. Contra quos.32.q.4.c.ſicut. Et de conſe. di.4.c.nequaq̃.⁊ precipue extra de prebẽ.c. venerabilis. Non generis ſed virtutũ nobilitas viteq̃ honeſtas gratũ deo faciũt ⁊ ydoneum ſeruitorẽ:ad cuius regnũ ⁊ gloriaꝫ nõnullos tam nobiles:q̃ ignobiles:tam pauperes: q̃ diuites vel potentis admiſit:eo ꝙ apud deũ nulla eſt vel fuit vnq̃ acceptio perſonarum. Plato etiam in thimeo ait. Deus ab omnibus aĩ paſſionibus ⁊ affectionibꝰ liber ẽ: vnde nec dolere nec letari poteſt:ſed ſemꝑ vnũ habet conceptũ. Et auctor in li.de cauſis:ait Cauſa prima influit bonitatẽ ſuaꝫ in rebus vna ⁊ vera influxione:ſed res non recipiunt illam bonitatẽ equaliter:ſed ſm capacitateꝫ ſue diſpoſitionis ⁊ nature. hec ille. Et Aug.23.q.4.ca.Nabuchodonoſor.ait. Idõ te ſicut ⁊ ceteros non elegit nec predeſtinauit: qꝛ te ab obedientia ſua receſſurũ eſſe preuidit.

¶ Quinti inſuper qui ſunt cõtrarij dĩno cultui ⁊ latrie:ſunt omnes illi qui firmiter credunt ꝙ ſit deſtinatũ ⁊ preordinatũ a deo:ꝙ aliquis moriatur in igne aut aqua:ſeu ſuſpẽdio ⁊ alia caſuali morte: ſeu ꝙ aliquis ſeipſum ſuſpendat:⁊ ꝙ hec ⁊ ſimilia aliter euitari non poſſint:quod vtiq̃ falſiſſimũ eſt:quia licet predeſtinatio vel diuina preſcientia falli non poſſit:non tamẽ predeſtinata: nec ea q̃ ſunt in libertate arbitrij neceſſario eueniũt. Et ideo cõtra tales.23.q.4.c. Nabuchodonoſor. Aug.ait. Non ergo neceſſitatẽ correctionis vel obdurationis facit dĩna ꝑdeſtinatio:ſeu ꝑſciẽtia:cũ boni ꝑ gratiã corrigant̃:et mali libe.arbi.ꝑcant̃. Neq̃ eñi qꝛ ꝑdeſtinatio ſeu ꝑſcientia dei falli non põt: neceſſario eueniũt q̃ predeſtinantur vel ꝑſciunt̃: ſic nec neceſſario ꝑdeſtinant̃ vel ꝑſciũtur q̃ futura ſunt:ſed qꝛ bona abſq̃ eius grã:⁊ mala ꝑter eius ſciam euenire non pñt. hec ibi. Et li.de moribꝰ eccle.ait. Extrema eſt demẽtia ⁊ certitudo eterne dãnationis credere:ꝙ neceſſario q̃s ſe ſuſpẽdat:ſeu ſuſpendat̃: ſeu in igne vl' aqua ⁊ huiuſmõi moriat̃.hec ille. O quot ſunt in iſto errore decepti. ¶ Sexti inſuꝑ q̃ aduerſant̃ dĩno cultui ⁊ latrie:ſunt oẽs illi q̃ credũt oẽs ſaluari in ſua fide:dũmodo ſe credant bene agere:⁊ faciunt ſeu obſeruant ea que ſunt ſue legis ⁊ fidei. Cõtra quos Mat. vltimo dicit̃. Euntes predicate euangeliũ oĩ creature:qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit ſaluabitur:qui autẽ non crediderit ⁊ baptizatꝰ non fuerit condẽnabitur. Et Joan.3.dicitur Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpũ ſancto nõ põt intra.in re.dei. Item.24.q.2.ca.quicũq̃.dicitur. Quicũq̃ ab vnitate fidei ⁊ ſocietate petri apoſtoli quouis modo ſemetipſos ſegregauerũt:tales nec a vinculis peccatoꝝ abſolui:nec ianuam regni celeſtis ingredi poterunt. Grego.etiam in mor. ⁊ ponit̃.24.queſti.ꝑma.c.quia ex ſola.ait. Niſi quis fidei chriſtiane ſoliditatem tenuerit diuinaꝫ preſentiam vnq̃ agnoſcet: de qua ſoliditate dominꝰ dicit.16. Super hãc petrã edificabo eccleſiam meam. Sola quippe eſt per quaꝫ

ſacrificium dominus libenter accipit: ſolaqꝫ
pro errantibus fiducialiter intercedit. hec ille
Deniqꝫ Grego. ex̄ de ſum. tri. ⁊ fide catho.
c. j. §. vna. ait. Una vero eſt fidelium vniuer
ſalis eccleſia: extra quā nullus omnino ſalua
bitur: in qua idem ipſe Chriſtus ſacerdos et
ſacrificium. hec ibi. ¶ Septimi etiā qui ad-
uerſantur diuino cultui ⁊ latrie ſunt omnes
heretici: qui lꝫ viuant ſub fide Chriſti: tamen
non credunt in aliquem particularem articu
lum ab eccleſia approbatū. Contra quos di.
23. c. qui epiſcopus. Et de cōſe. diſtinc. 3. c. oēs
dicitur. Omnes quicūqꝫ ſaluari debent: oēs
ſimul fidei ⁊ eccleſie articulos credere tenent
hec ibi. Aug. etiam ex̄ de hereticis. c. firmiſſi-
me. ait. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubi-
tes: omnem hereticum paganum vel ſiſma-
ticum: cū diabolo ⁊ angelis eius eterni ignis
incendio concremandū: niſi ante finem vite
catholice fuerit incorporatus ⁊ reintegratus
eccleſie. Omni igitur homini qui non tenet
eccleſie veritatē: neqꝫ baptiſmꝰ: neqꝫ elemo
ſyna quātūlibet copioſa: neqꝫ mors pro xpi
nomine ſuſcepta proficere poterit ad ſalutē.
hec ibi. ¶ Octaui qui aduerſant diuino cul-
tui ⁊ latrie: ſunt omnes illi qui in ſpecie forti
ter dubitant de aliquo fidei articulo. Contra
quos in. c. dubius. ex̄ de hereticis. dicit. Du-
bius in fide infidelis eſt: nec eis omnino cre-
dendum eſt: qui fidem veritatis ignorant. h
ibi. Itē ex̄ de ſum. tri. c. j. dicitur. Nullus dꝫ
dubitare de fide: ſed firmiter omnes articu-
los fidei credere. ¶ Noni inſuper qui aduer
ſantur diuino cultui ⁊ latrie: ſunt omnes illi
qui credunt: ꝙ in deo nō ſint idee. i. ꝙ i mēte
diuina non ſint forme ⁊ rationes diſtincte
omnium creaturaꝝ: cuius opinionis fuit pre
cipue Ariſt. in. 12. metha. Contra quos Boe.
metro. 9. lib. 3. ait. Tu cuncta ſupno ducis ab
exemplo pulchrum pulcherrimus: ipſe mun
dum mēte gerens ſimiliqꝫ imagine formās
hec ille. Et Aug. lib. 83. qonū. ait. Qui negat
ideas in deo negat filium ⁊ ſapientiam dei.
Et Cōmentator ſuper. xj. metha. ait. Sic oēs
forme ſūt in potentia i pma materia: ſic ſūt
actu in prima cauſa. Et Plotinus phs ait.
Omne ens qđ eſt fuit ⁊ erit: in mēte diuina
eſt. ¶ Decimi qui contrariantur diuino cul
tui ⁊ latrie: ſunt omnes illi qui credunt deū
creaſſe celum ⁊ terram de aliqua materia p
exiſtente: ⁊ non potuiſſe de nihilo creare. De
quibus phus. j. ⁊ 8. phyſi. ait. Scđm omnes
phōſantes ex nihilo nihil fit. Contra quos
Aug. ſuper Geñ. ait. Qui credunt deū mun
dum ⁊ celum cū exiſtentibꝰ in eis de nihilo
non feciſſe: ad nihilum deuenient in cōſpectu
glorie ſue. Et Moyſes Geñ. j. ait. In prin-
cipio creauit deus. i. de nihilo fecit celum et
terram. Hoc enim demōſtrat ratio. Aut. n.
deus eſt omnipotens ⁊ infinite potentie: aut
non. Si ſic: habeo intentum: quia de nihilo
potuit animam creare: ⁊ creauit. Si nō: ergo
non eſt omnipotens: ⁊ eius potentia eſt ter-
minata ⁊ finita: qđ vtiqꝫ non tm̄ credere ſed
etiam cogitare iniquiſſimū eſt. ¶ Undecimi
qui aduerſantur diuino cultui ⁊ latrie: ſunt
omnes illi: prout ſunt iudei qui credunt aiaꝫ
beatificari poſſe ſine viſione ipſius dei: alle-
gantes in defenſionem ſui erroris illud Jo.
j. Deū nemo vidit vnqꝫ. Contra quos Aug.
21. de ciui. dei ait. Tam delicata eſt diuina vi
ſio: tamqꝫ amore digniſſima: ꝙ quicquid bri
poteſt illa non habita faciat hominē miſerū
non beatum. hec ille. Et in lib. confeſſionum
ait. Feciſti nos domine ad te: ⁊ inquietum ē
cor noſtrum donec videat te: ⁊ requieſcat in
te. Qđ etiā ratio probat. Nam vt dicit phs
2. de anima. Nulla potētia perficitur niſi ha
beat proprium obiectum: ſicut oculus in colo
ribus. Sed cum deus ſolus ſit obiectuꝫ hu-
mani intellectus: ergo da ei qđcūqꝫ vis: non
poterit quietari ſine ipſo: ꝑpter qđ Bernar.
dicit. Nihil minus deo poteſt aie capacitatē
implere. hec ille. ¶ Duodecimi qui aduerſan
tur diuino cultui ⁊ latrie: ſunt omnes illi qui
credunt ⁊ tenent: ꝙ ſola mentalis confeſſio ⁊
non vocalis ſufficiat ad remiſſionem pctōꝝ.
Contra quos ꝓuerb. 28. dicitur. Qui abſcō-
dit ſcelera ſua. ſ. ſacerdoti nō dirigetur: q aūt
confeſſus fuerit ea ⁊ reliquerit: miſericordiaꝫ
cōſequet. hec ibi. Et Aug. de pe. di. j. c. Agite
ait. Agite penitentiā qualis agit in eccleſia.
Et nemo ſibi dicat occulte apud deum ago:
quia ſine cauſa dictuꝫ eſſet. Quecūqꝫ ſol. ſup
ter. c. ſ. ⁊ in c. hec ille. Deniqꝫ Ambro. de pen.
di. j. §. Alij ecōtra. ait. Nō pōt qſqꝫ iuſtificari
a pctō niſi pctm̄ fuit ante ꝯfeſſus. ¶ Decimi
tertij q aduerſant diuino cultui ⁊ latrie: ſunt
oēs illi qui nō credūt tres pſonas eē ſimplr
in vna ſubſtātia: ſed magis credūt ꝙ pr̄ filiꝰ
⁊ ſpūs ſcūs ſint tres ſubſtantie diuerſe: ⁊ ab
inuicem ſeparate. Cōtra quos. j. Jo. 5. dicit.

Tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo:pater
verbū ⁊.ſ.ſ.et hi tres vnū ſunt. Item Inno.
tertiꝰ extra de ſum.tri.⁊ fi.c.c.j.ait. Fidelr̄ cre
dimus ⁊ ſimpliciter cōfitemur: ꝙ vnus ſolꝰ
eſt verus deus eternꝰ imenſus incōmutabi-
lis omp̄s incōprehenſibilis ⁊ ineffabilis. pa
ter filius ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ tres quidez ꝑſone:
ſed vna eēntia:ſubſtātia:ſeu natura: ſimplex
oino:pater a nullo: filius a patre ſolo:ac ſpi-
ritusſanctꝰ ab vtroqꝫ. Abſqꝫ initio ſemꝑ ac ſi
ne fine:pater generās:filiꝰ naſcens:⁊ ſpūſſan
ctus ꝓcedens:cōſubſtātiales:coeq̄les:cooipo
tentes:⁊ coeterni.hec ille.Et idem Innocen.
vbi.s̄.in.c.dānamus.ait.Nos autē ſacro ap
probāte cōcilio credimus ⁊ confitemur: vna
cū petro ꝙ vna quedā res eſt incōprehēſibi
lis quidē ⁊ ineffabilis:que veraciter eſt pr̄ et
filius ⁊ ſpūſſanctus.ſ.tres ſimul ꝑſone ac ſin
gillatim quelibet earundē:⁊ ideo ſolūmodo
trinitas eſt nō quatrinitas:qꝛ quelibet triū
ꝑſonaꝝ eſt res illa.vꝫ ſubſtantia:eſſentia:ſeu
natura diuina:q̄ ſola eſt vniuerſoꝝ principiū
preterquā aliud inueniri nō poteſt:⁊ illa res
nō eſt generās:neqꝫ genita:neqꝫ ꝓcedēs: ſꝫ
eſt pater q generat:⁊ filiꝰ q generat̄:⁊ ſ.ſ.q ꝓ-
cedit:ut diſtinctiōes ſint in ꝑſonis:⁊ vnitas
in natura.hec ibi.Apparet autē eſſe trinitas
ꝑſonaꝝ:cū deus in creatione rōnalis anime
Geñ.j.dixit.Faciamꝰ hoiem ad imaginē ⁊
ſimilitudinē noſtrā:⁊ ſubiūgit:⁊ creauit deꝰ
hoiem ad imaginē ⁊ ſilitudinē ſuā. hec ibi.
¶Decimiq̄rti qui aduerſant̄ diuino cultui
⁊ latrie:ſunt oēs illi qui credūt ꝙ aia ſil̄ cuꝫ
corꝑe moriat̄ ⁊ ſit corruptibilis.Cōtra quos
Aug.in li.de q̄titate aie.ait. Aia ideo facta
eſt ſilis deo:qꝛ imortalē ⁊ idiſſolubilē ⁊ icor
ruptibilē eam fecit deꝰ.hec ille.Et Mat.10.
ſaluator ait.Nolite timere eos q oc.c.a. aūt
nō.po.oc.glo.qꝛ imortalis ē.phus autē ꝑmo
de aia.ait. Anima intellectiua eſt qd diuinū
impaſſibile ⁊ icorruptibile. Et ſc̄do d̄ aia.ait
Intellectꝰ videt̄ eſſe alteꝝ genus aie:⁊ ſolum
cōtingit eum ſeꝑari ſicut ꝑpetuū a corrupti-
bili.Et in tertio de aia dicit.Intellectꝰ eſt ꝑ-
petuus ⁊ imortalis.Et.12.Meth.ait.Aia nō
ois ſed itellectualis manet poſt cōpoſiti cor-
ruptionē. Greg.4.dialogoꝝ.ait. Spūs bru
toꝝ carne regit̄ ⁊ cū carne morit̄:ſpūs hoiuꝫ
carne regit̄:ſed nō cū carne corrūpit̄.Nā aia
ꝑpetua eſt:principiū equidē habuit: ſed finez
nō habebit.Deniqꝫ.13.q.2.c.habēt. dr̄.Nūt
illi forſitā iuſti longi doloris excuſationez: q
vitā alterā neſciunt ⁊ mortalē aiam credunt
quiqꝫ de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſituꝫ
nō confidūt.nos autē qui hoc credimꝰ ⁊ do-
cemus:cōtriſtari nimiū de obeūtibus nō de
bemus:ne ꝙ apud illos pietatis tenet ſpēm
hoc magis fiat culpa in nobis.hec ibi.¶De
cimiq̄nti q aduerſant̄ diuino cultui ⁊ latrie
ſunt oēs illi q p̄ſuppoſita etiā animaꝝ imor
talitate:aſſerūt nullū eſſe purgatoriū in quo
aie poſt mortē purgent̄:ſi debitā hic ꝓ pecca
tis ſatiſfactionē nō fecerint:ſed ſimpliciter ⁊
ſine medio eſſe locū inferni ⁊ locū paradiſi.
Cōtra quos Aug.de pe.di.7. iuxta finē. Et
25.di.c.qualis.ait. Prius eniꝫ purgandꝰ eſt
in igne purgatorij:q in aliud ſeculuꝫ diſtulit
fructū cōuerſionis. hic autē ignis ⁊ ſi eternꝰ
nō ſit:miro tamē modo grauis ē:excellit eni
oēꝫ penā quā vnq̄ꝫ aliquis paſſus eſt in hac
vita:⁊ licet innūerabilia tormēta martyres
paſſi ſunt:tn̄ in hac carne nunq̄ꝫ tanta inuē-
ta eſt pena.hec ille.Itē de pe.di.6.ca.q vult.
dr̄. Credendum eſt enim ⁊ pietas dei expo
ſtulat credere: ꝙ omnes elemoſyne totiꝰ ec-
cleſie: ⁊ orationes:⁊ opa iuſticie:⁊ miſericor
die:ſuccurrāt poſt mortē recognoſcēti in hac
vita ſuā cōuerſionē.Et Aug.in ench. ⁊ poni
tur.13.q.2.c.tp̄s.ait.Neqꝫ negādū eſt defun-
ctoꝝ aias poſt mortem a purgatorio merito
ſuorū viuentiū releuari:cū ꝓ illis ſacrificiuꝫ
mediatori offert̄:vel elemoſyne fiūt in eccl̄ia
ſed eis hic ꝓſunt q cū viuerēt:hoc ſibi ut po
ſtea poſſent ꝓdeſſe meruerūt.hec ille. Item
Greg.13.q.2.c.aie.ait. Anime defunctorum
poſt mortē quattuor modis ſoluūtur:aut ob
lationibꝰ ſacerdotū: aut precibꝰ ſanctorū:aut
caroꝝ elemoſynis:aut ieiunio cognatoꝝ:con
ditio autē ſepulture ⁊ pompa exequiaꝝ:ma-
gis ſunt viuoꝝ ſolatia: q̄ꝫ ſubſidia mortuoꝝ.
¶Decimiſexti q aduerſant̄ diuino cultui et
latrie:ſunt oēs illi credētes animas fore im
mortales:tandēqꝫ in fine ſeculi credūt om-
nes homines ꝑ ſupabundantē dei miſeri-
cordiā ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ p̄ces fore ſaluandos
cuius opinionis fuit Origenes:q in teſtimo
niū ſui erroris allegabat ꝓphetā di. Hoies
⁊ iumenta ſaluabis dñe: quēadmodū multi
plicaſti miſericordiā tuā deus. Cōtra quos
Greg.25.di.c.qualis. Qualis inquit vnuſ-
quiſqꝫ hinc egredit̄:talis in iudicio dei p̄ſen
tat̄: ⁊ qualis quiſqꝫ ſiue bonus ſiue malus

hinc egredit̃:talis eternalis irremediabiliter
ꝑmanebit.hec ille.Item Hiero.13.q.2.c.In
preſenti.ait.In preſenti ſeculo ſcim⁹ ſiue ora
tionibus ſiue cõſilijs inuicē poſſe nos adiu-
uari.cum autē ante tribunal xp̄i venerimus
ſcimus nec Iob:nec Danielē:nec Noe poſ
ſe rogare ꝓ quoq̃z.Et Matth.25.dicit xp̄s.
Diſcedite a me maledicti ⁊c̃.Et ꝓuer.6.dr̃.
Zelus ⁊ furor viri non pcet in die vindicte:
nec acqeſcet cuiuſq̃z precib⁹:nec ſuſcipiet ꝓ re
demptione dona plurima.hec ibi. Greg.ãt
de pe.di.j.ca.hoc eſt. ait. Voluiſſent impij ſi
potuiſſent ſine fine viuere: voluiſſent ut po-
tuiſſent ſine fine peccare. Oſtendũt enim:q̃
in peccato ſemꝑ viuere cupiũt:qui nunq̃z pec
care deſinũt dũ viuunt: ad magnã ergo iu-
ſticiã iudicantis ꝑtinet ut nunq̃z careant ſup
plicio:q in hac vita nunq̃z voluerunt carere
peccato.hec ille.Deniq̃z Athanaſius in ſuo
ſymbolo ait. Qui bona egerũt ibunt in vitã
eternam:qui vero mala in ignē eternum.
ℂDecimiſeptimi qui aduerſant̃ diuino cul
tui ⁊ latrie:ſunt omnes illi q preſuppoſito ꝙ
anime ſint immortales: ⁊ ꝙ recipiant eter-
nã gloriã ſeu eternam penam:tamen nõ cre
dunt humana corꝑa iam in puluerē redacta
⁊ a vermibus comeſta reſurrectura: adherē
tes ꝓ defenſionez ſui erroris ſentẽtie ph̄i in
poſt predica. di.A priuatione ad habituz im
poſſibilis eſt regreſſus ꝑ naturã: cuius opi-
nionis fuiſſe vr̃ inter ceteros porphirius q̃-
dam:ꝓut recitat Aug.10.de ciui.dei.c.29:Cõ
tra quos Boetius in li. de fide xp̄iana.ver-
ſus finē ſic ait. Firmiter teneo ⁊ tenendum
puto:non ſolũ animas nõ perire:ſʒ ipſa quo
q̃z corpora que mortis aduentus in puluerē
reſoluerat:in ſtatũ priſtinũ futura beatitudi
ne repari.hec ille.Et ezech.37.dicit̃.Facta ē
ſuꝑ me manus dñi:et eduxit me in ſpũ:⁊ di
miſit me in medio campi q erat plenus oſſi
bus: ⁊ dixit ad me. Filij hominis putas ne
viuent oſſa iſta:⁊ dixi.Dñe deus tu noſti.et
dixit ad me.vaticinare de oſſibus his:et di-
ces eis.Oſſa arida audite verbũ dñi. hec di
cit dñs deus oſſib⁹his.Ecce ego intromittã
in vos ſpiritũ ⁊ viuetis:⁊ dabo ſuꝑ vos ner
uos ⁊ ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes ⁊
cutem:⁊ dabo vobis ſpiritũ et viuetis:⁊ pro
phetaui ſicut preceperat mihi. Factus eſt au
tem ſonitus prophetante me:⁊ ecce cõmo-
tio ⁊ acceſſerunt oſſa ad oſſa vnũquodq̃z ad
iuncturã ſuam ⁊ vidi: ⁊ ecce ſuꝑ ea nerui et
carnes aſcenderũt:⁊ extenſa eſt in eis cutis
deſuꝑ ⁊ ingreſſus eſt in ea ſpiritus ⁊ vixerũt
ſteteruntq̃z ſuper pedes ſuos exercitus gran
dis nimis valde.hec ibi. Item Iob.19. dicit̃.
Scio eniʒ ꝙ redemptor meus viuit:⁊ in no
uiſſimo die de terra ſurrectur⁹ ſum:⁊ rurſuʒ
ci.p.m.⁊ in car.m.vi.d.ſ.m.quē vi.ſum.e.⁊ o.
m.cõſp.ſunt ⁊ nõ a. Repo.hec eſt ſpes mea
in ſinu meo.hec ibi.Aplus autē ṗmo ad Co
rin.15.ait.Ecce miſteriũ vobis dico. In mo
mento in ictu oculi in no.tuba.o. q̃dem re.ſʒ
non omnes imu.ca.n.tu. ⁊ mor. re. incor. et
nos immu.oportet eniʒ cor. hoc indu.incor.⁊
mor.hoc in.immor.hec ibi.Ad hoc auteʒ po
teſt eſſe ratio.Nam Sapien. xi. Salomon
ait. Per que quis peccat: ꝑ hec ⁊ torque-
batur.Sed cũ corpus ſimul cum anima pec
cauerit:vel in virtutibus ſe occupauerit:cla-
rum eſt ꝙ debet reſurgere ⁊ ſimul cum ani
ma eternã penam vel eternã gloriam reci-
pere. Proinde.17.q.4.c.omnes.Lucius epi
ſcopus ait. Non ſolũ qui faciunt rei iudicã
tur:ſed etiã qui facientibus conſentiunt: par
enim pena ⁊ facientes ⁊ cõſentientes compͥ
hendit.hec ille.Et.2.q.j.c.Notum.dicit̃.Fa-
cientē ⁊ cõſentientem par pena conſtringit.
Deniq̃z Innocẽtius tertius.c.quãte. ⁊ capi.
Nuper.extra de ſentē.excõ. ait.Facientes ⁊
conſentientes pari pena plectendos catho-
lica condēnat auctoritas.hec ibi.ℂDecimi-
octaui qui aduerſant̃ diuino cultui ⁊ latrie
ſunt omnes illi qui diuerſimode male ſenti
unt ⁊ credũt de corpore xp̄i:an ſit in oſtia cõ
ſecrata:ſeu ꝙ accidentia ibi ſtent ſine ſubie-
cto:⁊ ſimiliter de alijs ſacramentis.Contra
quos.extra de hereticis.c.ad abolendã.dicit̃.
Vniuerſos xp̄ianos qui de ſacramento cor
poris ⁊ ſanguinis dñi noſtri Ieſu xp̄i:vel de
baptiſmate:ſeu de peccatorꝫ cõfeſſione: ma-
trimonio:vel reliquis eccleſiaſticis ſacramē
tis aliter ſentire aut credere vel docere non
metuũt: quã ſacroſancta eccleſia predicat et
obſeruat:vinculo perpetuo anathematis in
nodamus.hec ibi.Et ad hoc eſt ratio.Clarũ
eſt enim ſm̄ Auguſtinũ. ꝙ plura poteſt de⁹
facere q̃z humanus intellectus poſſit intelli-
gere:ſed intellectus human⁹ poteſt intellige
re ⁊ diuidere illa accidentia a tali ſubiecto:⁊
vnam ſubſtantiã per infinitã dei potentiam
in aliam trãſſubſtantiare: ergo ⁊c̃.ℂDeci-

minoni qui aduerſant̃ diuino cultui et latrie
ſunt omnes illi qui firmiter credunt ⁊ tenẽt
ꝙ papa ſolum poteſt remittere perſone pe-
nas taxatas a iure vel a iudice tm̃: ſed nulla
tenus poteſt abſoluere aliquẽ a penis ꝓ pec
catis in purgatorio a deo taxatis. Contra
quos Matthei.18. ſaluator ait. Amen dico
vobis: quecunq; alligaueritis ſuper ter. ⁊c.
Quod confirmans Ricardus in quarto.di
ſtin.20.arti.tertio.queſt.pͥma. in corpore que
ſtionis.dicit. Cum querit̃ an indulgentie pa
pales debeant credi: ꝙ etiam proſint ad pe-
nam in purgatorio delendam. Reſpondeo.
ꝙ ad iſtam queſtionẽ quidam dixerunt ta-
les indulgentias ſimpliciter valere in foro ec
cleſie:remittendo penas taxatas a iure vel a
iudice:non tamen aliquid remittendo de pe
na a deo in purgatorio taxata. Sed contra.
Secundũ iſtam opinionẽ indulgentie ſim-
pliciter magis nocerent q̃ȝ valerent:quia ab
ſoluendo a penis ſatiſfactorijs:tranſmitte-
rent ad penas purgatorij grauiores. Ideo
dicẽdum ſimpliciter eſt:ꝙ indulgentie ſi dã
tur ab illo qui poteſt eas dare ⁊ ex ratõnabi
li cauſa: valent diſpoſitis facientibus illud
quod cõtinetur in forma indulgentie. Per
eas enim remittitur aliqua portio: ſeu tota
pena a deo taxata. Hoc autem facere po-
teſt eccleſia:quia hoc facit ex diuina auctori
tate. Hec Ricardus verbaliter. ¶ Viceſi-
mi q aduerſantur diuino cultui et latrie:ſunt
omnes illi qui tenent ⁊ credunt:ꝙ ſi quis fe
cit aliquod enorme peccatum: ⁊ precipue in
ſpiritũ ſanctum: ſeu fecit innumerabilia pec
cata:ꝙ ei deus nequaq̃ȝ indulgere poſſit:ꝓ-
pter quod ⁊ iam multi ſicut Judas ⁊ hu-
iuſmodi in deſperatione lapſi ſunt ⁊ ceciderunt:
exiſtimantes maiora eſſe peccata ſua:
q̃ȝ diuinam bonitatem. Contra quos ſunt
tria. videlicet. Primo auctoritates. Se-
cundo ratio. Tertio exemplum. ¶ Primo
ſunt auctoritates contra tales. Nam Hie-
rony.de pe.diſtin.pͥma.c. Quia diuinitatis.
ait. Si quis poſt lapſum peccatorũ ſuorum
ad veram penitentiã ſe conuerterit:cito a ve
ro miſericordie iudice veniam impetrabit.
hec ille. Itẽ Auguſti. libro retractationũ.ca.
decimooctauo.ait. De quocũq; peſſimo pec
catore in hac vita conſtituto non eſt deſpe-
randum:quia ſi vere ad deum cõuertitur ve
ram miſericordiã omniũ peccatorũ ſuorum
ſuſcipiet.hec ille. Item Ezechiel.decimoocta
uo dicitur. Quacũq; hora conuerſus fuerit
homo a via ſua peſſima omniũ iniquitatuȝ
eius obliuiſcar. Item gloſa ſuper verba pro
phete. Cor contritũ ⁊ humiliatum de⁹ ⁊c.ait.
Vbi eſt vera cordis contritio:ibi eſt omniũ
peccatorum remiſſio. Deniq; Leo papa.26.
queſti.ſexta.ca. His qui. Et de pe.diſtin.pͥ-
ma.ca. Multiplex.ait. Miſericordie dei nec
menſuram poſſumus ponere: nec tempora
diffinire:apud quem nullas patit̃ venire cõ
uerſio moras.hec ille. ¶ Secundo hoc idem
probat ratio.videlȝ cauſalitatis. Fundamen
tum rationis ponit philoſophus pͥmo Po
ſterioꝝ.di. Omne quod eſt per eſſentiam eſt
ſimpliciter ꝑfectius eo qđ eſt ꝑ participatio-
nem.patet hec regula. Nam ſi ſtella ſeu lu-
na habent ꝑfectionẽ alicuius lucis:a fortiori
oportet ꝙ maior ꝑfectio inueniat̃ in ſole qui
per ſe eſſentialiter eſt lucidus:⁊ a quo luna ⁊
ſydera accipiunt ſuam lucem. Quo preſup-
poſito:certum eſt ꝙ deus ipſe precipit cuili-
bet homini:ꝙ ex charitate remittat omnem
iniuriaȝ q̃ȝtũcũq; enormẽ a proximo ſibi fa
ctam. propter quod Matthei decimoocta-
uo.cum Petrus diceret. Domine ſi pecca-
uerit in me frater meus dimittã ei vſq; ſe-
pties. Cui reſpondit Jeſus:non dico tibi ſe-
pties:ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Et Lu.17.
precepit di. Si ſepties peccauerit in die in te
frater tuus:⁊ ſepties in die cõuerſus fuit ad
te:dicens penitet me:dimitte illi. hec ibi. ꝙ
ſi hanc perfectionem tenetur habere homo
ex charitate quam habet a deo per partici-
pationem:ergo a fortiori hanc eandem cha-
ritatem: immo in infinitum perfectiorẽ de⁹
habere debet. qui ut dicitur pͥme Joan.q̃r-
to. Eſt quedam charitas eſſentialis ⁊ infini
ta.propter quod concludo:ꝙ quicũq; pecca-
tor q̃ȝtumcũq; maximus ad deum humili-
ter ſe cõuertit:ſtatim omniũ peccatorũ ſuo-
rum veniam percipiet. Pretermitto aliam
rationẽ:quia ita faciliter remittit deus om-
nia ſimul peccata mortalia: ſicut vnum ſo-
lum veniale peccatũ. ⁊ ratio eſt:quia omnis
actus qui procedit a deo habȝ ſimpliciter ra
tionem infinitatis. Ideo ſicut cum infinita
bonitate remittit ſolã venialẽ culpã:ſic cũ ea
dẽ infinita bonitate põt remittere grauiſſi-
ma:⁊ q̃ſi innũerabilia pctã. ¶ Tertiõ hoc idẽ
ꝓbat: exẽplũ legit̃ in legẽda natiuitatis btẽ

Primo ratione ordinatiõis. Scđo rõne falſitatis. Tertio rõne diſiunctõis. ¶ Prio probo rõne ordinatõis. Fundamentũ rõnis ponit Dionyſius.4.de di.no.di. Sine ordinabilibus ad alteꝝ illud alteꝝ deficit a ꝓpa bonitate. patet hec regula. Nam qm̃ ſacerdotium eſt ordinatum vt ex hoc aſcendatur ad papatuꝫ: ſi ſacerdotiũ deficit: deficit ⁊ papat⁹ cum hoc non poſſit eſſe ſine iſto. Silr̃ quia operatio eſt ordinata ad habitum charitatis dicente Grego. Probatio dilectionis ē exhibitio opis: hinc eſt ꝙ ſi deficit operatio neceſſitatis tẽpore deficit ⁊ habitus charitatis. Quo preſuppoſito certũ eſt ꝙ vocalis confeſſio fidei: eſt actus qdaꝫ ordinatus ad habitũ ipſius fidei ab ipſo deo. ⁊ ꝓpter qđ etiã phs j. periermenias ait. Voces ſũt actualr̃ note ⁊ ſigna caꝝ reꝝ que ſũt in aïa. Qđ ꝯfirmãs ſaluator Matth.12. dicit. Ex abũdantia cordis. ſ. fide informati os loquit᷑. Et bonus hõ de bono theſauro cordis ſui. i. de bono hitu fidei profert bona. i. actualem confeſſionem Qđ ſi ſic eſt: concludit᷑ ꝙ ſicut confeſſio fidei eſt quedam bonitas ipſius habitus fidei: ſic per oppoſitum nolle cõfiteri ꝓpo ore ipſam fidẽ eſt quedã prauitas. Qđ ꝯfirmãs Tho. 2.2.q.19.ar.xj.in cor.q. dicit. Sicut bonũ vniuſcuiuſqꝫ rei eſt: vt ordinẽ ſuũ ſeruet: ita malum vniuſcuiuſqꝫ eſt vt ordinẽ ſuũ deſerat. ordo aũt creature rõnalis eſt vt ſit ſub deo ⁊ ſupra ceteras creaturas. vnde ſicut maluꝫ creature rõnalis eſt vt ſubdat ſe creature inferiori per amorẽ: ita etiaꝫ malũ eſt ſi ſe deo non ſubijciat in oïbus que ordinauit: ſꝫ i ipꝫ preſumptuoſe inſiliat vel contẽnat. h ibi verbaliter. Ex quibus verbis dicitur ꝙ peſſima res eſt fidem ore non ꝯfiteri: cum talis actus ſit de perfectione habitus fidei: ⁊ per ꝯñs a deo ordinet᷑. Que oïa egregie concludẽs idẽ Tho.2.2.q.3.ar.j.in cor.q. dicit. Cum querit᷑ an ꝯfeſſio ſit ꝓpus actus fidei. Rñdeo ꝙ ſic quia actus exteriores ſunt ꝓpe actus illius virtutis ad quoꝝ fines ſm ſuas ſpẽs referũt᷑ ſicut ieiunare ſm ſuam ſpẽm refert᷑ ad fineꝫ abſtinentie qui eſt compeſcere carnẽ: ⁊ ideo actus eſt abſtinentie. Confeſſio aũt coꝝ que ſunt fidei ſm ſuam ſpẽm ordinat᷑: ſicut ad finem ad id qđ eſt fidei: ſm illđ.2.cor.4. hñtes eundem ſpẽm fidei credimus: ꝓpter qđ ⁊ loquimur: vnde exterior locutio ordinat᷑ a deo ad ſignificandũ id qđ in corde ꝯcipit᷑. Vnde ſicut cõceptus interior eorum que ſunt fidei eſt ꝓprie fidei actus: ita ⁊ exterior locutio. h Tho. verbaliter. ¶ Scđo etiã probo ratione falſificationis: ꝙ quiſqꝫ pro loco ⁊ tpe tenet᷑ veritatem fidei ore cõfiteri: vnde poſito caſu ꝙ turchus diceret vni xp̃iano: aut nega fidẽ xp̃i: aut morieris: oïo non ſufficeret ad ſalutẽ realiter in corde fidem tenere ⁊ ore oppoſitũ dicere. Vnde fundamentũ iſtius rõnis põit phs. j. elencoꝝ. dicens. Sapientis opus ē in vnoquoqꝫ non mentiri de qb⁹ nouit ⁊ mentientem poſſe manifeſtare. hec ibi. Quo conceſſo. vꝫ ꝙ nulli lꝫ metiri: ſed ſemꝑ veꝝ dicẽ peto qđ eſt veritas: Et certũ eſt ſm phm. 9. methe. ꝙ veritas adequatio eſt rei ⁊ intellectus. Qđ ſi ſic eſt: pꝫ ꝙ ſi aſſeris fidẽ i corde ⁊ negas in ore non eſt in te veritas: cum ibi non ſit adequatio cordis ⁊ oris. Sequitur ꝙ nulli lꝫ falſitatẽ dicere etiã pro ſaluãdo toto mundo. dicente Aug. lib. de mendacio. ⁊ ponitur.22.q.2.c.j. Neqꝫ enim inquit recte teſtimonijs veritas: pro cuiuſqꝫ tpali cõmodo ac ſalute corrumpit᷑: cum etiam ad ſempiternã ſalutẽ nullus deducendus ſit opitulante mẽdacio. hec ille. Immo qr ſm Salomonem Sapie.j. Os qđ mentit᷑ occidit aïaꝫ: ⁊ ꝓpha dicit. Perdes oẽs qui loquũt᷑ mendatiũ. cõcludit᷑ ꝓpter hoc neceſſario ꝙ ſicut habitus fidei in corde eſt neceſſarius ad ſalutẽ: ſic ⁊ fidei ꝯfeſſio. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo ratione diſiunctionis. Fundamẽtũ rõnis ponit phs lib. de reg. ꝑn. di. Simul. ſilia ꝯiungunt᷑. pꝫ h regula. Nam ignis ꝯiungit᷑ igni: ⁊ aqua aq̃ reſpectu ſiltudinis. Sꝫ ignis cũ ſit ſiccus et calidus: nequaqꝫ cõiungi põt cum aqua que eſt humida ⁊ frigida. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ deus eſt veritas. vnde Jo.14. dr̃. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Sed manifeſtũ eſt ꝙ falſitas eſt diſſimilis ⁊ ꝯtraria veritati ergo eſt impoſſibile ꝙ ſimul ſtent. Si igitur aliquis negat fidem in ore qñuis teneat i corde cum talis ſit falſus ⁊ mentiat᷑: ſeqt᷑ ꝙ ē cõtrarius ⁊ diſſimilis veritati que de⁹ eſt. Et ꝑ conſequẽs concludit᷑ ꝙ talis fidem ore nõ cõfitens nunqꝫ poterit cõiungi cũ veritate que deus eſt: nec in pñti vita per grãm. dicente Salomone Sap.j. Spiritus ſanct⁹ effugiet diſcipline fictum. nec etiam in futura vita ꝑ gl'iaꝫ. dicẽte Ber. i ſuis ſentẽtijs. Sicut obliquum non coniungit᷑ rectitudini: ſic nec obliquus nõ coniunget᷑ vnqꝫ ſũme veritati. h ille.

Et ꝙ plus eſt talis oꝛe mētiēs contra fideꝫ
maledictus eſt a deo. Propter qͦ Jere.48.
dicitur. Maledict⁹ homo qui ambulat frau
dulenter.i.falſe. Et Eccle.2. Talibus cōmina
tur ſpiritus ſanctus di. Vhe duplici corde ⁊
labijs ſceleſtis ⁊ manibus male facientibus
⁊ peccatoꝛi terram ingredienti duabus vijs.
hec ibi. Ex predictis rationibus etiam patet
qualiter vocalis confeſſio fidei tempoꝛe ne-
ceſſitatis cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem. .
¶ Tertio hoc idem probo diſtinctionibus.
Prima diſtinctio eſt Tho.2.2.q.3.arti.2. di.
Cum queritur an confeſſio fidei ſeu veritatē
ſit neceſſaria ad ſalutem. Reſpondeo ꝙ ſic.
Nam ea que ſunt neceſſaria ad ſalutem ca-
dunt ſub preceptis diuine legis. Cōfeſſio āt
fidei cum ſit quoddam affirmatiuū non pōt
cadere niſi ſub precepto affirmatiuo. Vñ̄ co
modo confeſſio fidei eſt neceſſaria ad ſaluteꝫ
quo cadit ſub precepto affirmatiuo diuine le
gis. precepta autem affirmatiua non obligāt
ad ſemper: ſed pro loco ⁊ tempoꝛe ⁊ ſ̄ꝫ alias
circūſtantias debitas ſ̄m quas opoꝛtet actū
humanum limitari ad hoc ꝙ ſit actus virtu
tis. Sic igitur confiteri fidem non ſemꝑ nec
in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis: ſed
de aliquo loco ⁊ tempoꝛe: qñ̄.ſ.per omiſſionē
huius cōfeſſionis ſubtraheret̄ honoꝛ deo de
bitus: vel etiam vtilitas ꝓximis ipendenda:
puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret
⁊ ex hoc crederet̄: vel ꝙ non haberet fideꝫ: vl'
ꝙ fides non eſſet vera: vel alij per eius taci-
turnitatem auerterent̄ a fide. In hmōi eniꝫ
caſibus confeſſio fidei ſemꝑ eſt de neceſſita-
te ſalutis. h̄ Tho. verbalr̄. Aliam diſtinctōeꝫ
ponit. Idem Tho.2.2.q.3.ar.1. in ſolu.1.argu.
di. Triplex inquit eſt ꝯfeſſio ꝓ loco ⁊ tp̄e ad
ſalutem neceſſaria. vna eſt cōfeſſio peccatoꝝ
⁊ h̄ oꝛdinat̄ ad deletionē peccati que ē finis
penitentie. ꝓpter quod ad penitentiā ꝑtinet.
Alia eſt ꝯfeſſio gratiaꝝ actionis ſiue laudis:
⁊ iſta eſt actus latrie. oꝛdinat̄ enim ad hono-
rem dñ̄i exterius exhibenduꝫ ꝙ eſt finis la-
trie. Tertia vero eſt confeſſio coꝛuꝫ que ſunt
fidei: ⁊ iſta eſt ꝓpꝛius actus fidei vtpote rela
ta ad fidei finem: qui actus pro tempoꝛe ſuo
ſumme cuilibet eſt neceſſarius ad ſalutem. h̄
Tho. ibi ſententialiter. Aliam inſuper di. po
nit Ric̄ in ſuo quolibeto in.q. an confeſſio fi
dei ſit neceſſaria. ⁊ rñ̄dit. di. Quiſqꝫ interro-
gatus de fide tenetur fidem publice confiteri
propter q̄ttuoꝛ cāſ. Prima ē vt deus hono
retur. Scd̄a vt fides defendat̄. Tertia vt pro
ximus edificet̄. Quarta vt infideles confun-
dantur. Ex predictis diſtinctionibus ꝑꝫ ꝙ̄
ꝯfeſſio fidei eſt neceſſaria ad ſalutē. ¶ Quar
to hoc idem ꝓbo exemplis. Primo exēplo
Petri q̄ in conſpectu populi iudaici nullate-
nus voluit Chꝛiſti fidem reticere: ſed publice
coꝛam oībus ꝯfiteri. Vnde Act.5.c. ſic dicit̄.
Cum magiſtratus adduxiſſent apl'os coꝛam
principe ſacerdotum ſtatuerunt illos in con-
cilio: ⁊ interrogauit eos ꝑnceps ſacerdotum
di. Precipiendo precepimus vobis ne doce
retis in noīe iſto: ⁊ ecce nunc impleſtis irl'm
doctrina veſtra ⁊ vultis inducere ſuper nos
ſanguinem hoīs iſtius. Rñ̄dens aūt Petr⁹
⁊ apl'i dixerunt. Obedire opoꝛtet deo magis
q̄ꝫ hoibus ⁊c̄. Quo exemplo datur intelligi
ꝙ ſicut Petro ceteriſqꝫ apoſtolis non ſufficē
habitus fidei: ſed etiam neceſſaria fuit ad eo
rum ſalutem fidei confeſſio: ſic nec alicui pro
ficit ad ſalutem fides coꝛdis niſi ſimul ſit et
confeſſio oꝛis. Simile exemplū habemus de
Joāne euangeliſta de quo ꝓut habet̄ in le-
ctionibus ſuis ſic dicit eccleſia. Secundā igr̄
poſt Neronem perſecutionē chꝛiſtianoꝛum
Domitianus exercuit. hmōi tempoꝛibus
beatus Joānes apl'ſ ⁊ euangeliſta apͦ vrbē
epheſum a ꝓconſule cōpꝛehenſus admone-
bat̄ iuxta edictum imꝑatoꝛis vt Chꝛiſtū ne-
garet. At ille rñ̄dēs dicebat. Obedire oꝫ deo
magis q̄ꝫ hoibus. proinde nec Chꝛiſtū dñ̄m
meū negabo: nec a predicatiōe nois eius ge-
ſcam donec ꝯſumē curſum myſterij qͦ acce
pi. Ad cuius rñ̄ſioneꝫ motus ꝓconſul iuſſit
eum velut rebellem Ceſaris in doliū feruen
tis olei mergi: qui ſtatim vt ꝯiectus eſt i illud
velut foꝛtis athleta vnctus non aduſtus de
vaſe exijt. h̄ ibi. Aliud etiam exemplū habet̄
2. Mach.6. de eleazaro vno de ꝑoꝛibus ſcri-
baꝝ qui cum compelleret̄ a ſceleſto anthioco
ꝓpꝛiam legem negare: ⁊ ꝯtra ſuam legem
carnem poꝛcinā manducare nūq̄ꝫ voluit cō-
ſentire: de quo ibi ſic dr̄. Ille glorioſaꝫ moꝛ-
tem magis q̄ꝫ odioſam vitam cōplectens vo
luntarie pꝛeibat ad ſuppliciū ⁊c̄. Vide ibi ſi
vis textū egregiū. Ex predictis igit̄ auctibus
rōnibus: diſtinctionibus: atqꝫ exemplis: eui-
denter apparet: qualiter tam in foꝛo iudiciali
q̄ꝫ in ꝯſilijs cōicatum: ⁊ inſuꝑ in defenſione
chꝛiſtiane fidei: confeſſio oꝛis ſeu veritatis ꝓ

loco ⁊ tempore cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem. Ex quibus patet etiam huius ſcd̓e circunſtantie ſua verificatio. ¶ Tertio deniqꝫ circa ꝯfeſſionē fidei ⁊ veritatis ꝓpono ſuam ſatiſfactionē. Cum enim ſuperius duab⁹ rationibus oppoſitum ſit ꝙ ꝯfeſſio fidei prout aliqualiter videbať non erat neceſſaria ad ſalutem volens predictis rōnibus ſatiſfacere. Ad pͥmam rn̄deo ſm Tho.2.2.q.3.arti.2.in ſolutōe pͥmi argu. ꝙ finis fidei ſicut ⁊ aliarū virtutum referri debet ad finem charitatis qui eſt amor dei ⁊ proximi. Et ideo quando honor dei vel vtilitas proximi hoc expoſcūt non ſufficit ꝙ homo per fidem ſuam veritati diuine coniungať: ſed etiā tunc oportet ꝙ fidem ⁊ veritatem exterius confiteať: quod ſi non faceret nec deum honoraret nec ꝓximi vtilitatem diligeret: ⁊ ideo ſic facere non eſt vanum vt pͥma rō concludebat ſꝫ neceſſariū Ad ſcd̓am etiam rōnem factam in oppoſitū rn̄det. Idem Tho.2.2.q.3.ar.2.in ſolutōe triplici argu. di. Si inquit turbatio infidelium oriatur de ꝯfeſſione fidei manifeſtata abſqꝫ vtilitate aliqua fidei vel fidelium tunc nō eſt neceſſe in tali caſu per fidem publice cōfiteri vnde dn̄s Matth.7.dicit. Nolite ſanctum dare canibus neqꝫ margaritas veſtras mittatis ante porchos ne forte cōculcent eas pedibus ſuis: ⁊ ne cōuerſi diſrumpāt vos. Sꝫ ſi vtilitas aliqua fidei aut neceſſitas adſit cōtenta turbatione infidelium homo dꝫ fidem ⁊ veritatem publice confiteri. vnde Matth. 15. dicitur. ꝙ cum diſcipuli dixiſſent dn̄o ꝙ phariſei audito eius verbo ſcandalizati ſunt rn̄dit dn̄s. Sinite illos. ſ. turbari ⁊ ſcandalizari. ceci enim ſūt ⁊ duces cecoꝝ. h̓ Tho. verbaliter. Ad hoc facit illud qd̓ habeť ex̄ de re. iur. c. Qui ſcandalizauerit. vbi ſic dicit. Vtilius ſcandalū naſci permittitur q̄ꝫ veritas relinquatur. Ex predictis patet ſatiſfactio ad rationes in oppoſitū factas. ⁊ per ꝯn̄s apparet qualr̄ ꝯfeſſio vocalis fidei ⁊ veritatis etiā cū fide cordis cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem Et ſic inſup pꝫ ſcd̓a circūſtātia ad itegritatē vere fidei nec̄ia que dr̄ circunſtantia ꝯfeſſiōis Quā fidei circūſtantiā ⁊ ꝯfeſſionē nobis cōcedere digneť clementiſſimus dn̄s nr̄ Jeſus Chriſtus: qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus p infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſexta poſt quartaꝫ dn̄icam quadrageſime. Itē de integritate ipſius ſacratiſſime fidei.

Onis qui viuit ⁊ credit in me opando. ſ. qd̓ credit non moriet in eternū. Scribunť hec verba Jo. xj. ⁊ in euangelio occurrētis ferie. Poſt ſacri euāgelij litteralem ⁊ moralē expoſitionē amātiſſimi ciues. Ex quo vt claruit in precedenti ſermone ſufficienter declaraui ſcd̓am circūſtantiā ad integritatem vere fidei neceſſariā in q̄ monſtratū fuit qualr̄ neceſſe eſt ꝙ qſqꝫ nō tm̄ credat in articulis fidei: ſed inſup oꝫ ꝙ illos pro loco ⁊ tpe publice ore ꝯfiteať. habeo in pn̄ti ſermone ſinglr̄ declarare tertiā circūſtantiā ad integritatem ipſius vere fidei ſumme neceſſariam: que dicit circūſtantia operationis Cuius qd̓ē circūſtantie declaratio talis erit.

¶ De tertia circūſtantia ad integritatē fidei neceſſaria: que dicit circūſtantia opationis.

Tertia igiť circūſtantia ad integritatem vere fidei neceſſaria dr̄ circūſtātia opationis. Non eni ſufficit ſimpliciter fides cordis ⁊ ꝯfeſſio oris ad ſaluteꝫ ſed inſuper reqͥrit neceſſario vt qſqꝫ actualr̄ opeť q̄ credit: ſeu faciat oia opera dei actualr̄ obſeruando oia ipſi⁹ fidei ꝓcepta: hoc iō dico qm̄ multi ſunt q credūt in fidē xpi ⁊ ſub ipſa fide baptizati ſunt: ſed nequaq̄ꝫ opera fidei ⁊ xpi precepta obſeruare volunt: ꝓpterea dico ꝙ ſi qs hr̄et fidē oiuꝫ patriarchaꝝ: ꝓpharuꝫ virginū: ꝯfeſſoꝝ: martyꝝ: aploꝝ: atqꝫ fidē virginis glorioſe Marie: que ꝑdictos oēs i magnitudine fidei ſupauit. Et talis non faceret opa fidei ſue que ꝯtinenť in lege xpi: dico ꝙ ois illa fides nunq̄ꝫ euꝫ ſaluare poſſet. Et ꝙ opera fidei ⁊ adimpletio legis xpi cuilibet ſit neceſſaria ad ſalutem. quintupliciter probo. Primo auctoritatibus. Scd̓o rōnibus. Tertio diſtinctionibus. Quarto ſimilitudinibus. Quinto exemplis. ¶ Primo ꝓbo auctib⁹ ꝙ opa fidei ſunt cuilibet nec̄ia ad ſalutē. vn̄ Jac.2.dr̄. Quid ꝓderit fr̄es mei ſi qs dicat fidē ſe hr̄e opa aūt nō habet: nūqd poterit fides ſaluare eū? Si aūt frater aut ſoror nudi ſunt ⁊ indigeant victu quottidiano. dicat autem de vobis aliquis illis. Ite in pace calefacimini ⁊ ſaturamini ⁊ non dederitis que ſunt neceſſaria corpori: quid ꝓderit

vobis? Sic ⁊ fides ſi non habeat opa mor-
tua eſt in ſemetipſa. hec ibi. Auguſti. etiã ſu-
per verba Pauli ad Thitum pmo. videlicz
confitẽtur ore ſe noſce deum factis autẽ ne-
gant. ait. Qui verbis confitet xpum ⁊ factis
negat antichriſtus eſt: multos enim in xpia
nis inuenim⁹ antixpos: qui nõ verbis ⁊ cor
de: ſed tantũ factis xpum negant. Adiungite
igitur recte fidei rectã vitam ut vere xpm cõ
fiteamini: ⁊ verbis vera dicendo: ⁊ docendo
⁊ factis viuendo: ⁊ opando. Nam ſi confite
mini verbis ⁊ nõ factis: talis eſt non fides
xpianorũ ſed demonioꝝ. hec ille. Idẽ quoqz
Auguſti. in ſermone de dedicatione templi.
ait. Sicut eni malis operib⁹ quaſi quibuſdã
ſerris ⁊ vectib⁹ vite ianua nobis claudit: ita
bonis operib⁹ aperit. Grego. etiã in quadã
omelia ait. Ille verã habet fidem ⁊ vere cre
dit qui exercet operando quod credit. Quid
eniz prodeſt nobis ſi redemptori noſtro per
fidem iungimur: ⁊ ab eo morib⁹ ⁊ vita diſiũ
gimur. hec ille. Item. 23. q. 4. c. ſicut excellen
tia. Idem Grego. ait. Non gradus elegan
tior: ſed vite melioris actio apud deũ com-
probatur. Idem quoqz Greg. 40. diſtin. c.
Non loca inquit vel ordines creatori nr̃o
nos proximos faciũt: ſed nos aut merita bo
na cõiungunt: aut mala diſiungunt. hec ille.
Item extra de regularib⁹. c. porrectum. ⁊. ca.
ex parte tua. dicit. Habitus non facit mona
cũ ſanctũ: ſed opus bonum ⁊ pfeſſio regula
ris. Item extra de ſta. mo. c. q dei. dicit. Ex
fructibus colligitur euidenter: q opera que
facis teſtimoniũ phibent fidei ⁊ veritati. hec
ibi. Item extra de preben. c. venerabilis. di-
citur. Non generi ſed virtutũ nobilitas mo
rumqz honeſtas gratũ deo faciũt ⁊ ydoneũ
ſeruitorem: ad cuius regimen nõnullos ad-
miſit: tam nobiles q̃z ignobiles: tam paupe-
res q̃z diuites: eo q apud eum nulla eſt acce
ptio perſonarũ. hec ibi. Item Ambro. 86. di.
ca. Non ſatis. ait. Non ſatis eſt bene velle
niſi ſit ⁊ bene facere: nec ſatis eſt bene facere
niſi ex bono fonte. i. ex bona voluntate profi
ciſcatur. hec ille. Cõmentator etiã ſuper octa
uo Phiſicorũ ait. Bonitas ſermonũ ⁊ ha-
bituũ eſt experimentũ operũ ſenſatoruz. Et
phus ſecũdo Ethicoꝝ ait. Ex actibus virtu
tum ⁊ vitiorum boni vel mali dicimur. Et
ibi. Idem dicit. Virtus quid ſcit ut ſciam⁹
nõ ſcrutamur: ſed ut operãtes boni efficia-
mur. Et. 10. Ethicorũ ait. Virtutes non ſuf-
ficit ſcire ſz habere: ⁊ ſm eas operari. Et in
prologo Meth. dicit. Artifices experiẽtia ſa
pientiores eſſe arbitramur. Boetius inſup
libro de diſciplina ſcolariũ ait. Sicut prudẽ-
tia parum vel nihil prodeſt ſine iuſticia: iu-
ſticia vero ſine prudẽtia multũ: ſic quelibet
ſcientia ſine vſu ⁊ actu parum vel nihil pro-
deſt: vſus vero ſine ſcientia multuz. hec ille.
Dñs etiã ait. Matthei. 7. Non oĩs qui di-
cit mihi dñe dñe intrabit regnũ celorum: ſz
qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis ẽ
ille intrabit regnũ celorum. Deniqz Cipria-
nus ſuper verba orationis dñice. vz fiat vo-
luntas tua ⁊c. ait. Qui in eternũ cuz deo ma
nere velimus: dei qui eternus eſt voluntatẽ
facere debemus. Volũtas autẽ dei eſt quã
xpus docuit ⁊ fecit: humilitas in cõuerſatio-
ne: ſtabilitas in fide: verecundia in verbis:
in factis iuſticia: in operibus miſericordia: in
moribus diſciplina. Iniuriam facere nõ no
ſce: ⁊ factã p poſſe tollerare: cũ fratribus pa
cem tenere: deũ toto corde diligere ⁊ amare
in illo q pater eſt timere: in illo q deus eſt
xpus: nihil oĩno preponere: quia nec nobis
ipſe qcq̃z prepoſuit: charitati eius inſepabili-
ter inherere: cruci ei fortiter aſſiſtere: quan-
do de eius noĩe vel honore certamẽ eſt: exhi
bere in ſermone cõſtantiã qua cõfitemur: in
queſtione fiduciã qua cõgredimur: in morte
patientiã qua coronamur. hoc eſt coheredez
xpi velle eſſe: hoc eſt facere dei pceptũ: hoc ẽ
fidẽ catholicã obſeruare: hoc eſt voluntatem
patris iplere. Fieri autẽ petimus voluntatẽ
dei: ut in celo: ita ⁊ in terra: qđ vtrũqz ad cõ-
ſeruationẽ nr̃e incolumitatis ptinet ⁊ ſalut.
Nã cũ corpus e terra: ⁊ ſpm̃ e celo poſſideã-
m⁹: ipſi terra ⁊ celũ ſum⁹: ⁊ in vtroqz vz cor-
pore ⁊ ſpũ: ut dei volũtas fiat oram⁹. hec eſt
volũtas dei ut terrena celeſtib⁹ cedãt: ſpũalia
⁊ dĩna pualeant. hec ille. Ex predictis aucto-
ritatib⁹ patet: qualr fides ſine opib⁹ mortua ẽ
⁊ nihil pficit ad ſalutẽ. ¶ Secdo hoc idẽ pbo
ſeptuplici ratione. Prio rõne intentionis
Secdo rõne argumentationis. Tertio rõ-
ne aſſimulationis. Quarto rõne oformã-
tionis. Quinto rõne pfectionis. Sexto ra
tione demõſtrationis. Septimo rõne pre-
ceſſionis. ¶ Primo probo rõne intentionis
vz q fides ſine opibus nõ ſufficit ad ſalutez.
Fundamentũ rationis ponit phs pmo Po

liticoꝝ.di.Deus nihil facit ocioſum in natu
ra:ſed ꝓpter finē.Quo p̄ſuppoſito cū habi-
tus fidei ut in ſupradictis patet: ſit a deo in
anima infuſus peto quo fine quo reſpectu ꝗ̄
cauſa qua rōne: ⁊ intentione fidei habitū in
anima poſuit. Et certū eſt ꝙ ideo poſuit ha
bitū fidei in anima:ut per eū creat ad actuꝫ
⁊ oꝑationes.Qḋ cōfirmās Ricar.in.4.di.
46.ar.j.q.4.in corpore q̄ōnis di. ꝙ quilibet
habitus ordinat᷑ ad ſuū actū:ut ad finem.Et
phus.9.Metha.dicit. Actꝰ eſt finis potētie
immo ꝑ prius:nam magis intelligit᷑ actu q̄ꝫ
habitu.Propter quod in.7. Ethicoꝝ dicit᷑.
Finis ſemꝑ eſt primū in agibilibꝰ ⁊ appetibi
libus:⁊ licet ſit vltimū in execucione: tn̄ ſem
ꝑ eſt primū in intentiōe. Et ſcḋo de aīa dr̄.
Actꝰ ⁊ oꝑationes ſunt priores potētijs ⁊ ha
bitibꝰ ſm rōnē nō tp̄is ſꝫ nature. Et rō q̄re
actus ſit finis habitus ⁊ potētie: ⁊ hoc idem
natura ꝑ prius intendat eſt.q: Cōmentator
ſuꝑ.8.Phiſicoꝝ ait.Exitus alicuiꝰ de habi-
tu ⁊ potētia in actū:largit᷑ ei maximā perfe-
ctionē. Et ſcḋo Phiſicoꝝ di. Vnūquodqꝫ
magis pfectū eſt ſm ꝙ eſt actu q̄ꝫ ſm ꝙ eſt
potētia.Et.9.Meth.di.Actus ē pfectior po-
tētia ⁊ habitu:q: actus magis facit intelligē
q̄ꝫ potētia:ſed in vno ⁊ eodē modo quo mo
uet᷑ de potētia ad actū:potētia precedit actuꝫ
tp̄e nō natura.Quibꝰ pmiſſis:ſi ſic eſt ꝙ deꝰ
habitū fidei ſimplr̄ ordinauit ad actū ⁊ oꝑa
tiones:cōcludit᷑ ꝙ quiſqꝫ debet ſimul actus
⁊ oꝑationes cū habitu fidei cōiungere preci
pue cū dicat phus p̄mo Politicoꝝ. Debe-
mus vti rebꝰ ad id ꝓpter qḋ date ſunt a ſa-
pientiſſimo datore. ꝙ ſi quis aliter fecerit.i.
ꝙ velit ſimplr̄ habere habitū fidei ſine opi-
bus:certū eſt ꝙ talis hꝫ habitū fidei impfe-
ctū.dicēte pho.9.Metha. Simpliciter pfe-
ctū eſt:qḋ eſt in actu: impfectū vero qḋ ē in
potētia cum priuatione actus.Et.10.Meth.
dicit.Ex priuatione actus ab habitu ⁊ poten
tia ſeqtur malū qḋ eſt bono oppoſitum.ꝙ ſi
ut patet habitus fidei ſine opibus eſt quedā
res impfecta: ſeqtur ꝙ habens talē habituꝫ
ſine opibus nō habet verā eſſentiā ipſiꝰ fidei
dicēte Cōmētatore ſuꝑ.9.Meth. Qui tollit
a rebus ſuam oꝑationē:tollit ab eis ꝓpriaꝫ
eſſentiā.ꝙ ſi talis nō habet verā eſſentiā fi-
dei cū hoc ſit exp̄ſſe:ut pꝫ ꝯ̄ diuinā intentiōꝫ
ſeqtur ꝙ talis meret᷑ maximas penas.dicē-
te ſaluatore.Luce.18.Seruus ſciēs volūtatē

dn̄i ſ.⁊ nō f.p.v.m.O q̄ꝫtas plagas.O quot
cruciatꝰ. O quot deniqꝫ penas ⁊ tormenta
recepturi ſunt peſſimi ⁊ inſenſati xp̄iani: qui
ſm apl̄m ad Thitū p̄mo.Fide xp̄m cōfitent᷑
factis autē ⁊ opibus negant.Certe ſententiā
Hiero.incurrēt in teſtamento ſuo dicentis.
Heu quot hodie ſacro renati baptiſmate
xp̄iano fungunt᷑ noīe:quibꝰ foret meliꝰ xp̄ia-
nos nō fuiſſe. Centuplo eni maior erit pena
maloꝝ xp̄ianoꝝ:q̄ꝫ maloꝝ paganoꝝ.hec ille.
¶Secūdo etiā probo rōne argumētationis
ꝙ oꝑa ſil' cū hītu fidei neceſſaria ſunt ad ſa-
lutē.Fundamentū rōnis ponit phus.2.⁊.4.
Thopicoꝝ.di.Si de quo minꝰ ⁊ de quo ma
gis.Quo cōceſſo:certū eſt ꝙ virtus moralis
ad hoc ꝙ ſit virtus exigit ſuū actū:ergo a for
tiori habitus fidei a deo infuſus q eſt q̄ſi no
bilior in infinitū oībus habitibꝰ virtutū mo
raliū:debet ſimilr̄ habere actus ſuos ad hoc
ꝙ ſit verus habitus virtutis fidei.Et ꝙ ha-
bitus moralis ad hoc ꝙ virtꝰ dicat᷑ oīno exi
gat actū ſuū patet.Nā Tulius diffiniēs vir
tutē ut ait Bonauē.in ſcḋo.di.27.in q̄ōnibꝰ
circa litterā ait. Virtus eſt habitꝰ mētis in
modū vere rationi cōſentiens.Si igitur vir
tus hꝫ ſe ꝑ modū nature:certū eſt ſm phm
ſcḋo Phiſicoꝝ. ꝙ naturalia agūt neceſſario
ſicut patet de igne qui neceſſario emittit ca-
lorem:⁊ de ſole qui neceſſario emittit ſplen-
dorē:ergo a ſimili cū virtus ſit ſimilis natu
re:⁊ natura neceſſario ſuū actum ſeqtur.con
cludit᷑ neceſſario ꝙ verꝰ habitus virtutꝭ mo
ralis exigit actū ſuū pro tp̄e: aliter nō eēt ve
rus habitus.Proīde phs ſcḋo Ethicoꝝ di.
Scire qḋ nō eſt cōiunctū oꝑationi parum
aut nihil prodeſt ad virtutē:⁊ ibidē ait.Ad ꝑ
fectionē virtutis tria requirūtur:ſcire:velle:⁊
operari.Ex quibus cōcluditur ꝙ ſi habitus
virtutis moralis neceſſario requirit ſuū actū
ad hoc ut vere faciat hominē virtuoſuꝫ:a for
tiori habitus ſanctiſſime fidei requirit ſuos
actus ⁊ oꝑationes: ad hoc ut realiter faciat
hominē verum eſſe fidelem. Quod confir-
mans Auguſti.dicit. Fides appellata eſt ab
eo quod fit.Due ſyllabe ſonant cum dicit᷑ fi
des:prima ſillaba eſt a facto:ſcḋa eſt a dicto
Interrogo ergo te vtrū credas:dicis credo.
fac quod dicis:⁊ fides ē.hec ille.Propterea
Eccleſiaſt.24.dicit᷑.Qui credit deo:attendit
mandatis eius.¶Tertio hoc idem ꝓbo rō-
ne aſſimulationis ⁊ formo ſic rationem.ſi-

cut ſe habet charitas ad deū: ſic ſe habet ⁊ fi
des: ſed charitas nō eſt ſine opere exteriori.
dicente Greg. in omelia penth. Amor dei
nunq̄ꝫ eſt ocioſus opatur eniꝫ magna ſi eſt.
ſi autē operari renuit amor nō eſt: ergo a ſi-
mili fides ſi vera ſit nunq̄ꝫ debet eē ſine ope
ribus ad hoc ut poſſit apprehendere ſuū ob-
iectū. Si autē forte argueres in oppoſitum.
vꝫ ꝙ fides formata non ſemꝑ requirit exte-
riorem actū: ⁊ diceres. ſicut ſe habet chari-
tas: ita ⁊ fides formata: ſed charitas nō ſem
per elicit actū exteriorē: nec propter hoc de-
ſinit eſſe vera charitas. dicente Greg. ſicut
ſol cum nube tegitur nō videtur in terra: et
tamen ſplendet feruet ⁊ ardet in celo: ſic oc-
cupata charitas intus ꝑ vim ſui ardoris ex-
urit ⁊ foris flammas operis nō oſtēdit. hec
ille. ergo eodē modo fides etiā formata pote
rit ad ſalutem ꝑficere ſine actu exteriori. Ad
hoc reſpōderi poteſt ꝙ argumentū nō valet
Cum eniꝫ fides formata ſm apoſtolū ad ga
la. 5. ſit operās per dilectionē ⁊ charitas ſi
cut probatū eſt nunq̄ꝫ ſit pro debito tpe ſine
opere exteriori: concludit̃ propter hoc ꝙ etiā
fides formata ꝓ loco ⁊ tempore nūq̄ꝫ poteſt
eſſe ſine exteriori opatione. vel etiā dicas ſꝫ
Greg. ꝙ charitas nō ſemꝑ elicit actū exte-
riorē in caſu in quo operari nō eſt poſſibile:
nō ē eni tūc vtile neqꝫ neceſſe: ⁊ tūc in illo ca
ſu accipitur pro actu. Sic ſimiliter eſt dicen-
dū de fide formata: qꝛ eo tpe quo ē poſſibile
vtile ⁊ neceſſe: ſemꝑ ⁊ neceſſario elicit actum
exteriorēꝫ: ſed eo caſu in quo nō eſt poſſibile
vtile ⁊ neceſſe opari accipit̃ habitus fidei ꝓ
ipſo actu. ¶ Quarto hoc idē probo rōne con
formationis. Fundamentū rōnis ponit Cō
mentator ſuꝑ ſcdo de celo ⁊ mūdo. di. Oia
entia nihil aliud intendūt ꝑ ſuas opatiōes:
niſi ut aſſimilent̃ ſuo principio nobiliſſimo
patet hec regula. Nā animalia bruta immo
inſenſibilis terra atqꝫ vegetabiles plante iu
giter ꝓducunt fructus ſuos ⁊ opationes ſm
modū potentie ſue qḋ ideo faciūt ut ⁊ ocioſi
tatē fugiant que de ſe mala eſt: ⁊ inſuper ut
deo aſſimilent̃: qui ut habet̃ ſcdo. 7. 12. Me-
tha. eſt ſimpliciter act⁹ puriſſimus. Quo p̄-
ſuppoſito certū eſt ſm Ricar. in. 4. diſt. 49
ar. 1. q. 4. in cor. q. ꝙ per actū magis aſſimila
tur ⁊ cōformat̃ hō deo: q̄ꝫ ſimpliciter ꝑ habi
tum ꝗ non eſt in deo cū ſit res imperfecta.
ꝙ ſi ſic eſt cū quilibet obliget̃ ⁊ teneat̃ cōfor
mari deo in ꝑfectione q̄tū poteſt: ſic ipſe pre
cipit Matt. 5. di. Eſtote ꝑfecti ⁊c̃. cōcluditur
neceſſario ꝙ habitus fidei nō ſufficit ad hoc
ut aīa cōformet̃ cū deo: ſed neceſſario etiam
exigitur ipſe actus ⁊ opatio. ¶ Quinto hoc
idem ꝓbo rōne ꝑfectionis. Fundamentū ra
tionis ponit Tho. 1.2. q. 113. di. Nobilior eſt
ſimpliciter atqꝫ potētior gratia ipſa natura.
qḋ ſic patet: qꝛ gratia exaltat animā rōnalē
ſuꝑ naturā: ⁊ ſuꝑ gloriā multoꝝ angeloꝝ: cū
tamē angelus per naturā nobilior ſit aīa rō
nali. Quo p̄ſuppoſito certū eſt ſm phm. 19
de animalib⁹. ꝙ natura q̄ dat inſtrumentū:
dat ſimul ⁊ opationem: quia nō facit oculuꝫ
ſine viſu: nec viſum ſine oculo. ꝙ ſi hoc facit
natura a fortiori facit hoc ⁊ gratia. Si igitur
gratia infundit habitū fidei: neceſſario ad ei⁹
perfectionē requirit actum ⁊ opationē. ꝙ ſi
aliter intenderet: ſequeret̃ ꝙ natura eſſet ꝑfe
ctior atqꝫ potētior in ſuis effectibus ipſa grā
quod vtiqꝫ falſiſſimū eſt. Propterea aplus
ad Gal. 3. ait. Qui nobis tribuit ſpm̄ in vir
tute fidei opat̃ ⁊ virtuteꝫ. Quod confirmās
Bonauē. in. 3. di. 35. ar. 1. q. 2. in corpore que-
ſtionis dicit. Cum querit̃ an obiectū ſcientie
fidei inq̄tum eſt gratia quedā ⁊ donū ſpūs
ſancti conſiſtat ſimpliciter in cōſideratione
an in actione vel opatione. Reſpōdeo ꝙ ſci
entie quadruplex eſt differentia. Quedaꝫ eſt
ſcientia que cōſiſtit in intellectu pure ſpecu-
latiuo: ⁊ hec eſt fundata ſupra principia rōis
⁊ hec ſcientia dr̃ acquiſita de quacūqꝫ crea-
tura ſicut in ſcientia humane phīe. Quedaꝫ
eſt ſcientia que cōſiſtit in intellectu inclinato
ab effectu: ⁊ hec eſt fundata ſupra principia
fidei: que quidē ſunt articuli: eſt nihilominus
acqſita: ⁊ hec eſt ſcientia ſacre ſcripture: quā
nullus habere pōt: niſi ſaltem habeat fidē in
formē. Quedā eſt ſcientia que cōſiſtit in in-
tellectu ſiue in ratione inq̄tum inclinat affe
ctū ad operationē: ⁊ hec eſt fundata ſuꝑ p̄n-
cipia iuris naturalis que ordinat̃ ad rectitu
dinē ⁊ honeſtatē vite: ⁊ hec ſcientia eſt virtu
tis prudentie. Quedā autē eſt ſcientia q̄ con
ſiſtit in intellectu: ſm ꝙ eſt inclinatus ⁊ inclī
nans: inclinatus inq̄ꝫ a fide ſimpliciter. In-
clinans autē ad bonā opationem: ⁊ hec fun
datur ſuꝑ principia fidei ⁊ habet ortū a do-
no diuine gratie. Et talis eſt ſcientia fidei q̄
eſt donū ſpūſſancti. Et ex hoc patet: quis ſit
actus proprius hui⁹ doni. Eſt eni actus eius

dirigere ad omnia agētia mediāte regula ip
ſius fidei:cuius ē dirigere ad oꝑa miſericoꝛ
die:ut nō tm̄ bona ꝓ bonis reddat ſm ꝙ di
ctat lex nature:ſed etiaꝫ bona pro malis ſm
ꝙ dictat lex gratie ad exemplar ip ſius Jeſu
xp̄i in quo fuit omnis gratie habundantia.
Et ideo ad ipſam ſcientiā non ſolū pertinet
dirigere in agendis:ſed etiā ex cōſequenti ꝑ
tinet noſce ea que ſunt fidei tanꝙꝫ fundamē
tum ſue directionis ⁊ vlterius noſce huma-
nitatē xp̄i tanꝙꝫ exemplar ſui regiminis: ita
ꝙ hic triplex actus cōuenit ei ſm triplicem
reſpectū. Vnus reſpectu obiecti motiui. Al-
ter reſpectu ſui fundamenti directiui. Tertiꝰ
vero reſpectu exemplaris excitatiui. Et quia
principalis actus accipit̄ ex parte obiecti: hic
eſt ꝙ precipuꝰ actus doni ſcientie eſt dirigere
circa agenda:ſeu circa actionē ⁊ operationē.
hec Bonauen. verbaliter. ¶ Sexto etiā pro
bo ratione demonſtrationis qualiter vnuſ-
quiſqꝫ tenetur opera ſimul exterioꝛa habere
cum habitu fidei. Fundamentū rationis po
nit dominus Matth.5. vbi precipit di. Sic
luceat lux veſtra coꝛam hominibꝰ.ſ.tam fide
libus ꝙꝫ infidelibus: ut videant veſtra bona
opera:⁊.g.p.v.qui in c.eſt. Quo preſuppoſito
videlꝫ ꝙ quiſqꝫ tā fidelibꝰ ꝙꝫ infidelibus te-
netur oſtendere ſe habere veram fidem xp̄i.
Certū eſt ſm phm̄ p̄mo Poſterioꝝ. ⁊ p̄mo
de anima.qꝛ duplex eſt cognitio.ſ.cognitio ꝑ
cauſam ⁊ cognitio ꝑ effectū: ſed manifeſtum
eſt ꝙ habitus fidei cū ſit in anima nō poteſt
ab aliquo fideliū: ſeu infideliū cognoſci.q ha
bitus fidei vtiqꝫ eſt cauſa effectuū exterioꝛuꝫ
vꝫ oꝑationū:ergo neceſſario opoꝛtet ꝙ qſqꝫ
ꝑ ſigna exterioꝛa.i. bona opera faciat ſe co-
gnoſcere eſſe verū fidelem ſeu habere in ani
ma habitū vere fidei:nā ſm phm̄ ſcd̄o Pri
oꝛū. Signū eſt prepoſitio demōſtratiua faci
ens fidem. Et primo perier.idē dicit. Signi
ficare idē eſt quaſi intellectū de aliqua re cer
tum facere ⁊ cōſtituere. Et p̄mo de aīa dicit
Accidentia magnā partē conferūt ad cogno
ſcendū ꝙ quid eſt.ſ.cām vel ſubiectū. Et ſe-
cūdo Prioꝝ dicit. Per ſigna coꝛpoꝛis nota
nobis ſilogizamꝰ diſpōnes aīe nobis igno-
tas. Et.2.de anima dicit. Habitꝰ cognoſcū-
tur ꝑ actus.actus aūt ꝑ obiecta. Et p̄mo de
anima ait. Anima ſimplex ⁊ intellectual' co-
gnoſcitur ꝑ motū ⁊ ſenſum ⁊ oꝑationeꝫ ſui
coꝛpoꝛis. Et.4.Meth.ait. Opus bonum et
malum ab extra indicat quale in anima. Et
12.Meth.dicit. Actus ſpecificant habitꝰ. Itē
extra de hoīcidio c. ſignificaſti.dicit̄. Ex qua
litate facti p̄ſumit̄ animꝰ facientis. Ciprianꝰ
etiam.26.q.j.c. Nec aliqua putet.ait. Certe ⁊
ipſe cōcubitus ipſa confabulatio ipſa ocula-
tio ⁊ coniacentium feda ⁊ turpis doꝛmitio
dedecus criminis confitent̄: ⁊ qualitas actꝰ
preſumptionē habitus inducit. Ambꝛo.etiaꝫ
libꝛo de officijs ait. Eſt in ipſo motu geſtu ⁊
inceſſu tenenda modeſtia ⁊ verecundia:habi
tus enim mentis per ſtatum coꝛpoꝛis cogno
ſcitur. Deniqꝫ ipſe dominus Mat.7.ca.ait.
A fructibus e.c.eos. Ex quibus omnibꝰ colli
gitur:ꝙ cum quiſqꝫ teneat̄ ex precepto domi
ni oſtendere ſe habere veram fidem xp̄i taꝫ
coꝛam fidelibus ꝙꝫ infidelibus:⁊ habitus ve
re fidei cū ſit in anima a nullo predictoꝝ po
teſt cognoſci:niſi ꝑ ſigna exterioꝛa.i. per actꝰ
⁊ oꝑationes:cōcludit̄ ꝙ de neceſſitate ſalut̄
eſt:ut qſqꝫ oſtendat fidē ſuam cū exēplo bo-
noꝝ opeꝝ exterioꝝ. Ad qd̄ inducens Aplus
p̄mo Thi.4.dicit. Nemo adoleſcentiam tu
am cōtemnat:ſed eſto exemplū fideliū in ver
bo: in ꝯuerſatione: in charitate:in fide:in ca
ſtitate: dū venio attēde lectioni ⁊ exhoꝛtatio
ni doctrine:noli negligere grām dei ⁊ fidei:
que in te eſt ſꝫ hoc meditare. In his eſto vt
ꝓfectus tuus ſit oībus manifeſtus. Attende
tibi ⁊ doctrine inſta in illis. Hoc eni faciēs
⁊ teip̄m ſaluū facies: ⁊ eos qui te audiēt. Et
ad Roma.15.admonet.di. Vnuſquiſqꝫ pla
ceat coꝛam proximo ſuo in bonū ad edifica-
tionē omniū.ſcꝫ fidelium ⁊ infideliū. Et pri-
mo ad Theſſa.5.ait. Conſolamini inuiceꝫ et
edificate alterutrū: ⁊ ſemper quod bonuꝫ eſt
ſectamini inuicem ⁊ in omnes. Sed heu qd
dicam cum quaſi nullus ſit hodie fidelium
qui monſtrat fidem ſuam exterioꝛi exemplo
bonoꝛū operum. Certe pluries ſcire optaui:
quare verificatur nūc dictuꝫ prophete dicēt̄
Dominus de celo proſperit ſuꝑ filios homi
num ut videat ſi eſt.intel'.⁊c̄. Et certe didici
inter alias ratiōes imo firmiter credo ꝙ ſit
potiſſima ratio ⁊ cauſa malū exemplū. Naꝫ
cum quis alium peccare videt ſtatim ſequi-
tur eum:ſicut filius patrem:filia matrem:no
tarius iudicem:ſeruus dominū: populus ſa
cerdotem ⁊ religioſum. Et ꝙ plus eſt ꝑ ma
lum exemplū chriſtianoꝝ: ſtant infideles ꝙ
non conuertuntur ad verā fidem xp̄i ad quā

realiter crederem quaſi oēs ꝯuerti ſi xp̄iani
in veris opibus fidei ſe exercerēt. Sed vhe
vhe vhe illis qui ſuo malo exēplo tā fideles
xp̄i q̄z infideles ſcandalizant. Audiant tales
quid dn̄s Matth.18.dicat. Qui ſcandaliza-
uerit vnum de puſillis iſtis qui in me cre-
dunt. expedit ei vt ſuſpendat mola aſinaria i
collo eius: ⁊ demergat in profundum maris
vhe mundo a ſcandalis: neceſſe eſt enim vt
ſcandala veniāt. verūtn̄ vhe hōi illi ꝑ quem
ſcandalum venit. Si aūt manus tua vl' pes
tuus ſcandalizat te abſcide eum ⁊ ꝓice abſte
bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilez vel
claudum: q̄z duas manꝰ vel duos pedes ha
bentem mitti in ignem eternum. Et ſi oculꝰ
tuus ſcandalizat te: erue eum ⁊ proice abſte:
bonum eſt tibi cuz vno oculo intrare ad vitā
q̄z duos oculos habentez mitti in gehēnam
ignis. hec ibi. Et Greg. xj. q. 3. c. precipue. dic̄
Scire prelati debent ꝙ tot mortibus digni
ſunt quot ad ſubditos ſuos perditionis exē-
pla tranſmittunt. hec ille. Nomine prelatoꝝ
intelligo nō tm̄ dn̄os: ſed omnes qui aliqbꝰ
preſunt: ſicut pater filijs: maritus vxori: ⁊ ſic
de ſingulis. ¶ Septimo deniqz probo rōne
preceſſionis: ꝙ opera ſimul cum fide neceſſa
ria ſunt ad ſalutem. Fundamentū rationis
ponit auctor li. de cauſis. Omnis cā nāliter
precedit ſuum effectum. pz hec regula. Nam
arbor precedit fructum: ⁊ pater filium. Quo
preſuppoſito peto que ſit cauſa ꝑncipalis me
riti eterne felicitatis: ⁊ claꝝ eſt ꝙ eſt ipſa vir
tus actualis: dicente pho. j. ethi. Felicitas eſt
premiū virtutis. ⁊ Tho. 2. 2. q. 89. ar. j. in ſolu.
ſcdi ⁊ tertij ar. dicit ꝙ virtus cauſat ex actibꝰ
⁊ meritum actibus correſpondet. Qd̄ confir-
mans apoſtolus. j. cor. 3. dicit. Vnuſquiſqz ꝓ
priam mercedem accipiet ſm̄ ꝓprium labo-
rem. Et ad Gal. 4. ait. Bonum aūt facien
tes non deficiamus: tempore enim ſuo me-
temus: vbi ait glo. Quātum ſeminauerimꝰ
in operibus: tm̄ metemus de fructibꝰ eterne
vite. Et Luc. 10. dicitur. Dignus eſt operariꝰ
mercede ſua. Apoc. etiam vlti. dicitur. Ecce
venio cito ⁊ merces mea mecū eſt dare vni-
cuiqz ſm̄ opera ſua. Et Iſa. 53. dicit. Pro
eo ꝙ laborauit ⁊ operatus eſt: aīa eius vide
bit dominum ⁊ ſaturabit. Si igitur vt patet
cauſa precedit ſuum effectuz cum bona opa-
tio ſit cauſa meriti. concluditur neceſſario ꝙ
nullus poteſt habere meritum vite eterne cū
ſolo habitu fidei: ⁊ loquor de adultis: ſed oz
ꝙ tale meritum omnino precedat ſua cauſa
que eſt operatio bona. Proinde Aug. lib. de
moribus eccleſie dicit. Premium merita ſe
qui debet non precedere: nec plus poteſt ex
iuſtitia deus dare q̄z ſit homo dignus. pen-
ſemus igitur non ſine maximo labore ⁊ vir-
tute mercedem paradiſi percipere poſſe. Nō
ergo debemus premium petere niſi prius ꝓ
cedat labor virtutis. hec ille. Ex qua ratione
patet ꝙ quiſqz habens fidem ſine operibus
virtuoſis: in diuino iudicio eſt condēnādus:
dicente Auguſtino in ſententijs ſuis. Fides
ſine operibus ſignum eſt perditionis. in iu-
dicio enim fides illa oſtendet euz in quo fuit
fuiſſe chriſtianū: ex alia pte opera mala oſten
dent illum fuiſſe inimicum Chriſti: fides illa
oſtendet ꝙ Chriſto fidelitatem debuit. opera
vero mala ꝙ fidem non exhibuit: ⁊ ſic prodi
tor fuit. Malus chriſtianus habens fidē cū
malis aperibus: ſecum habet litteras ſue dā
nationis: quia per fidem ſcriptum eſt ī corde
eius: ꝙ qui talia agunt regnū dei nunq̄z poſ
ſidebunt. hec ille. Ex prefatis ſeptem rōni-
bus euidēter apparet: qualiter fides ſine opi
bus eſt inutilis ad ſalutem. ¶ Tertio etiam
probo diſtinctionibus ꝙ opera ſimul cū fide
cuilibet ſunt neceſſaria ad ſalutē. Scd̄m enī
Franciſcū de Maro. in ꝓ. diſt. vlti. Duplex ē
actio ſiue operatio ad conſequendū felicitatē
neceſſaria. ſ. actio elicita ſeu intrinſeca: ⁊ opa
tio extrinſeca: vel īperata: operatio anime i
trinſeca ⁊ elicita eſt: quādo aliquid actu intel
ligitur per intellectum ſiue actu amatur ab
intra per voluntatē. operatio autē extrinſeca
⁊ impata eſt qn̄ mediante intellectu ⁊ volun
tate facimus operationes exteriores: vtputa
ieiunare: elemoſynas dare: ⁊ hmōi. Vel ac-
tio impata dicit: qn̄ voluntas mota ab intel-
lectu impat potentijs ſeu ſenſibus ſui corpo-
ris vt exeant ad opationes ſuas: ſeu ſe reſtri
gant ab operibus illicitis. His premiſſis cō
cludit ꝙ cum actio extrinſeca ⁊ impata ordi
netur ad actionem elicitam ⁊ intrinſecaz: nō
ſufficit ad ſalutem ſimpliciter actio intrinſe-
ca anime: niſi ſimul ſit ⁊ actio impata ab ex
circa exteriora opera: ⁊ hoc pro loco ⁊ tem-
pore quādo occurrunt facienda. Aliam di-
ſtinctionem ponit Bonauen. in. 2. di. 40. ar.
j. q. 3. vbi querit. an opera ſimul cum habitu
fidei ſint neceſſaria ad ſalutez: ⁊ reſpōdit di.

ꝙ duobus modis poſſumus loqui de operibus bonis: aut de illis que ſunt de ſup erogatiōe: aut de illis que ſunt in oblatiōe. De primis operib⁹ ſup erogationis: ut eſt ſeruare virginitatē: relinquere mundū: ꝛ huiuſmodi. dico ꝙ nullus ad illa opa tenet: niſi forte p votuʒ factum. Alia ſunt opa obligationis de quibus diſtinguendū eſt. Aut eni ille qui habet intentionē ꝛ voluntatē ad aliquid faciendū: habet facultatē ꝛ poſſibilitatē: aut nō Si nō habet poſſibilitatē: nō tenet ad opera exteriora: ſed ſolū ſufficit volūtas. Si aūt habʒ poſſibilitatē ꝛ facultatē: tunc obligatur ad opa fidei vel charitatis extrinſeca: cū exigit locus temp⁹ cōditio ꝛ huiuſmōi. ꝙ ſi ſic ē a fortiori tenet quilibet hr̄e erga proximos operationē charitatis intrinſecus. Hec Bonauē. Idem etiā Bo. querit ſup prohemio primi ſententiaꝝ. q. 3. an ſcientia q̄ttuoꝛ librorū. ſit tradita ſimpliciter a ſpū ſancto ꝓpter intelligere tm̄. ꝛ reſpondit ꝙ pfectibile a ſciā eſt ipſe intellectus: qui intellect⁹ habet tripliciter cōſiderari. Primo q̄tū ad ſe. Secūdo q̄tum ad affectionē ſiue voluntatē. Tertio q̄tum ad opus. Et ↄcludit ꝙ ſpūs ſctūs non tradidit ſimpliciter ſcientiaʒ intellectui ut ipſe tm̄ intelligat: ſed etiā ut referatur ad voluntatē: ut. ſ. ipſa velit ꝛ amet qđ intelligit Et vltra hoc tradidit ſuper omnia ut precipue referatur ad opus. i. ut quiſqȝ opetur qđ diligit ꝛ cognoſcit. Et infert ibidē ꝙ nullus vnqȝ eſt verus theolog⁹: ſeu legiſta: licet ſciat oēs cōcluſiones thelogie ꝛ legis ciuilis: niſi amet ꝛ opetur ex charitate ſm poſſibilitateʒ ſuā oia que ipſa ſacra theologia vel lex ciuil' demōſtrat. hec ibi. ſentētial'r. Aliā diſt. ponit Tho. in. j. di. 38. di. ꝙ deus ſe habet ad ſalutē hoīs: ſicut artifex ad ſuū op⁹. Artifex āt tria ↄſiderat. Primo obiectū. Scđo finē. Tertō mediū ad finē ꝓducēs. Exēpli grā. Nā primo idē artifex ↄſiderat formā dom⁹: ꝙ ē obiectū. Scđo finē ꝙ eſt habitatio. Tertio mediū ꝙ eſt lapides: ligna: cementū: ꝛ huiuſmodi. Sic deus a ſimili in hoīs pdeſtinatione ꝛ ſaluatiōe. Primo cōſiderat obiectū pdeſtinatū ꝛ ſaluandū: ꝙ eſt hō beatitudīs capax. Scđo finē quē vult hoī dare: q finis nihil ē aliud q̄ȝ ipſe deus. Tertio ↄſiderat medium p qđ finis acqrit: ꝛ ſic ſunt virtutes ꝛ operationes bone. ſine quib⁹ nullus adultus ſaluari pōt. hec Tho. ſentētialiter. Aliā deniqȝ di. ponit Bonauē. in. 3. di. 26. ar. j. q. 4. in ſolu. j. ar. reſpondēs ad q̄ſitū illud. vtꝝ pctoꝛ q careret opib⁹ fidei poſſit recte ſpare btitudinem. vbi ſic dicit. Aliqs pōt exire in actū ſpei tripliciter. Prio hn̄do merita in ꝓpoſito ꝛ i effectu: ſicut hō iuſt⁹ q diu deo ſeruit: ꝛ in poſterū ſeruire intendit: ꝛ iſte ē actus fidei formate. O quā bona ē ſpes iſta. o ſpes pfecta. o ſpes iocunda. certe hec eſt ſpes de qua ad Ro. 5. dr̄. Spes nō ↄfundit: q2 charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ veſtris. ¶ Secūdo habendo merita in ꝓpoſito ꝛ nō in effectu: ſic ille q eſt peccatoꝛ ꝛ ꝓponit multa bona opa facere: ꝛ p illa ſaluari: ꝛ iſte eſt actus ſpei informis: ꝛ eſt valde dubius ꝛ piculoſus: modicíqȝ valoris niſi actualiter ponat in effectu. ¶ Tertio nō habēdo merita ꝛ opatiōes nec in effectu nec in ꝓpoſito: ſicut ille q eſt peccatoꝛ: ꝛ ꝓponit multa bona opa facere: ſꝫ agit mala ꝛ nulla facit bona: ꝛ delibērat ſic pſeuerare: ſed per ſolam miſericoꝛdiā dei ſe credit gl'iam adeptuꝝ. Et iſte eſt actus nō ſpei: ſed preſumptionis: de quo Eccli. 37. dr̄. O preſumptio neqſſima vn̄ creata es. hec Bona. Ex predictis etiā diſtinctionib⁹ patet: qual'r habitus fidei nō ſaluat ſimpliciter xp̄ianum ſed ipſe virtutes atqȝ opatiōes bone. ¶ Quarto hoc idē ꝓbo ſilitudinib⁹. Et p̄mo ſilitudine nāli. Nam phūs p̄mo de ce. ꝛ mū. dic. ꝙ nā tria exigit ad pfectionē vniuſcuiuſqȝ rei: vʒ ſubſtantiā: virtutē: ꝛ operationē: patet in vite que licet hēat potentiā ꝛ virtutē ꝓducēdi vinū: tn̄ ſi careat fructu vini nequaq̄ȝ vitis illa pfecta dicetur. Sic a ſili: licet qs hēat ſubſtantiā habitus fidei ꝛ etiā poſſibilitateʒ ꝓducēdi opa: ſi nō erit in opationes: nō dr̄ hr̄e bonā fidē. ¶ Scđo hoc idē ꝓbo ſilitudine artificiali. Sicut eniʒ artifex ſimpl'r faciens bonū fundamentū domus: ꝛ non pres vel tectū vituperabilis eſt. ſic a ſili hn̄s ſimpliciter habitū fidei ꝛ nō opa vitupabilis ē. Oppoſitū eſt de domo q̄ qn̄ hʒ bonū fundamentū cū oib⁹ ſuis ptib⁹ ꝛ alijs oꝛnamētis que requirūtur ad eius pfectionē: tunc laudatur dom⁹ ꝛ eius artifex. Inde eſt ꝙ Gen̄. p̄mo legit. ꝙ ꝓductis fundamētis deus poſuit alia oꝛnamēta; ꝓpter qđ dr̄. Igit pfecti ſunt celi ꝛ terra ꝛ oīs oꝛnatus eoꝝ. Sic a ſimili: nō ſufficit habere fidei fundamentū: niſi quiſqȝ oꝛnet illud alijs virtutib⁹ ꝛ opibus bonis: veluti iuſticia: tempantia: foꝛtitudine:

prudētia:māſuetudie:⁊ hmõi. Q̄ð miſtice fi
guratū eſt Apoč.21.vbi dr̄. ꝙ fundamentū ci
uitatis hierlm erat ornatū oī lapide ꝑcioſo.
Et Ezech.28.dicit̄. Omnis lapis precioſus
operimentū tuū.¶ Tertio hoc idē probo ſi-
militudine ſciētiali. Nā ꝑhus ꝑmo Poſte-
rioꝝ dicit. In demōſtratione alicuiꝰ ſcientie
tria ſunt neceſſaria.vꝫ vnū qð demōſtratur
ſcꝫ cōcluſio.hoc eſt autē ꝙ ꝯtinet in ſe id qð
ineſt alicui generi ꝑ ſe.¶ Secundū eſt digni
tas.dignitates autē ſunt ex qbus demōſtra
tio fit.¶ Tertiū autē eſt genus ſubiecti. cuiꝰ
paſſiones ꝓprias ⁊ per ſe accidētia oſtendit
demōſtratio.His ꝑmiſſis pꝫ ꝙ qui ignorat
mediū nunꝗꝫ pōt inferre cōcluſionē.ſicut di
cendo.Omne animal rōnale eſt riſibile.Si
ignoret̄ mediū:ꝙ eſt omnis homo:nūꝗꝫ po-
terit concludi:ergo omnis homo eſt animal
riſibile.Sic a ſimili dico ſi quis ignorat me
diū fidei ꝙ eſt operatio:nunꝗꝫ poterit infer
re cōcluſionē ꝙ ſaluetur.¶ Quarto hoc idē
probo ſimilitudine penitentiali ſeu diuinali
Nam Ricar.in.4.diſt.14.ar.5.q.2.querit.
vtrū prius acceptet deus actū penitentie q̃ꝫ
habitū:⁊ probat ꝙ ſic di. Illud prius ordine
nature format̄ a charitate quod prius ordie
nature a deo acceptat̄:ſed prius ordine natu
re.i.ſm rationē intelligendi acceptat̄ a deo
actus penitentie q̃ꝫ habitus penitētie ordina
tur ad actū ſicut ad ꝓximū finē: ⁊ deus priꝰ
ordine nature acceptat bonuꝫ ꝙ eſt finis:q̃ꝫ
bonū ꝙ eſt ad finē:quia bonū quod eſt ad fi
nem acceptat ꝓpter finē:ergo prius ordie na
ture plus deo placet actꝰ penitētie q̃ꝫ habitꝰ.
Immo habitū ſimpliciter penitētie nūꝗꝫ ac
ceptat deus ſine actu.hoc ꝑſuppoſito arguo
a ſimili ꝙ plus deo placent oꝑa fidei q̃ꝫ ha-
bitus:⁊ nunꝗꝫ ſimpliciter acceptat deꝰ habi-
tum fidei ſine ſuo actu.¶ Quito deniqꝫ hoc
ꝓbo ſilitudine figurali. Nam ꝑtermiſſa ſili
tudine que habet̄ Mat.21.⁊ Luce.13. De ar
bore nō faciente fructū que fuit a dn̄o male
dicta:ꝓ eo ꝙ non habebat niſi folia. Accipe
figuraꝫ que ponit̄ Luce.10.vbi ſic dicit̄. Qui
dam homo deſcendebat a hieruſalē in hieri
cho ⁊ incidit in latrones:qui diſpoliauerunt
eum ⁊ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo
relicto.Accidit autē ut ſacerdos quidā trāſi
ret ⁊ viſo illo preterijt. Similiter etiā leuita
cum eſſet ſecus locum ⁊ videret eū ꝑtranſijt
Samaritanus autē quidā videns eū miſe-
ricordia motus eſt ⁊ appropiās alligauit vul
nera eius infundens oleū ⁊ vinū:⁊ imponēs
illum ſuper iumentū ſuū duxit ad ſtabulum
⁊ curam eius egit.⁊ altera die protulit duos
denarios:⁊ dixit ſtabulario curaꝫ illius ha-
be:⁊ quodcūqꝫ ſupererogaueris reddam ti
bi.hec ibi.Hanc ſimilitudinē propoſuit do-
minus cuidaꝫ legiſperito:cum interroganti
quis eſſet proximus ſuus ab eo diligendus:
quod cū expoſuiſſet:ut pretactum eſt ſuperio
ri ſimilitudine:ſtatim interrogauit legiſperi
tum di.Quis horū trium videtur tibi proxi
mus fuiſſe illi qui incidit in latrones: an ſa-
cerdos:an leuita:an ſamaritanus?At ille di
xit.Qui fecit miſericordiā in illuꝫ. Et ait illi
Jeſus. Vade ⁊ tu fac ſimiliter.Qua ſimili-
tudine datur intelli:ſimul cum ceteris ſimili
tudinibus ꝙ habitus fidei ⁊ amor ſine ope-
ribus nō meretur laudē nec ſalutē.¶ Quin
to poſtremo probo exemplis: qualiter fides
ſine operibꝰ nō ſufficit ad ſalutem. Naꝫ Ja
co.2.dr̄. Vis ſcire o homo inanis:qm̄ fides
ſine operibꝰ mortua eſt. Abraam pater no-
ſter nōne ex opibus iuſtificatꝰ eſt offerrēs fi-
liuꝫ ſuū yſaac ſuper altare. Vides ergo qm̄
fides coopabatur opibus illius: ⁊ ex operi-
bus fides cōſummata eſt:⁊ ſuppleta eſt ſcri-
ptura.di.Credidit abraam deo ⁊ reputatuꝫ
eſt ei ad iuſticiā:⁊ amicꝰ dei appellatꝰ eſt: vi
detis quoniā ex operibus iuſtificat̄ homo ⁊
nō ex fide tantū.Similiter et raab meretrix
nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens
nūcios:⁊ per aliā viā eijciens.Sicut eni cor
pus ſine ſpiritu mortuuꝫ eſt: ita ⁊ fides ſine
operibus mortua eſt.hec ibi. Quibus exem
plis patet:qualiter opera ſunt neceſſaria ad
ſalutem.Aliud exemplū ponitur Math.20
de patrefamilias qui noluit dare ocioſis:
ſed ſimpliciter operarijs ⁊ vinee mercedem
⁊ premiū.vnde ibi ſic dicit̄.Cum autem ſero
factum eſſet:dicit dominꝰ vinee procuratori
ſuo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedeꝫ
ſuam:incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad ꝑmos
hec ibi.Aliud exemplū habet̄ Gen̄.2.de adā
ibi enim dicit̄. Tulit deus hominē ⁊ poſuit
eum in paradiſo voluptatis:ut operaretur ⁊
cuſtodiret illum. Nota ꝙ dicit operaretur.
Duplex eſt enim operatio ſm ꝑhum.ſecūdo
Metha.⁊ ſexto Ethicoꝝ.ſ.practica ⁊ ſpecu-
latiua.practica eſt per quā fit membroꝝ exer
citatio:⁊ hec non erat neceſſaria ade in ſta-

tu innocentie. Ideo tm̄ poſt peccatū dictum
eſt ei in ſudore vultus tui.v.p. tuo. Specula
tiua autē operatio eſt in anima:que tm̄ exer
cetur in cogitatione meditatione delectatio
ne ⁊ obediētie adimpletione. Hac igitur ſe
cunda operatione intellectus eſt dicendum
Adaꝫ nouiſſe opari in ſtatu inocētie ut.ſ.cir
ca eiꝰ cognitionē dilectionē atqꝫ ſubiectionē
operaretur. Poſt ſtatum tamē culpe pro lo
co ⁊ tempore:tā operatio ſpeculatiua q̄ꝫ pra
ctica cuilibet eſt neceſſaria ad ſalutem. Ali
ud deniqꝫ exemplum habemus de ſaluato-
re noſtro Jeſu xp̄o: qui in hoc mundo trigi
tatribus ānis in bonis operibus ſemper ſe
occupauit. Unde Joan.10.cum calumniare
tur a iudeis q̄ dei filius non eſſet: dixit eis.
Opera que ego facio in nomine patris mei
ipſa ꝓhibent teſtimoniū de me:multa bona
opera oſtendi vobis:propter quod eoꝝ opꝰ
me lapidatis? Si nō facio opera patris mei
nolite credere mihi. Si autem facio ⁊ ſi mi-
bi nō vultis credere operibus credite.ut co-
gnoſcatis ⁊ credatis:quia pater in me eſt et
ego in patre. hec ibi. Et Actu. p̄mo dicitur.
Cepit Jeſus facere ⁊ pꝰ docere. Luce quoqꝫ
24.dicitur. O portebat pati xp̄m:⁊ ita intra
re in gloriā ſuam. Si igitur neceſſe fuit xp̄m
per viam crucis:⁊ per cetera bona opera in
gloriam ſuam intrare:a fortiori neceſſe eſt
nos ambulare per viaꝫ crucis:⁊ opera bona
ut ſic intremus in gloriam eternam. Quod
confirmans ipſe dominus Mattbei.16.ait.
Qui vult venire poſt me.ſ.in vitam eternaꝫ
ab.⁊c̄. Ad quod faciendū nos egregie indu-
cit ſanctus Leo papa in ſermone infra octa
uam epiphanie.di. Erigite ergo dilectiſſimi
fideles animos veſtros ad coruſcationē gra
tie luminis ſempiterni: ⁊ impenſa humane
ſalutis ſacramenta venerantes : ſtudium ve
ſtrum his que pro nobis geſta ſunt ſubdite.
diligite caſtimōie puritatē: quia xp̄us filius
virginitatis eſt. Abſtinete vos a carnalibus
deſiderijs: qui militant aduerſus animam
queadmodum nos Paulus apoſtolꝰ ſuis
ut legimus verbis hortaꝛ. Malitia paruuli
eſtote:quia dominꝰ glorie ſe mortaliū con-
formauit infantie. Sectamini humilitatem
quā dei filius ſuos diſcipulos docere digna
tus eſt. Induite vos virtutem patientie in q̄
animas veſtras poſſitis acquirere : quoniā
qui cunctorū eſt redemptio ipſe eſt omniuꝫ
fortitudo. Que ſurſum ſunt ſapite non que
ſuper terram:per viam veritatis ⁊ vite con
ſtanter incedite:nec vos impediant terrena
quibus parata ſunt celeſtia. hec ille. Ex pre-
dictis igitur auctoritatibꝰ:rationibus:diſcuſ
ſionibꝰ:ſimilitudinibus: atqꝫ exemplis patꝫ
qualiter ad ſalutem nō ſufficit fides cordis
⁊ confeſſionis: ſed ⁊ neceſſario requiritur ut
quiſqꝫ actualr̄ ſe exerceat circa omnia ope-
ra fidei ſibi poſſibilia. Et ſic inſuper patꝫ ter
tia circūſtantia ad integritatem vere fidei ne
ceſſaria:que dicitur circūſtantia operatiōis.
Quā fidei circunſtantiā ⁊ operationem: no
bis concedere dignetur donator omniū bo-
norū Jeſus xp̄us dominus noſter. Qui cuꝫ
patre ⁊ ſpirituſancto glorioſus triumphat.ꝑ
immortalia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sabbato poſt quartam dominicā qua-
drageſime. Iterum de integritate ipſius ſa-
cratiſſime fidei.

c Go ſum lux
mundi : qui ſequitꝛ me non
ambulat in tenebris:ſed ha
bebit lumen vite. ſ. eterne.
Scribūtur hec verba Joā.
8.ca.⁊ in euangelio occurrētis ferie. Poſt ſa
cri euangelij litteralē ⁊ moralem expoſitio-
nem generoſi ciues. Exquo ut claruit in p̄-
cedenti ſermone ſufficiēter declarata fuit ter
tia circunſtantia ad integritatem vere fidei
ſumme neceſſaria: q̄ dicitꝛ circunſtātia ope-
rationis. nūc in preſenti ſermone exponen
da eſt neceſſario ſequens circūſtantia propo
ſita in ordine:que dicitꝛ circūſtantia intenſio
nis. Cuius quidem circūſtantie declaratio
talis erit.

¶ De quarta circūſtantia ad integritatē ve
re fidei neceſſaria:q̄ dr̄ circūſtātia intēſiōis.

q Uarta igitꝛ circūſtātia ad itegritatē
vere fidei neceſſaria: dr̄ circūſtātia in
tēſionis. Sicut eni dicitꝛ ab auctore
6.ꝓn. duplex eſt bonitas in rebꝰ nālibꝰ.ſ.intē
ſiua ⁊ extēſiua. Bōitas intēſiua reſpicit gra
dus bonitatis. Bonitas vero extēſiua: reſpi
cit diuturnitatē tp̄is. Pꝫ hec veritas exem-
plo de duplici gnē vini:quoꝝ vnuꝫ etiā ſi ſit
eiuſdem mēſure cum altero excedit alterum
in viginti gradibus letificationis confortá-
tionis roborationis atqꝫ vigorationis. Et hij

gradus dicũtur bonitas intenſiua ipſiꝰ vini:
Bonitas vero extenſiua dicit͛ eſſe in vino:
quando durat in ſuo vigore diuturniori tpe
ꝙ nõ facit aliud vinũ:quod ex debilitate ſen
tiens modicũ calorem:cito verſabit͛ ⁊ defici-
et. His premiſſis dico a ſimili ꝙ ad hoc ꝙ
fides vera ſit:debet in ſe habere predictã du
plicē bonitatem: vz bonitatē intenſiuã. ut.ſ.
habeat in ſe multos gradus magnitudinis.
ut ſit magna ⁊ nõ parua. Item debet habe-
re bonitatem extenſiuã.ut.ſ.fides ſit diutur-
na ⁊ longeua:⁊ nõ momētanea. De qua bo
nitate extēſionis inferiꝰ ſuo loco dicet͛. Suf
ficiat igit͛ ad preſens tractare de bonitate in
tenſiua ipſius fidei.i.qualiter debet eſſe ma
gna ⁊ nõ parua. Pro cuius cõcluſionis de-
claratione:tria de magnitudine fidei decla-
randa ſunt. Primo ſua veritas. Secũdo
ſua diuerſitas. Tertio ſua nccitas. ¶ Pri-
mo declaranda eſt ſua veritas.ſ.magnitudi
nis ipſius fidei. ꝓ quo tenēdũ eſt:ꝙ realiter
habitus fidei poteſt creſcere in gradibꝰ ma-
gnitudinis. Quod tripliciter probo.videlicet
Primo auctoritatibꝰ. Secundo ratione.
Tertio diſtinctione. ¶ Primo ꝓbo aucto
ritate: ꝙ fides põt creſcere intenſiue quo ad
gradus.vnde Ber. in ſuis ſententijs ait. Fi
des põt eſſe ⁊ magna ⁊ pua. Si magna eſt
meret͛ laudē ſi parua vituperiũ. ¶ Secundo
hoc idem ꝓbo ratione diuiſionis. Fundamē
tum ratiõis ponit phus.5.Eth.di. Vbicũqꝫ
eſt reperire puum ⁊ magnũ:ibi requiret͛ etiã
magis ⁊ minꝰ ⁊ equale. Quo ꝑſuppoſito:cer
tũ eſt ꝙ in fide inueniat͛ magnũ ⁊ paruũ.de
pua fide dicit dñs Petro.Matt.14. Mo-
dice fidei quare dubitaſti. De fide vero ma-
gna:dixit mulieri chananee. Matt.15. Mu
lier magna eſt fides tua. Quod ſi ſic eſt: er-
go cõcludit͛ ꝙ fides poteſt creſcere intenſiue
⁊ poteſt eſſe maior in vno ꝙ̄ in alio. ¶ Ter-
tio hoc idem ꝓbo diſtinctione. Tho. ſcđa ſe
cũde.q.5.ar.4.di. Cum querit͛ an fides poſ-
ſit eſſe maior in vno ꝙ̄ in alio. Rñdeo ꝙ ꝙ̄-
titas habitus ex duobꝰ poteſt attendi. Vno
modo ex obiecto. Alio modo ſm participa-
tionē ſubiecti. Obiectũ autē fidei poteſt du-
pliciter cõſiderari. Vno modo ꝑ formalem
rationē. Alio modo ſm ea que materialiter
credenda proponũtur. Formale obiectum fi
dei eſt vnũ ⁊ ſimplex.ſ.virtus ꝑma: vnde ex
hac pte fides nõ diuerſificat͛ in credentibus
ſed eſt vna ſpecie in omnibꝰ:ſed ea que ma-
terialiter credenda ꝓponũtur ſunt plura et
poſſunt accipi vel magis vel minꝰ explicite.
Et ſm hoc põt vnus homo plura explicite
credere ꝙ̄ alius:⁊ ſic in vno poteſt eſſe ma-
ior fides ſm maiorē fidei explicationem. Si
vero cõſideretur fides ſm capacitatē ſubie-
cti:hoc cõtingit dupliciter. Nam actus fidei
procedit ⁊ ex intellectu ⁊ ex volũtate. Po-
teſt ergo fides in aliquo dici maior. Vno
modo ex pte intellectus:ꝓpter maiorē certi
tudinē ⁊ firmitatē. Alio modo ex parte volũ
tatis:propter maiorē promptitudinē: ſeu de
uotionē vel confidentiã. hec Tho. verbaliter
Patet igit͛ ex predicta auctoritate rõne ⁊ di
ſtinctione:qualiter fides poteſt creſcere intē
ſiue:ſm gradus magnitudinis. ¶ Secundo
declarãda eſt huius cõcluſionis ſua diuerſi
tas.i.habemus videre quot modis fides po
tuerit ⁊ etiam nunc poſſit intenſiue creſcere.
Pro quo notãdũ eſt: ꝙ ſm doctores fides
creſcit in magnitudine decē modis.

¶ Primo explanatione.
¶ Secundo illuminatione.
¶ Tertio certificatione.
¶ Quarto infuſione.
¶ Quinto affectione.
¶ Sexto opinione.
¶ Septimo deſpectione.
¶ Octauo tolleratione.
¶ Nono operatione.
¶ Decimo duratione.

¶ Primo dico:ꝙ fides poteſt creſcere intē-
ſiue:⁊ eſſe maior in vno ꝙ̄ in alio explanatiõ
ne:ſeu ex multiplicatione credēdorũ. Et hoc
modo fides creuit: ⁊ eſt maior vniuerſaliter
in his que ſunt ſub lege noua: ꝙ̄ in omnibꝰ
qui fuerũt in veteri lege:quod tripliciter ꝓbo
Primo auctoritate. Secũdo rõne. Ter
tio diſtinctione. ¶ Primo ꝓbo auctoritate
Nam gloſa ſup verba Exodi.3.vz. Nomē
Adonay nõ indicaui eis.ait. Nomē dei ma
gis clarificatũ fuit:poſt xpi aduentũ omnibꝰ
fidelibꝰ: ꝙ̄ ante eius aduentũ:qꝛ ieſus ꝗ ſal-
uator interꝑtatur nobis mõſtratus eſt ⁊ nõ
illis. ¶ Scđo hoc idē probo rõne argumēta
tionis. Fundamentũ rõnis ponit phus. 4.
Thopicoꝝ.di. Si de quo magis videt͛ incē
⁊ ineſt:⁊ id de quo minus. Quo ꝑſuppoſito
Fran.de maro.ſup miſſus ē dicit ad litterã.
Aliquid cognouit eccleſia poſt aduentũ xpi

quod etiaȝ latebat ſuppremos angelos. Qđ
ſi ſic eſt: ergo multo fortius nunc eccleſia co-
gnoſcit aliud ⁊ credit quod latebat homines
puros veteris legis propter qđ concluditur
ꝙ fides creuit quātū ad ea que per Chriſtuȝ
creduntˀ ⁊ cognoſcuntˀ. Qđ ꝯfirmans aplʾus
ad Eph.3.dicit. Vt innoteſcat poteſtatibus
⁊ principatibus per eccleſiam multiformis
ſapientia dei. ℂ Tertio hoc idem probo di-
ſtinctione. Nam Bonauen.in.3.diſt.25.ar.
2.q.j.querit an fides creuerit vl' ꝓfecerit quā
tum ad credendorum multitudinem. ⁊ reſpō
dit.di.ꝙ credibilia mltiplicari dupliciter pōt
intelligi: vel quantum ad nouorum articulo-
rum additionem: vel quantum ad multipli-
catorum explanationem. Si primo modo in
telligatur: ſic non eſt concedenduȝ fidem ꝓ-
feciſſe quātum ad multiplicationem creden-
dorum. Si ſcđo modo: ſic profuit ſm ꝓceſſū
temporis: quia qđ vno tempore credebāt im
plicite ⁊ quaſi vno articulo proceſſu tempo-
ris explicatum eſt ⁊ diſtinctum in multa cre
dibilia. vnde ſicut aliquo tempore ſufficiebat
credere ſimpliciter redemptorem futuꝝ: nūc
autem circa ipſum redemptorem ſeptem ar-
ticuli particulariter explicantur: ⁊ multa ex il
lis conſequentia. Et hoc eſt ꝙ dicit Vgo de
ſancto victore in lib. de ſacramētis. Añ legeȝ
inquit deus creator credebatur: ⁊ ab eo ſalus
⁊ redemptio expectabatur: per quē autem et
quomodo eadem ſalus perficienda ⁊ implē-
da foret: exceptis paucis quibus hoc ſcire ſin
gulariter ex munere datum erat a cunctis fi
delibus non cognoſcebatur. Sub lege aut ꝑ
ſona redemptoris predicabatur mittenda: q̄
autem ipſa ꝑſona foret hoc eſt homo vel an-
gelus vel deus mūdum manifeſtabatˀ. Soli
enim hoc cognouerūt qui per ſpiritū illumi-
nati fuerunt. Sub gratia aūt manifeſte iam
ab omnibus predicatur ⁊ creditur: ⁊ modus
redemptionis ⁊ qualitas perſone redēptoris
Et ſic patet ꝙ fides creuit ⁊ profecit quātum
ad credibilium multiplicationē non noua ad
dendo: ſed quodāmodo implicata explicādo.
Qualitas enim perſona redemptoris ⁊ mo-
dus ſciri non pōt aperte niſi ſub quadā arti-
culorum multitudine ⁊ diſtinctiōe. h̄ Bona.
verbaliter. Ex predicta igitˀ rōne auctē ⁊ di-
ſtinctione patet qualiter fides creuit explana
tione. ℂ Scđo etiā dico ꝙ fides pōt creſcere
intenſiue ⁊ eſſe maior in vno ꝙ̄ in alio illu-
minatione ſeu maiori cognitiōe. Et hoc mō
fides creuit: ⁊ etiam eſt maior vniuerſaliter i
his qui ſunt ſub lege noua quā in omnibus
qui fuerunt ſub lege veteri quod tripliciter
probo. Primo auctē. Scđo rōne. Tertio
diſtinc. ℂ Primo auctē probo. Nā Grego.
ſuper verba Luc.10. Beati oculi qui vident
que vos videtis. ait. Scđm incrementa tem
porum creuit ſciētia ſanctoꝝ ⁊ ſpūalū patrū
⁊ quāto aduentui ſaluatoris viciniores exti-
terūt: tāto myſterū ſalutis plenius ꝑceperūt
hec ille. ℂ Scđo hoc idem probo rōne cauſa
litatis. Fundamentum rationis ponit phs.j.
phyſi.di. Innata eſt nobis via cognoſcendi
ex principijs nobis notioribus que ſunt vni-
uerſalia ⁊ magis cōfuſa in notiora ⁊ certiora
nature. patet hec regula. Nā qū quis videt
Petrum a longe ſeu remotiſſime cognoſcit
eum vniuerſaliter ⁊ confuſe: credendo ſimpl'r
ꝙ ſit lignum imobile aut lapis. Cum autem
ei parum appropinquat vidēs eum mouere
perfectius ipſum cognoſcit propter quod iu-
dicat in corpore eſſe aliquod animal. Cū aūt
magis ei appropinquat: adhuc perfectius eū
cognoſcit: propter qđ iudicat in genere: ꝙ eſt
vnus homo. Cum aūt ſit ei proximus habet
perfectiſſimam de ipſo cognitionem: eo ꝙ co
gnoſcit in ſpē ipm eſſe Petrū ⁊ nō Jacobū
vel Joannē. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ
cū patres noui teſtamenti fuerūt primiores
xpo illum etiā ꝑſonalr viderūt. Ecōtra vero
quia pres veteris teſtamenti remotiores fue
runt a pñtia ipſius xpi incarnati: ꝯcluditˀ oīo
ꝙ maior eſt cognitio ⁊ fides in patribꝰ noui
teſtamenti ꝙ̄ in patribus veteris legis: quia
illi habuerūt legē ꝯfuſā: nos vero clariſſimā
Et ideo Jo. baptiſta qui fuit ꝓpinqſſimꝰ ſal
uatori expreſſe cognouit ⁊ clarius aduētū xpi
in carne. Vñ dixit Jo.j. Ego vidi ⁊ teſtimo
niū perhibui: q2 h̄ vere eſt filius dei. Et etiaȝ
expreſſius ⁊ clarius cognouit eū venturū ad
paſſionē: vñ ſubiecit. Ecce agnus dei: prenun
cians eius imolationeȝ futurā. ℂ Tertio, hoc
idem ꝓbo diſtinctiōe. Nam Bona.in.3.di.
25.ar.2.q.2.querit an fides ꝓfecerit quātum
ad cognitiōis ſeu illuminatiōis plenitudinē:
Et rñdit di. ꝙ ſm diuerſitatē tempoꝝ: indu-
bitanter creuit fides quātū ad luminis ple
nitudinē intelligendo: de fide ſm ſtatū cōem

hoc autem non eſt propter ipſorum tempoꝝ tranſmutationem. primo ⁊ principaliter ſed propter veritatis exhibitionem ⁊ manifeſtationem: propter maiorem gratie diffuſionē ⁊ propter pleniorem inſtructionem. Ideo eni credentes: clarius nunc ea que credũt cognoſcunt ꝙ̃ antiquitus cognoſcebant: quia iam eſt veritas exhibita ⁊ mõſtrata per Chriſtũ. Iã ⁊ gratia ſpiritus ſancti amplius diffunditur in ſacramentis noue legis ꝑpter xpi meritũ ⁊ precium iam ſolutum. Jam etiam nunc fides apertius predicatur docetur probatur et defenditur per euidens diſcipulorum xpi et eius ſequatium documentum. hec Bonauē. Patet etiam ꝙ non tm̃ quãtum ad maiorē cognitionem maior eſt fides in lege noua ꝙ̃ in veteri: ſed etiam fides intenſiue reperitur nunc in vno qui eſt ſub lege noua ꝙ̃ in alio. Quod ſic probo. Qui enim expreſſiorem et ampliorem explicationem de credibilibꝰ hēt maiorem fidem habet: ſed talem habent prelati: vel talem habere debent maiores reſpectu minorū: ergo ⁊c. Nam qui ea que ſunt fidei explicite cognoſcit: fidem habet maiorē ꝙ̃ qui ea cognoſcit implicite. Quod ꝓbans Tho. 2.2. q. 2. ar. 6. dicit. Qꝺ fides ſimpliciū vel minorum minor eſt in cognitione reſpectu maiorum vel prelatorum. Ratio eſt quia diſcipuli qui docentur non hñt tantam ſcientiam quã habet magiſter ⁊ ille ꝙ docet. Sed minores ⁊ ſimplices ſe habent ſicut ꝙ docẽt. Maiores aũt ſeu prelati ſicut qui docẽt. Ex predictis auctē: rõne: diſtinc. patet qualiter fides fuit eſt ⁊ põt eſſe maior intenſiue in vno ꝙ̃ in alio in cognitõe. ¶ Tertio dico ꝙ fides põt creſcere intenſiue plus in vno ꝙ̃ in alio certificatione. i. ꝙ vnus põt habere maiorē certitudinē de his que ſunt fidei ꝙ̃ alius. Et hoc modo eſt etiã maior certitudo vl'r in his qui ſunt ſub lege noua ꝙ̃ in his qui fuerunt ſub lege veteri qꝺ tripliciter ꝓbo. Primo auctoritate. Scꝺo rõne. Tertio diſtinctõe ¶ Primo ꝓbo auctoritate. Nam glo. ſuper verba Iſa. 9. Paruulus natus eſt nobis dic Certitudo iſta adipleta fuit plus i lege noua ꝙ̃ in veteri: eo ꝙ lex vetus loquebaſ: non in pſona ſua: ſed in pſona noue legis. ſcꝺo hoc idem ꝓbo triplici rõne. Primo rõne cauſationis. Scꝺo rõne affirmatiõis. Tertio rõe teſtificatiõis. ¶ Primo ꝓbo rõne cauſatõis ꝙ maior eſt certitudo in his que ſunt fidei in lege noua ꝙ̃ in veteri. Fundamentũ ratiõis ponit auctor i libro de cauſis. di. Vbi ē plus de cauſa ibi eſt plus de cauſato: pȝ quia vbi ē plus de infirmitate: ibi ē plꝰ de dolore. Quo preſuppoſito certum eſt ſm phm. j. de aia ꝙ vbi plus eſt de cognitione ibi plus eſt de certitudine: ſed manifeſtum eſt vt imediate probatum eſt: ꝙ qui ſunt ſub lege noua maiorē habuerunt cognitionem de myſterijs incarnationis ꝙ̃ patres antiqui: ergo ⁊c. ꝓbo hoc dupl'r. Primo reſpectu pñtie ipſius ꝙ maiorem generat cognitionē ꝙ̃ abſentia: dicēte pho. 3. de aia. Cognitio inquit rei ē alia a cognitione ipſius eſſe rei. Quia aliud eſt res ⁊ aliud eſt eſſe rei: ſȝ aliꝺ eſt magnitudo: ⁊ aliꝺ magnitudinis eſſe. Et. j. poſteriorum: atqȝ. j. phyſicoꝝ. dicit. Cognoſcere aũt tunc vnumquodqȝ arbitramur cum cauſas eius cognoſcimus. Et. 9. ethicoꝝ. Cognoſcere autem et ſpeculari magis poſſumus ꝓximiores ꝙ̃ remotiores. Scꝺo etiam magis cognouerunt reſpectu ſue doctrine. Nam Jo. 15. dicitur. Omnia quecũqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Si igiſ qui ſũt ſub lege noua hñt maiorem cognitionem de myſterijs fidei ꝙ̃ habuerunt qui fuerunt ſub lege veteri: ꝯcluditur per conſequēs ꝙ etiam habēt maiorē certitudinem fidei ꝙ̃ ipſi. ¶ Scꝺo hoc idem probo ratione affirmationis. Fundamentũ rationis ponit Plato in thimeo. di. Certius ſemꝑ eſt quod neceſſario euenit: ꝙ̃ qꝺ cõtingenter. patet quia ſm phm. 4. metha. Neceſſarium eſt ꝙ aliter nõ põt ſe habere. Ecõtra ꝑ periermē. dicitur. Contingens idifferenter ſe habet ad eſſe ⁊ ad nõ eſſe. hoc idē dr̃. j. prioꝝ. vnde de futuris contingentibus non eſt determinata veritas. Et ꝙ certius ſit neceſſe ꝙ̃ contingēs patet exemplo. Nam maiorem certitudinem habet pater de filio quē genuit ꝙ̃ ꝺ filio quē habiturus ē. Et ratio ē quia pmũ ē neceſſariũ. ſcꝺm vero contingēs Quo preſuppoſito certũ eſt a ſimili ꝙ fides que eſt de ꝯtingenti fuit fides qua pr̃es antiqui credebant xp̄m eſſe paſſurum ſeu incarnandum. Fides vero noſtra qua iam credimus ipſum incarnatum ⁊ paſſum eſt de neceſſario. Ideo concluditur ꝙ maior eſt certitudo in nobis de myſterijs Chriſti que preſentialiter habemus ꝙ̃ in oĩbus antiqs qui

erant ea habituri. Non eniʒ illi poterant di
cere illō.j. Jo.j. Quod vidimus ꝛ audiuimꝰ
et perſpeximus ꝛ manus noſtre contrectaue
runt de verbo vite. ꝛ illud Jo.j. Verbum ca
ro factum eſt. Nam ipſi loquebantur de fu-
turo tēpore dicentes Yſa.7. Ecce virgo con
cipiet ꝛc. Nos autem loquimur de preterito
dicentes. Ecce virgo concipiet ꝛ peperit filiuʒ
Jmmo nunc mortal'r peccaret: qui fidem ſu-
am proteſtando diceret chriſtum naſcituruʒ
ſeu moriturum: quod antiqui patres veraci-
ter ꝛ pie dicebant: ſicut ipſi etiaʒ mortal'r pec
caſſent: ſi affirmatiue dixiſſent virgo conce-
pit ꝛ chriſtus natus eſt atqʒ mortuus. ¶ Ter
tio hoc idem ꝓbo ratione teſtificationis. Fū
damentum rationis ponit dominus Mat.
18. quod etiam habetur extra de teſtamentis
ca. relatum. vbi dicitur. Jn ore duoꝝ vel triū
ſtat omne verbum. Quod ſi ſic eſt: ergo cer-
tius eſt aliqd q̄to pluribus teſtibus ꝯfirmat
Sed certum eſt ꝙ fides eccleſie pluribus te-
ſtibus confirmata eſt: q̄ʒ fuerit fides ſynago-
ge: ſiue q̄tum ad miracula: ſiue quantum ad
martyria: ſiue quantum ad prophetaꝝ oracu
la: propter que omnia concluditur ꝙ maior
eſt fidei certitudo in nobis: q̄ʒ in omnibus: q
fuerunt ante chriſti aduentum incarnatōis.
¶ Tertio hoc idem probo diſtinctōe. Nam
Bonauentura in tertio di.25. arti.2. q.3. que
rit an fides creuerit quantum ad aſcēſus cer
titudinem. ꝛ reſpondit dicens. ꝙ certitudine
fidei eſt loqui dupliciter ſm duplicem com-
parationem. Habet enim fides comparari
ad ipſam veritatem dictantem. Habet etiaʒ
comparari ad ipſum intellectum aſſentiētē.
Si loquamur de certitudine fidei per com-
parationem ad veritatem dictanteʒ: ſic eius
certitudo non habet minui nec augeri: qꝛ cū
ipſa veritas diuina certiſſima ſit: ꝛ falli non
poſſit quantum ex parte rationis dictantis
in fide: quicunqʒ aſſentit diuine veritati pro-
pter ſe ꝛ ſup oīa eſt in ſtatu vere certitudinis
nec hʒ ex illa pte fides ꝓficere in certitudine.
Si aūt loquamur de certitudine fidei p cō-
paratōeʒ ad ipʒ credentē: ſic realiter concedi
pōt ꝙ fides creſcit q̄tum ad certitudinē: tuʒ
ꝓpter clariorē cognitioneʒ: tum ꝓpter p̄ſen
tiam rei habitā: tum etiaʒ ꝓpter maiorē de-
uotionem. Jlla. n. fides certior eſt: que aper-
tius cognoſcit: que ſecuriꝰ poſſidet: ꝛ que de
uotius acquieſcit. Et quantum ad hec tria fi
des ſm diuerſitatem temporuʒ creuit. Hec
Bonauentura verbaliter. Ex prefata igitur
auctoritate: triplici ratione atqʒ diſtinctione
patet qualiter fides maior eſt: ꝛ eſſe poteſt in
vno q̄ʒ in alio: quantum ad certificationem.
¶ Quarto dico ꝙ fides poteſt eſſe maior in
tenſiue in vno: q̄ʒ in alio infuſione. Nam ꝛ ſi
ex parte ipſius dei fidem infundentis nō ſit
maior fides in vno q̄ʒ in alio: tū reſpectu ma
ioris diſpoſitionis ſubiecti fidem recipientis
fides poteſt eē maior in vno q̄ʒ in alio. Et ra
tio eſt: qꝛ ſm Platonem in thimeo. Forme
dantur ſm mercedem ſeu diſpoſitionē māe.
Quo p̄ſuppoſito: certum eſt ꝙ ſicut ſm ma-
iorem capacitatē intellectus vnus magis co
gnoſcit virtutem principioꝝ q̄ʒ alius: ita ſm
donum gratie vnus magis cognoſcit per fi-
dem veritatis fidei q̄ʒ alius. Et ſic patet qua
liter fides intenſiue creſcit infuſione. ¶ Qui-
to etiam dico ꝙ fides intenſiue creſcit affecti
one: deuotione: ſeu dilectione. Certum eſt eiʒ
ꝙ veritati prime de qua eſt fides: qdam fer-
uentius ꝛ deuotius q̄tum ad actus concupi
ſcibilis ſe ſubijciuntur per maiorem dilectio
nem alijs. Et ſm hoc fides eſt maior in vno
q̄ʒ in alio. Quod patet de fide informi reſpe
ctu fidei formate. i. perfecte per caritatem: qꝛ
qui habet fidem caritate formatam: dicit' ha
bere maiorem fidem: q̄ʒ qui habet fidem in-
formem ꝛ ſine caritate. Nam qui fidem ſine
caritate habet: non ſeruit proprie deo. ꝛ ratio
eſt: quia licet talis faciat quod deus precipit:
tamen non faciens illud ex caritate non facit
proprie ſm ꝙ deus vult. Et ſic patet qualiter
reſpectu affectionis ſeu dilectionis: fides re-
peritur intenſiue eſſe maior in vno q̄ʒ in alio
¶ Sexto etiam dico ꝙ fides poteſt creſcere
intenſiue ꝛ eſſe maior in vno q̄ʒ in alio opini
one. Nam quando vnus magis ſentit ma-
gna de deo: ſeu maiorem opinionem hʒ q̄ʒ
alius: talis intenſiue dicitur habere maioreʒ
fidem. Hoc modo centurio dicitur habuiſſe
maiorem fidem: q vt habetur Mat.8. crede-
bat chriſtum ſolo verbo poſſe ſanare pueruʒ
ſuum: iudicans etiā ſe total'r indignū eē: vt
chriſtus intraret ſub tectū ſuuʒ. Propter qd
dictum eſt ei a dn̄o. Non inueni tantam fi-
dem in iſrael. Qd ſi opponeres contra hoc
dicens. Nonne inuenit xp̄s maiorem fidem

in btã virgine ꝛ in apoſtolis? Certe ſic. Chry
ſoſto. aũt ſup Mat. ad hoc reſpondit di. Q̈d
maiorem fidez in cẽturione inuenit: qꝛ a nul
lo doctus fuit vnde ſubdit Chryſoſto. Credi
dit inquit Andreas: ſed Johe dicente. Ecce
agnus dei. Credidit Petrus: ſed euangelizã
te ſibi Andrea. Credidit Philippus: ſed le
gendo ſcripturas. Nathanael etiam prius ſi
gnuz diuinitatis accepit. Jayrus iſraelis p̃n
ceps pro filia ſua petens non dixit dic verbo
ſed veni velociter. Nichodem⁹ de baptiſmi
ſacramento audiens ait. Quomodo poſſunt
hec fieri Maria ꝛ Martha dicunt. Domi
ne ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mor
tuus: tanq̃ʒ dubitantes an vbiqʒ poſſet eſſe
chriſti p̄ſentia. Hec ille. Oppoſitũ eſt de illiſ
q parua de deo ſentiunt: ꝛ q iudicant proui
dentiam dei circa inferiora eſſe iniuſtã: quan
do tales dicuntur habere paruam fidez. Con
tra quos fac diſcurſum ꝛ exprobrationem ſi
vis: ꝛ p̄cipue etiam contra querentes ſanita
tem ab incantatoribus: ꝛ non a deo. Patet
igiť ex predictis ꝙ reſpectu opiniõis fides in
uenitur eſſe maior in vno q̃ʒ in alio. ¶ Septi
mo etiaʒ dico ꝙ intenſiue fides creſcit ꝛ põt
eſſe maior in vno q̃ʒ in alio diſpectõe. Quan
do enim quis bona tranſitoria ꝛ viſibilia in
tuitu eternorum bonorum atqʒ inuiſibilium
totaliter contemnit: talis profecto dicitur ha
bere magnã fidez. Hoc modo Moyſes lau
datur: de quo apoſtolus ad hebre. xj. c. ait. Fi
de Moyſes grandis factus: negauit ſe eſſe fi
lium filie Pharaonis: magis eligẽs affligi
cum pplo dei ꝛ q̃ʒ temporalis peccati habere
iocunditatem: maiores diuitias eſtimãs the
ſauro egyptioꝝ improperium chriſti. Aſpicie
bat ciʒ in remuneratõeʒ. Hec ibi. Sup que
verba Augu. ait. Maxime fidei ꝓfecto fuit
oẽm preſentem ꝛ temporalem ſpnere iocun
ditatem: ꝛ futuram ſolum ſperare felicitateʒ.
Hanc magnam fidem ſumme habuit btũs
pater noſter Franciſcus: q oĩa paterna bona
reliquit pro eternis: de quo Bonauen. in le
genda ait. Cum pater eius ligdo cerneret ꝙ
eum a ſua opinione reuocare non poſſet: ce
pit eidem vehemẽter inſiſtere: vt epiſcopum
ciuitatis vna ſecum adiret: eiuſqʒ renuncia
ret in manibus hereditario iuri paternaruʒ
oium facultatum. Ad qd exequendum dñi
ſeruus vltro ſe offerens mox vt peruenit ad
antiſtitem: nec moraʒ eſt paſſus: nec cuncta
tus de aliquo: nec expegit verba: nec reddidit:
quin potius veſtimenta ſic cuncta depoſuit:
ꝙ ꝛ formalia ipſa reiecit: totuſqʒ coram aſtã
tibus: vt ebrius ſpiritu amore illius nudari
non horruit: qui nudus ꝓ oibus in cruce pe
pendit. Hec ibi. Jmmo etiaʒ qd plus eſt di
cebat coram fratribus. Si haberem inquit
omne auꝝ: omne argentum: ꝛ oẽs lapides p̃
tioſos: oẽſqʒ ſimul dignitates: atqʒ delectati
ones: oĩa hec quaſi lutum ɔtemnereʒ ꝓ dei
amore: ꝛ pro ſpe futuroꝝ ꝛ eternoruʒ bonoꝝ.
Oppoſituʒ eſt de illis: q nec minic voluptati
nec etiam inordinate effectioni diuitiaruʒ re
nunciant: qm̃ tales haud nullaʒ vel minimã
fidem habere cenſenť. Ex prefatis patet qua
liter reſpectu deſpectionis fides eſt maior in
vno q̃ʒ in alio. ¶ Octauo etiaʒ dico ꝙ fides
intẽſiue diciť eſſe maior in vno q̃ʒ in alio tol
leratione ſeu firmitate ꝛ conſtantia. Quan
do enim aliqs tollerať ardua ꝛ aduerſa libẽ
ti aio ꝓpter deum: talis ꝓfecto diciť habere
magnam fidem. Hanc fidem magnam ha
buerunt martyres ꝛ apľi: ꝛ ſuſtinentium in
conſtantia ꝛ in firma patiẽtia ſuorum acer
biſſimorum martyrioꝝ. Oppoſitum vero fu
it de illis: q ꝓpter martyria ſeu penas fidez
negauerũt. O quot de iſtis in chriſtianitate
repirentur: qui prepoſitis ſibi penis chriſti fi
dem penitus abijcerẽt. Quando etiam aliqs
in magnis aduerſitatibus maxime ſperat in
deo ꝛ in eo confidit: talis profecto habʒ ma
gnam fidem. Econtra vero quando quis in
aduerſitatib⁹ de dõ diffidit: talis ꝓfecto aut
puaʒ: aut nullam diciť habere fideʒ. De hac
pua fide in aduerſis ſeu parua cõfidentia in
deo chriſtus redarguit Petrum Mat. 14.
di. Modice fidei quare dubitaſti? Que ver
ba exponens Chryſoſtomus ſuper Mat. ibi
Videns Petrus ventũ validum timuit. di
cit talis eſt humana nã: vt multotiens in ma
gnis recte ſe hñs in minoribus reprehendať
vt ſibi dicať. Modice fidei quare dubitaſti?
Et ſup id aliõ verbuʒ ꝛ cũ cepiſſet mergi idẽ
Chryſo. ait: vt mõſtraret dñs qm̃ non venti
immiſſio: ſʒ illius modica credulitas periculuʒ
operabať: dixit modice fidei: in quo monſtra
tur qꝛ neqʒ ventus: neqʒ aliqd aliõ nocẽ po
tuiſſet: ſi firma fides fuiſſʒ. Hec ille. Ex p̃miſ
ſis etiã pʒ qualť reſpectu tolleratõis fides in

nenitur maioꝛ in vno q̄ꝫ i alio. ¶ Nono etiā
dico ꝙ fides intenſiue maioꝛ eſt in vno q̄ꝫ in
alio operatione. Quando aliquis magna ⁊
multa opera facit precipue cum impꝛope-
ria ⁊ vilitateſ aut ſuſtinet aut ſuſcipit pꝛopter
deum talis pꝛofecto magnam fidem habet:
hanc fidem habuit cananea cui dicēs Mat.
15. ait. Mulier magna ē fides tua. vbi Jero.
ait. Mira huius mulieris fides pacientia ⁊
humilitas pꝛedicatur: fides quippe qua cre-
diderit ſanari poſſe filiaꝫ ſuam: patientia qua
totiens contēpta in pꝛecibus perdurauit: hu-
militas qua ſe non canibus ſed catellis com
parauit: ſcio me inquit filiorum panem non
mereri: nec integros poſſe capere cibos: nec
ſedere ad menſam cuꝫ patre: ſed contenta ſū
reliquiis catellorum: vt per humilitatem mi
carum ad panis integri veniam magnitudi-
nem. hec ille. Oppoſituꝫ vero eſt de illis qui
minima operantur pꝛopter deum maxima
vero pꝛopter mundum: quoniā tales aut par
uā aut nullam habent fidem. De talibus enī
ait Gregorius. 47. di. c. Oēs iquit huius
ſeculi dilectores i terrius rebus foꝛtes ſūt in
celeſtibus debiles. Nam ꝓ tempoꝛali gloꝛia
vſqꝫ ad moꝛtem deſudare appetunt ⁊ ꝓ ſpe
perpetua nec parum quid in laboꝛe ſubſiſtūt:
pꝛo terrenis lucris quaſlibꝫ iniurias tollerāt
⁊ ꝓ celeſti mercede tenuiſſimi verbi ferre cō
tumelias recuſant. Terreno iudici tota etiaꝫ
die aſſiſtere foꝛtes ſunt: in oꝛatione vero co-
rā domino vel vnius hoꝛe mom̄to laſſantur.
Sepe nuditatem deiectionem ⁊ famem pꝛo
acquirendis diuitijs atqꝫ honoꝛibus tollerāt
eterna vero querere tanto magis diſſimu-
lant quanto magis ea tribui tardius putant.
hi itaqꝫ quaſi aliorum arboꝛum moꝛe deoꝛ-
ſum vaſti ſunt: ſurſum vero anguſti: quia foꝛ
tes ad inferioꝛa ſubſiſtūt ſed ad ſuperioꝛa de
ficiunt at contra ex qualitate palmarum de-
ſignatur pꝛoficiens vita iuſtoꝛum: qui nequa
quā in terrenis deſiderijs foꝛtes ſunt ⁊ in ce
leſtibus debiles: ſed longius atqꝫ diſtantius
ſtudioſos ſe deo exhibent: q̄ꝫ ſeculo fuiſſe me
minerunt. hec ille. Ex pꝛefactis patet qualiter
reſpectu operationis fides inuenitur eſſe ma
ioꝛ in vno q̄ꝫ in alio. ¶ Decimo etiam dico
ꝙ intenſiue fideſ dicitur eſſe maioꝛ in vno q̄ꝫ
in alio duratione: quando enim aliquis diu-
turno tempoꝛe perſeuerat in fide ſeu in pꝛe-
dictis: talis pꝛofecto magnam dicitur habe
re fidem. Oppoſitum eſt de illis qui pauco
tempoꝛe in iam pꝛedictis perſeuerant: quo-
niam tales paruam aut nullam dicuntur ha
bere fideꝫ. Ex pꝛedictis igitur. 10. apparet qua
liter fides poteſt creſcere ſeu creſcit intenſiue
⁊ q̄ꝫtum ad gradus: ⁊ per conſequens etiam
patet huius concluſionis. ſcilicet de magnitu
dine fidei ſua diuerſitas. ¶ Tertio etiam vi-
denda eſt de fidei magnitudine ſua neceſſi-
tas. Nam fidem magnam quiſqꝫ habere te
netur. Et pꝛimo pꝛelati ⁊ ſuperioꝛes. ſecundo
etiam ſubditi ⁊ inferioꝛes. ¶ Pꝛimo dico ꝙ
licet eadem ſit fides in maioꝛibus ⁊ minoꝛi-
bus: in pꝛelatis ⁊ ſbditis: tamē ſuperioꝛes te
nentur de credendis habere plenioꝛem noti
tiam quod tripliciter pꝛobo. Pꝛimo aucto
ritatibus. Secundo ratione. Tertio diſtin.
¶ Pꝛimo pꝛobo auctoꝛitatibus. Nā Gre.
ſuper verba Job. pꝛimo boues arabant ⁊ aſi
ne paſcebantur iuxta eos ait. per boues ſupe
rioꝛes in ſcientia ⁊ fide ſignificantur: quibus
aſini ideſt minoꝛes in credendis debent ad
herere. Item Simacus papa. j. q. j. c. villiſſi-
mus. ait. Villiſſimus cōputādus eſt niſi pꝛe
cedat ſcientia fide ⁊ ſanctitate q̄ honoꝛe pꝛe-
ſtantioꝛ eſt. Item extra de elect. c. cum in cun
ctis. Alexander tertius ait. Qui ad curam po
ſitus eſt alioꝝ: debet oſtendere qualiter alios
in domo dei oppoꝛteat conuerſari. Item ex-
tra de electio. c. niſi. Innocentius tertius ait
Nihil eſt ꝙ eccleſie dei magis officiat q̄ꝫ ꝙ
indigni ⁊ ignoꝛantes aſſumuntur pꝛelati ad
regimen animarum. Item extra de re iudi.
c. q̄ꝫuis. Grego. ait. Nō poteſt excuſatio eſſe
paſtoꝛis ſi lupus oues comedit: ⁊ paſtoꝛ ne-
ſcit. Item de cōſecra. di. 4. c. vos ante omnia
Augu. ait. Vos ante omnia tā viros q̄ꝫ mu
lieres qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis mo-
neo vt vos cognoſcatis fideiuſſoꝛes apd̄ deū
extitiſſe pꝛo illis quos viſi eſtis de ſacro fon-
te ſuſcipe. Ideo eos ſemper amonete vt iuſti
tiam diligant: charitatem teneant: ⁊ caſtita-
tem obſeruent ſuper omnia aūt ſymbolum ⁊
oꝛationem dominicam ⁊ vos ipſi tenete ⁊ il
lis quos de ſacro fonte ſuſcepiſtis ſemꝑ oſtē
dite. Ex quibus auctoꝛitatibus patet qualiter
ſuperioꝛes tenentur habere noticiam maio-
rem de his que ſunt fidei q̄ꝫ inferioꝛeſ. Secū
do hoc pꝛobo ratione cauſalitatis. fundamē-

tum rationis ponit philoſophus .2. metaphi.
di. Quicquid eſt cauſa aliorū vt ſint talia illō
maxime debet eē tale. patet h regula. Nā qr
ignis cāt calorē ſiue eſt cā caloris in alijs re
bus: ideo ipſe debz eſſe imo eſt magis calid⁹
ꝙ̄ omnes alie res. Quo preſuppoſito certuz
eſt ꝙ cum explicando credendorū ſeu eorum
que ſunt fidei: fiat per ſuperiores ad inferio
res: concluditur neceſſario ꝙ ipſi tenent ple
nius cognoſcere ea que ſunt fidei: ꝛ per con
ſequens habere maiorem fidez ꝙ̄ omnes in
feriores. Quod ſi aliter ſit ſeu fiat: maxia ar
rogātia eſt ꝛ peruerſitas. Proinde. 48. di. in
principio dicitur. In arrogātia que eſt ruina
dyaboli incidunt qui in puncto hore nec duz
diſcipuli fiūt ignorātes magiſtri. Et ſic Inno.
ait. Miſeruz ē fieri magiſtrum qui nec dū
didicit eſſe diſcipulus. Et. 59. di. c. ordinatos
Celeſtinus papa ait. Debet enim ante eſſe di
ſcipulus quiſquis doctor eē deſiderat vt poſ
ſit docere quod didicit. Omnis vite inſtitu
tio ad id quod tendit ſe ratione ꝯfirmat. Itē
16. di. c. In ſacerdotib⁹. dicitur. Diſcere ꝛ ſci
re prius quis debet anteꝙ̄ doceat: ꝛ exemplū
fidei atqz religioſe conuerſationis debet po
tius preſtare ꝙ̄ ſumere. ¶ Tertio hoc idem ꝓ
bo diſtinctione. Nam Tho. 2. 2. q. 2. ar. 6. que
rit an equaliter omnes teneantur habere fi
dem explicitam. Et Reſpondit di. Quod ex
plicatio credendorum fit per reuelationez di
uinam. Credibilia enim naturalem rationez
excedunt. reuelatio aūt diuina ordine quodaz
ad inferiores peruenit per ſuperiores: ſicut ad
homines per angelos ꝛ ad inferiores ange
los per ſuperiores: vt patet per Dioniſi. 4. c.
cel. ierar. Et ideo pari ratione explicatio fi
dei oportet ꝙ perueniat ad inferores homi
nes per maiores. Et ideo ſicut ſuperiores an
geli qui inferiores illuminant habent plenio
rem notitiam de rebus diuinis ꝙ̄ inferiores
vt dicit Dioni. 12. c. cel. ierar. ita etiam ſuperio
res homines qui alijs preſſunt aliosqz habēt
erudire: tenentur habere pleniorem notitiam
ꝛ fidem de credendis ꝛ magis explicite cre
dere. h Tho. Hic fac exprobrationē ꝯtra pre
latos ſacerdotes patres doctores ꝛ huiuſmo
di: qui cum teneantur plus ſcire ꝙ̄ inferiores
ꝛ etiam illos de his que ſunt fidei inſtruere:
minus tñ ſciunt ꝙ̄ inferiores: ꝛ ꝙ magis eſt
nihil ſciūt eorum que ſcire teneantur: ſeu eo
rum que ad propriumſpectant officium. Dic
etiam ſi vis de maxima confeſſorum negli
gentia. tales igitur omnes ſuperiores ſeu ma
iores ad quos pertinet alios erudire: tenen
tur etiaz de his que ſunt fidei ſuo loco ꝛ tem
pore reddere rationem. Unde. j. pe. 3. dicitur
Parati ſemper ad ſatiſſactionē omni poſcē
ti rationem de ea que in nobis eſt fide ꝛ ſpe.
vbi nota verba ꝛ ſigna miſteria. Primo eni
dicit parati ſemper ad oſtendeudum: ꝙ ſem
per in primitiua eccleſia omnes generaliter
tenebantur reddere rationē de fide ſua ꝛ ſpe.
quia omnes gratiam ſpiritus ſancti percepe
rant: vel quia adulti accedebant ad baptiſmū
qui prius erant inſtructi vt de fide reſpōdere
ſcirēt: modo aūt ſoli maiores tenētur qui offi
ciū acceperunt alios inſtruendi. Scdo dicit
reddere rationem. Nam rationes ſunt neceſ
ſarie ad defenſionem ꝛ inſtructionem non
ad probationez. Unde rationes fidei nō ſūt
probationes ſed quedam perſuaſiones ad re
mouenda impedimenta fidei: oſtendendo nō
eſſe impoſſibile quod in fide proponitur. Un
de prelati tenentur reddere rationē per quaſ
dam ſimilitudines ꝛ perſuaſiones ꝛ manife
ſtationes effectuum ꝛ precipue per miracula
Tertio dicit omni poſcenti. Ex hoc poſſet qs
arguere ergo etiā omni infideli. ad hoc Re
ſpondeo. ꝙ ſi infidelis querit rationem eoruz
que ſunt fidei ad deridendum: tunc ei non eſt
reddenda ratio: quia Mat. 7. dicitur. Noli
te ſanctum dare canibus ꝛc. Si vero querit
vt inſtruatur: tunc iaz non eſt canis. vnde eſt
dicendum ei quicquid eſt credenduz ꝛ quic
quid faciendum. vnde glo. ibidez ait. Qui ec
cleſiaſtico miſterio ꝑeſt doceat humiliter po
tentes ꝛ obſtruat ſuperbe reſultātes. Patet
ergo ex predictis qualiter maiores de neceſſi
tate tenentur habere pleniorem ꝛ maiorez fi
dem ꝙ̄ inferiores. ¶ Secundo etiam dico ꝙ
ſubditi ꝛ inferiores generaliter tenentur cre
ſcere in fide ſeu magnam habere fidez quod
dupliciter probo. Primo auctoritate. Se
cundo ratione. ¶ Primo probo auctorita
te Bernar. in ſuis ſententijs di. Quilibet ve
rus fidelis tenetur habere de deo magnam
fidem ꝛ de domino Jeſu chriſto. nec debet
habere paruam: quia apud deum ꝛ chriſtum

quod parum eſt nihil reputatur. ¶ Secundo hoc etiam probo ratione cauſalitatis. fundamentuꝫ rationis ponit auctor in libro de cauſis di. Talis eſt effectus qualis eſt ⁊ cauſa. patet hec regula. Nam ſi arbor eſt magna producit ⁊ magnos fructus: ſi vero eſt parua paruos fructus generat. Quo preſuppoſito: certū ē ꝙ cū meritū procedat ex charitate charitaſ autem procedat ex fide. ſequitur ꝙ ſi magna eſt fides magna eſt charitas: ⁊ per cōſequens magnum eſt meritum. Si autē parua eſt fides parua eſt ⁊ charitas: ⁊ per conſequens paruuꝫ eſt meritum ⁊ gloria: vt igitur quiſqꝫ magnum habeat merituꝫ: tenetur magnam etiam habere fidem. vnde Auguſti. ſuper Jo. ait. Quantuꝫ vas fidei attulerit quis ad fontem gratie: tantum implet de gratia. Et Bernar. ſuper canti. ait. Parua ſi quidē fides parua: magna vero magna meret. Patet igitur ex prefactis qualiter ad perfectionē fidei requiritur ꝙ fides ſit magna intenſiue quātum ad gradus ⁊ non parua: ⁊ per conſequens etiam patet. 4. circunſtantia ad integritatem fidei neceſſaria: que dicitur circunſtantia intenſionis. quam circunſtantiam nobis concedat ieſus chriſtus dominus noſter qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum amen.

¶ Dominica de paſſione. Jteruꝫ de integritate ipſius ſacratiſſime fidei.

Uis ex vobis

arguet me de peccato: ſi veritatē dico vobis quare nō creditis mihi? ſcribuntur hec verba Jo. 8. c. ⁊ in euangelio occurrentis dominice. Poſt ſacri euangelij litteralem ⁊ moralem expoſitionem dilectiſſimi ciues: exquo vt claruit in precedenti ſermone vidiſtis declarationem quarte circunſtantie ad integritatem vere fidei neceſſarie; que dicitur intenſionis ſeu magnificationis: habeo in preſenti ſermone ſimiliter declarare quintam ipſius vere fidei circunſtantiam ad eiuſdem fidei integritatem ſumme neceſſariaꝫ: que dicit̄ circunſtantia formatiōis. cui⁹ qdē circūſtātie declaratio talis erit. ¶ De quinta circunſtantia ad integritatem vere fidei neceſſaria que dicitur circunſtantia formationis.

Quinta inſuper circunſtantia ad integritatem vere fidei neceſſaria dicitur circunſtantis formationis. Non enim ſufficit ad ſalutem ꝙ quis habeat ſimpliciter fidem cordis: fidem oris: fidem operis: ⁊ inſuper magnum fidei habitum: ſed etiam oportet omnino ꝙ habeat formationē ideſt veram formā ipſius fidei: que forma nihil aliud eſt ꝗꝫ ipſius fidei quedam perfectio Forma autem ipſius fidei ſm Ricardum in. 3. di. 23. ar. 5. q. 1. ⁊ ſm Bonauen. ibidem. ⁊ ſm. tho. ea. di. ar. primo. q. 2. ⁊ etiam. 2. 2. q. 4. ar. 3. eſt ipſa charitas vt puta quando quis etiam cum fide diligit deum ſuper omnia bona creata ⁊ omnes proximos tam amicos ꝗꝫ inimicos in deum ⁊ propter deum. pro cuius circunſtantie ſcilicet formationis. clariore declaratione tria de ipſa forma fidei videnda ſūt. Primo ſua Modalitas. Secundo ſua Realitas. Tertio ſua neceſſitas. ¶ Primo dico ꝙ de forma ipſius fidei que eſt charitas videnda eſt ſua modalitas. i. habemuſ videre quomodo: qua via: ſiue quo reſpectu charitatis ipſa ſit natura forma fidei pro quo notandum eſt ꝙ ſextuplex eſt forma videlicet. Prima ſubſtantialis. Secunda artificialis. Tertia exemplaris. Quarta potentialis. Quinta diuinalis. Sexta dicitur finalis. ¶ Primo que dicitur forma videlicet ſubſtantialis. eſt illa de qua philo. 2. de anima dicit. Forma eſt quedā ſubſtātia dās eſſe rei. Et ſeptimo metha. dicit. Forma ē cauſa eſſendi rebus. vnde forma dat eſſe rei. Et Comentator ſup octauo methaſi. dicit. Forma eſt cauſa in rebus. ⁊ diſtiguit eſſe a re. Exempli gratia. Anima ſm philoſophum ſecūdo de anima. eſt ſubſtantia ideſt forma ſubſtantialis ipſius corporis organici phiſici potentia vitam habentis. Unde anima eſt principium quo primo vniuerſaliter viuimus; ſentimus: ⁊ intelligimus: ⁊ ſm locum mouemur. Jſto igitur modo charitas nequaqꝫ eſt forma ſubſtantialis ipſius fidei. immo fides ipſa habet ſubſtantiam per ſe differentem a ſubſtantia ſeu a forma charitatis: cum forma fidei ⁊ charitatis realiter inter ſe differūt ⁊ ſpecie diſtinguantur: ſicut differt forma bru

ti a forma ipſius hominis. Immo hoc mo-
do omnino eſt impoſſibile q forma charita-
tis ſit forma fidei:cũ ſm phm prio poſteriorũ.
Et.4.me.affirmatio τ negatio nũqȝ ſũt vera
de eodem:τ vna ſpecies non poſſit eſſe alte-
ra.loquor per naturam . et non per partici-
pationem ¶Secunda dicitur forma artifici
alis.de qua cõmentator ſuper.2 . phiſico. Et
ſuper.2.de anima ait.Forme artificiales ſunt
accidentia fundata in ſubſtantijs naturalibꝰ
ſicut forma artificialis cultelli fundata eſt in
forma naturali ipſius ferri: τ forma artifi-
cialis veſtis fundata eſt in ſubſtantiali forma
ipſius lane. Idez ẽt cõmentator ſup.2.de ani
ma ait.Forme ſubſtantiales τ accidentales
ſeu artificiales equiuoce dicuntur eſſe in ſub
iecto:qꝛ ſubiectum forme ſubſtantialis ẽ ens
in potentia non in actu niſi per formam.ſed
ſubſtãtia accidentis eſt aliquid exiſtens in ac
tu.ſcilicet compoſitũ ex materia τ forma.vñ
habemus q hoc adueniens enti in actu eſt
accidẽs.hec ille. Iſto etiam modo charitas
nequaquam eſt forma ipſius fidei:cum talis
forma ſimpliciter fiat ab humanis artificibꝰ
quod nequaq̃ȝ contingi poteſt in forma ipſiꝰ
charitatis.¶Tertia dicitur forma exempla-
ris:de qua commentator ſuper.xi.metha.di-
cit.Forma exemplaris eſt ratio quedam ex
qua forme artificiales producuntur in eſſe.ſi
cut exempli gratia.Mẽs ipſius pictoris in q̃
eſt ratio quedam τ ſpiritualis forma qua me
diãte fit forma artificialiſ ipſiꝰ hymaginis ab
extra:dicitur eſſe forma exemplaris ipſiꝰ hy-
maginis ſeu figure artificialꝭ:τ iſto modo de-
us eſt forma exemplaris omnium rerũ na-
turalium ab ipſo creatarum. dicente Boetꝭ
met.9.li.3.Tu cũcta ſuperno:ducis ab exem-
plo pulchrum pulcherrimus ipſe.Mũdũ mẽ
te gerens ſimiliqȝ hymagine formãs.hoc eti
am modo forma artificialis ipſius ſigilli et
huiuſmodi.Poteſt etiã dici forma exempla
ris ipſius cere:in qua dimittit ſimilitudinem
ſue forme.Iſto etiam modo charitas nequa
quam eſt forma ipſius fidei:cum nulla ſit ſi-
militudo inter formam charitatis τ formam
ipſius fidei.¶Quarta dicitur forma poten-
tialis τ hoc eſt quando aliquod agens ꝑ ſuã
virtutẽ declarat virtutem τ perfectionem ali
cuius forme tam naturalis q̃ȝ accidentalis.
Et de hoc exemplificat phs.3.de anima.de
intellectu agente τ poſſibili.di.Intellectus in
anima ẽ dupplex.ſcilicet poſſibilis τ omnia
fieri τ agens τ omnia facere ſicut τ perfectio
Unde ſicut lumen facit colores potentia vi
ſibiles:actu viſibiles:ſic intellectus agens po
tentia intelligibilia:facit actu intelligibilia.ſ
ibi.hoc modo lux ſolis dicitur eſſe forma que
dam.i.perfectio colorum materialiũ:qui cũ
in nocte ſint inuiſibiles τ non diſtinguãtur
reſpectu obſcuritatis in die tamen in virtute
lucis ſolaris τ apparent τ diſtinguũtur.Iſto
etiam modo charitas non poteſt eſſe for-
ma fidei:cum habitus ipſius fidei realiter ap
pareat τ cognoſcatur ſine virtute τ forma ip
ſius charitatis.¶Quinta dicitur forma di-
uinalis .i . dei que forma infra ſe eſt perfe-
ctiſſima cum non ſubiciatur alicui accidenti
ſeu potentie:eo q ipſa ſm philoſophum.2. et
12.met.ſit ſimpliciter actus puriſſimus.Et de
hac ait commentator ſuper.3.de anima.Nul
la inquit forma eſt liberata a potentia ſimpli
citer niſi prima forma que extra ſe nihil intel
ligit.Hoc modo deus ipſe qui vt habetur .j.
Io.4. eſt quedam charitas eſſentialis.non
poteſt eſſe forma ipſius fidei:cum habitus fi-
dei ſit in potentia ad actum:τ ſit quid crea-
tum:deus aũt ipſe eſt quid increatum τ inſu
per eſt remotiſſimus ab omni potentia ad ac
tum.¶Sexta τ vltima dicitur forma finalis
τ hec eſt quando aliqua forma agens condu
cit aliam formam ſubſtantialem ſeu artificia
lem ad ſuum proprium finem:in quo fine ta
lis forma recipit ſuam perfectionem.ſicut exẽ
pli gratia.Faber dicitur forma agens ipſius
mallei:cum operatur malleum ad id propter
quod factus eſt.Et medicus dicitur eſſe que
dam forma.i.perfectio ipſius medicine: cum
facit quod ipſa medicina operatur ad ſanita
tem infirmi.Iſto igitur vltimo modo chari-
tas ſanctiſſima ſimpliciter τ realiter dicitur
eſſe forma τ perfectio ipſius fidei:eo q ipſa in
format τ perficit fidem:immo perducit actuȝ
ipſius fidei ad ſuum finem: quod vtiqȝ eſt
meritum eterne vite. Unde charitas ipſa fa
cit q ipſe intellectus in futura vita videt eſ-
ſentialiter τ fruitur illud quod per habitum
fidei in preſenti vita indubitanter credit.Pa
tet igitur ex premiſſis quo reſpectu τ modo
charitas dicatur eſſe forma ipſius fidei:τ per
conſequens patet etiam huius circunſtantie

Uidelicet formationis ſua modalitas. ¶ Secūdo pncipalit̄ dico q̄ de forma ipſi⁹ fidei videnda eſt ſua realitas id eſt habemus videre quomodo realiter charitas ipſa eſt vera forma ipſius fidei dei et non aliqua aliarum virtutum. Quod autem charitas ſit realiter forma ipſius fidei tripliciter probo. ¶ Primo auctoritate. Secundo ratione. Tertio diſtinct͛. ¶ Primo probo auctoritate. Nam glo. ſuper verba prime corin. 13. Si habuero omnem fidem ⁊c. ait. Sicut anima eſt forma ⁊ perfectio ipſius corporis: ſic charitas eſt forma ⁊ perfectio ipſius fidei: ⁊ ſicut corpus nullius eſt virtutis in ſuis ſenſibus ſine forma anime: ſic fides nullius eſt dignitatis ſine preſentia ipſius charitatis. hec glo. ¶ Secundo etiam probo ratione operationis. q̄ realiter charitas eſt forma fidei. Fundamentū rationis ponit cōmentator ſuper. 7. metha. di. Omnis operatio eſt per prius a forma q̄ȝ a materia. Quo preſuppoſito certum eſt q̄ fides operatur in virtute charitatis. dicēte apoſtolo ad gala. 5. Fides eſt que per dilectionē operatur. ergo concluditur q̄ charitas realiter eſt forma fidei. ¶ Tertio hoc idem probo diſtinctione. Nam Tho. 2.2. queſtione. 4. ar. 3. querit an charitas ſit forma fidei. ⁊ Reſpondit ſicut inquit ex ſuperioribus patet certum eſt q̄ actus volūtarij ſpēm recipiunt a fine qui obiectum eſt voluntatis. Illud autem a quo aliud ſpēm ſortitur habet ad modum forme in rebus naturalibus: ⁊ ideo cuiuſlibet actus voluntarij forma: quodammodo eſt finis ad quē ordinatur: tuȝ quia ex ipſo recipit ſpēm: tum quia etiaȝ modus actionis oportȝ q̄ reſpondeat proportōnaliter fini. manifeſtū eſt autem q̄ actus fidei ordinatur ad obiectū voluntatis q̄ eſt bonum ſicut ad finem. hoc autem bonum q̄ eſt finis fidei. ſcilicet bonuȝ diuinum eſt proprium obiectum charitatis. Et ideo charitas dicitur forma fidei inquantum per charitatem actus fidei perficitur et formatur. hec Tho. Bonauentura iſuper i 3. di. 36. articu. j. queſtione. 6. querit vtruȝ charitas ſit forma omnium virtutum Et Reſpondit di. q̄ habitus virtutis habet tripliciter conſiderari. ſcilicet ad obiectum ad: ſubiectum: ⁊ ad vltimum finem. Si loquamur de virtutibus in comparatione ad obiectum ſic omnes virtutes ſunt forme per ſeipſas diſtincte: et earum diſtinctio innoteſcit per actum ⁊ obiectum: ⁊ ſic non ſunt formales nec perfectibiles ab aliquo immo ipſe per ſe ſunt forme ⁊ perfectiones diſtincte. Si autē loquamur de virtutibus in comparatione ad ſubiectum ſic ſunt forme informantes ſbiectum in quo ſunt quantum ad bonitatem moralem: per ſeipſas tamen non ſufficiunt ad bonitatem gratuitam: per quam anima efficitur deo placita. Et ideo perfici poſſunt ⁊ formari per gratiam que ſimul gratificat animam ⁊ habitus exiſtentes in anima. Poſtremo ſi loquamur de habitibus virtutum in comparatione ad finem vltimum: ſic forme ſunt formales. forme quidem ſunt quia diſpoſitiones ſunt ipſius anime: ordinantes animam ad perueniendum in finem: formabiles ſunt tamen quia ⁊ ſi omnes diſponant ad tendendū in vltimum finem: perfectio tamen tendentie venit ſimpliciter ex ipſa charitate Sicut enim corpora grauia inclinant per pondus ad centrum. ſic ſpiritus tendunt ad ſummum bonum per pondus dilectionis: ⁊ huiuſmodi ſignum eſt q̄ charitas habet idem pro obiecto ⁊ fine ⁊ ſub eadem ratione. Et ideo cetere omnes virtutes ſimul cum ipſa fide quantum ad complementum et perfectionem ſue virtutis indigent charitate tanquam forma: ſine qua nunquam poſſunt eſſe perfecte. hec Bonauentura. Patet igitur ex predictis qualiter charitas realiter eſt forma fidei: ⁊ per conſequens etiam patet huius circunſtantie videlicet formatiōis ſua realitas. ¶ Tertio pncipalit̄ dico q̄ de forma ipſius fidei que eſt charitas videndū eſt ſua neceſſitas. vnde tenendū eſt firmiter q̄ charitas tanquam forma eſt neceſſaria non tantum ad informandum ipſam fidem: ſed etiam ad ſalutem cuiuſcunqȝ rationalis creature. que neceſſitas probatur 5. modis. Primo auctoritatibus. Secundo rationibus. Tertio diſtinctionibus. Quarto ſimilitudinibus. Quinto exemplis. ¶ Primo probo auctoritatibus q̄ fides ſine charitate ſeu ſine forma charitatis quamuis ſit maxima non ſufficit ad ſalutem. Nam Paulus ad galatas. 5. ait In chriſto Jeſu neqȝ circunciſio aliquid va

let neqꝫ preputium ſed fides que per dilecti
onem operatur. vbi etiam glo. ait. Sicut lam
pas ſine oleo minime lucet: ſic fides ſine cha
ritate nihil proficit ad ſaluandū. Itē glo. ſup
illud Ro. i. Juſtitia dei reuelatur de fide in
fideꝫ ait. Ideo ſola fides dicitur informis et
idigna ad ſalutem: eo ꝙ ſociaꝫ nō habet cha
ritatem. Auguſtinus etiam ſuper canonicam
Jaco. ait. Sicut corpus ſine anima mortu-
um eſt: ita fides ſine charitate que eſt vita ip
ſius mortua profecto reputatur. Idem quo-
qꝫ Auguſtinus lib. de fide ad pe. ait. Opus
fidei ⁊ perfectio eſt ipſa dilectio: ſine autem
dilectione fides inanis eſt: cum dilectione
vero fides eſt chriſtiani: ſine dilectione au-
tem fides eſt demonis: nam demones ⁊ cre
dunt ⁊ contremiſcunt. Paulus inſuper .i.
cor. i3. ait. Si habuero omnem fidem ita vt
montes transferam charitatem autem non
habeam nihil mihi prodeſt. vbi quidam expo
ſitor ait. Si habuero omnem. ideſt perfec-
tam fidem que eſt de rebus neceſſarijs ad
ſalutem. vel omnem. ideſt fidem de omnibus
preteritis preſentibus ⁊ futuris: ita vt mon-
tes transferam. ideſt transferri a deo impe-
trem: ſicut fecit Alexander cum fide informi
charitatem autem non habeam nihil mihi
prodeſt. ſcilicet ad vitam eternam acquiren-
dam. Ita extra de renuncia. capi. Niſi cum
pridem. §. quippe. dicitur. Quippe ſi quantum
cunqꝫ virtutum flore refulgeas: charitatem
autē in te non hēas: nihil habē cōprobaris.

¶ Secundo hoc idem ꝓbo quinqꝫ rōnibus
¶ Primo ratione Obiectionis.
¶ Secundo ratione Operationis.
¶ Tertio ratione Correſponſionis.
¶ Quarto ratione Acceptationis.
¶ Quinto ratione Perfectionis.

¶ Primo probo ratione obiectionis ꝙ cha
ritas eſt neceſſaria ipſi fidei. Fundamentum
rationis ponit philoſophus. 2. de anima dicēs
Quelibet potentia naturaliter appetit ſu-
um obiectum. patet hec regula multipliciter.
Nam quia potentia nutritiua ordinata eſt
ad cibum. hinc eſt ꝙ deſiderat illum. ſimili-
ter quia potentia generatiua ordinata eſt ad
actum generari vt ſpecies conſeruetur. hinc
eſt ſm Ariſtote. ſecundo de anima. ꝙ illum
naturaliter deſiderat omnis creatura ani-
mata. Item quia potentia viſiua ⁊ auditiua
ordinata ſunt ad videndum ⁊ audiendum
hinc eſt ꝙ deſiderat ⁊ videre ⁊ audire. Si-
militer quia potentia intellectiua ordinata
eſt ad intelligere: hinc eſt ꝙ naturaliter deſi-
derat ſcire. dicente philoſopho. i. methaphiſi
ce. Omnes homines natura ſcire deſide-
rant. Item quia materia ordinata eſt ad for-
mam: hinc eſt ꝙ naturaliter eam deſiderat.
vnde philoſophus. i. phiſicorum dicit. For-
ma eſt quid diuinum ⁊ optimum appetibile
a materia. vnde materia appetit formam ſi-
cut femina virum: ⁊ turpe bonuꝫ. Ratio om
nium predictorum eſt: quia quelibet potentia
per ſuum actum perficitur: ſicut oculus in vi
dendo: intellectus in intelligendo ⁊ huiuſmo
di. hoc ergo preſuppoſito. videlicet ꝙ omnis
potentia ⁊ omnis materia appetunt ſuum
obiectum ⁊ formam: certum eſt ꝙ charitas
vt in precedenti concluſione monſtratum eſt
forma eſt ipſius fidei ſeu perfectio. Quod ſi
ſic eſt. concluditur ꝙ ſicut materia ſine ſua
forma eſt omnino imperfecta: ſic habitus fi-
dei ſine charitate q̄ eſt ſua forma erit omni-
no inutilis ⁊ imperfectus. vt igitur ſit perfe-
ctus fidei habitus. oportet neceſſario ꝙ habe
at ſuū obiectum quod ſimpliciter eſt forma ip-
ſius charitatis. ¶ Secundo hoc idem probo
ratione operationis. Fundamentum ratio-
nis ponit philoſophus. 2. phiſichorum. dicēs.
Materia ſimpliciter cum forma: eſt cauſa om-
nium rerum que fiunt vt in re. i. ſubſtantia
compoſita eſt cauſa omnium actuum atqꝫ
operationum. Et cōmentator ſupra ſeptimo
methaphiſice dicit. Forma eſt prior in eſſe et
operatione q̄ꝫ materia ⁊ q̄ꝫ compoſitum: qꝛ
nec materia nec compoſitum eſt aliquid in
actu ⁊ operatione. Et primo phiſicorum di-
citur. Materia ſm ſe eſt tantum in poten-
tia forma vero cū materia in actu. Et ſecūdo
phiſicorum dicit. Forma enim ⁊ materia ſūt
ſm eſſe ſed non ſꝫ rationem ⁊ operationem
Et ſecundo de anima dicitur. Materia eſt
potentia: forma vero actus a qua ⁊ operatio
Patet ergo regula omnium predictorum.
Nam materia ferri per ſe nihil incidit ſed
iuncta cum forma cultelli facit inciſionem.
Similiter corporis materia quamuis orga-
nizata per ſe nihil operatur: iuncta vero cum
forma ſubſtantiali ipſiꝰ anime facit operatio
nem. Hoc preſuppoſito: certum eſt ꝙ fides

ut patet in ſua diffinitione eſt ſicut quedam
materia:charitas vero eſt ſua forma . Sicut
igitur materia non exit in actus ⁊ operatio-
nes per ſe niſi ſit coniuncta cum forma : ſic
nec habitus fidei exibit in operationes niſi
ſit ꝯiunctus cū ſua forma .i.charitate.Quod
ſi opponeres ꝙ ēt fides facit multa bōa opa-
ri ſine ipa charitate . Rn̄deo ꝙ talia opa nō
ꝓducūt ſꝫ ꝯueniētiā ſui finis cū nō fiant ſꝫ
voluntatem ipſius dei habitum fidei īfundē
tis.vnde Alexan.de aleſ.in.3.parte ſūme.i tra
ctatu de fide vbi agit de effectu fidei in for-
mis . querit an aliquis cum habitu fidei in-
formis poſſit recte operari:et Reſpondit in
cor.q. dicēs.Nullus recte operatur aut ſer-
uit deo proprie loquendo niſi qui facit quod
deus precipit ⁊ ſicut precipit. vnde qui facit
aliquid de genere bonorum ſine forma cha-
ritatis non ſeruit proprie deo: licet enim fa-
ciat id quod deus precipit non tamen facit
ſicut deus precepit:quoniam non facit illud
ex charitate que eſt inpletio legis.nam pleni-
tudo legis ſicut ait apoſtolus ad. Roma.13.
eſt dilectio. Et .j. thi. primo dicitur . Finis
precepti eſt charitas.Ex quo patet ꝙ quam-
uis habitus fidei perducat operationes ſine
forma charitatꝭ tamen non producit eas per
fectas ſic ſibi ꝯueniens eſt. Et confirmatur
iſta ratio.Nam idem philoſophus.lib.de.re
gi.princi.dicit. Amor boni ſequitur cogniti-
onem.opus vero ſequitur amorē.Ex quo eti
am patet ꝙ forma charitatis non tantum eſt
neceſſaria ad fidem ad hoc vt faciat eam exi
re in debitas operationes:ſed etiam eſt ne-
ceſſaria vt per eam habitus fidei exeat ad
multiplicationē ipſorū actuū atqꝫ operatiōuꝫ
Nam amor ⁊ charitas inquit idem Alexā.
generant actus ⁊ operationes dicente Gre
go in omelia pente.Amor dei nunquam eſt
poſſidebit. Aliam ſimilitudinem ponit do-
minus Matth.16.di. Et ego dico tibi: quia
tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram edifica-
bo eccleſiam meam. vbi gloſa ait. Petram
vocat xp̄us firmitatem: eo q̄ ſicut petra ſtat
in duritia ſua: ſic fides permanet in firmita-
te ſua. Sicut igitur domus fundata ſupra
firmam petram non timet aliquam ruinam
ſic nec fundatus in vera fide Chriſti timet
aliquam aduerſitatem. Nec mirũ cum in-
niſus ſit perſone veritati imobili. Et ideo
ſimilitudinarie dominus Matth.7.c. dicit.
Omnis qui audit verba mea ⁊ facit ea aſſi-
milabitur viro ſapienti qui edificat domum
ſuam ſupra petram: ⁊ deſcendit pluuia ⁊ ve
nerunt flumina ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerũt
in domum illã ⁊ non cecidit. Fundata eni;
erat ſupra firmam petram: pluuia que ſur-
ſum venit eſt impugnatio aeree ſeu diabo-
lice poteſtatis: flumina que de montibus de
ſcendunt ſunt perſecutiones ſuperborum in
fidelium. venti dicuntur omnia tentationu;
genera que ſimul omnia habens veram fi-
dem tolleret vſq; ad mortem. Ex prefatis
auctoritatibus: rationibus: diſtinctionibus:
exemplis: atq; ſimilitudinibus patet: qua-
liter habens veram fidem tenetur tante
eſſe fortitudinis vt anteq̃ ipſam fidem of-
fendat ſeu ipſam fidem denegat: mortem
ſuſcipere ſit paratus. Et per conſequens
ex ſupradictis omnibus patet declaratio
ſexte excellentie ſacratiſſime fidei: que dicta
fuit excellentia integritatis. In qua octo cir-
cunſtantie ad integritatem vere fidei ne-
ceſſarie ſunt. Quas fidei circunſtãtias piiſſi
mus dominus ⁊ redemptor noſter Jeſus xp̄s

nobis omnibꝰ concedere dignetur. Qui cuꝫ patre ⁊ ſpiritu ſancto gl'ioſus viuit ⁊ regnat deus per infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſecunda poſt dominicam oliuaruꝫ de ſeptima excellentia fidei ſacratiſſime: que dicitur excellentia realitatis.

m Aria accepit libram vnguenti piſtici precioſi ⁊ vnxit pedes Jeſu ⁊ extersit capillis ſuis pedes eius et domꝰ impleta eſt ex odore vnguenti. Scribunt̃ hec verba Joan. 12. capi. et in euangelio occurrentis ferie. Quoniã honorabiles ciues per illud vnguentũ quo domus odore maximo impleta fuit miſtice ſacratiſſimũ corpus chriſti a fidelibus ſumendum deſignatur. Quod vtiqꝫ ipſum digne ſumentibus replet domũ anime ſeu conſcientie odore ineffabili diuinarũ gratiarũ ſeu ſpiritualiũ conſolationũ: hinc eſt ꝙ poſt declarationem ſexte excellentie ſacratiſſime fidei: que dicta fuit excellentia integritatis habeo in ſequentibus diebus ſeptimã excellentiaꝫ ipſius ſacratiſſime fidei ſimpliciter declarare: que dicit̃ excellẽtia realitatis. in qua videbimus qualiter in ſacramento altaris ſuſcipiendo realiter continetur verũ corpus ⁊ verus ſanguis ipſiꝰ chriſti benedicti: cuiꝰ excellentie ſeu ſacramẽti declaratio talis erit.

¶ De ſeptima excellentia ſacratiſſime fidei. vꝫ de realitate dominici ſacramenti.

ſ Eptima excellentia ſacratiſſime fidei in ordine declaranda dicitur excellentia realitatis. Jn hac enim excellentia fidei benedicte ſingulariter habeo oſtendere quomodo realiter ſub accidentibus hoſtie debito modo conſecrate: verum chriſti corpus ⁊ ſanguis exiſtit. Et ratio potiſſima ad hoc declarandũ me inducens eſt: quoniã hoc eſt vna de precipuis veritatibꝰ noſtre fidei inter ceteras ſumme neceſſaria tam ad credendum q̃ꝫ ad ſaluandũ. Et inſuper quia appropinquat tempus quo veri fideles ipſum dominicũ ſacramentuꝫ ſunt ſuſcepturi: pro qua ſacri realitate plenius declarãda tres concluſiones propono. Quarũ

¶ Prima dicit̃ concluſio Veritatis.

¶ Secunda dicit̃ concluſio Neceſſitatis.

¶ Tertia dicit̃ concluſio Specialitatis.

¶ De tertia concluſione dominici ſacramẽti ⁊ primo de prima: que dicit̃ veritatis.

p Rima igitur concluſio de realitate ſacramenti declaranda dicit̃ concluſio veritatis. Q̃uis enim omnis humana ratio omniſqꝫ humanus ⁊ naturalis intellectus deficiat a cognitione ineffabilis atqꝫ ſupnaturalis dominici ſacramenti. tamen ſimpliciſſima fides que vtiqꝫ eſt quidã habitꝰ ſupernaturalis ⁊ infuſus hoc facit intelligere quod humana ratio ⁊ materialis ſenſus percipere non poteſt. Quod confirmans Ambro. 24. queſti. ꝑma. ca. Non turbatur. ſic dicit. Quid enim tam altum quã altitudineꝫ diuitiaꝝ ſuarum id eſt diuinitatis videre: id eſt ſcire dei filium ⁊ profeſſionẽ diuine generationis ⁊ hoſtie tranſſubſtãtiationis aſſumere: que licet mens nequeat humana plene rationis inueſtigatione comprehendere: fidei tamen plenitudo cõplectitur. hec ille. Et eccleſia cantat. Verbũ caro panem verũ verbũ carnem efficit: fitqꝫ ſanguis chriſti merũ: ⁊ ſi ſenſus deficit: ad firmandũ cor ſincerũ ſola fides ſufficit. Licet igitur ut pretactũ eſt ſimplex fides veritateꝫ attingat dominici ſacramenti: ⁊ per conſequẽs catholica fides non indigeat rationibus noſtris: ſeu probationibus cũ in huiuſmodi rationibus non fundetur: ſed potius ipſa per ſe humanum intellectũ ſtabiliat eleuet ⁊ illuſtret nihilominus ad cecitatẽ: immo ut ſic dixerim ad beſtialitateꝫ hominũ infideliũ: ſeu hereticorũ conuincendã ⁊ confundendã: et inſuper ad hominũ deuotorum fideꝫ ⁊ conſolationem roborandã decreui quaſi modo ſenſibili ſeu probabili ⁊ demonſtratiuo oſtendere: qualiter corpus xp̄i ⁊ ſanguis ſub accidentibus panis ⁊ vini conſecratis veraciter contine̊t. Pro qua veritate dilucidãda nota tria. videlꝫ. Primo ſuam realitatem. Secundo ſuam vnitatem. Tertio ſuam doctrinabilitatem. ¶ Primo de veritate dominici ſacramenti nota ſuam realitatem. Vltra enim hoc ꝙ fides ſufficit ad credendum eſſe ſub accidentibus conſecratis verũ chriſti corpus hoc idem realiter quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secũdo rõnibꝰ. Tertio diſtĩctõibꝰ Quarto exẽplis. ¶ Pri

mo,ꝓbo auctoritatib⁹ q̄ ſub accidētib⁹ hoſtie
cōſecrate quā fideles ſuſcipiūt realr̄ continet̄
veꝛ corp⁹ veruſqꝫ xp̄i ſanguis. Nā extra de
ſum.tri.ꝛ fi.ca.c.Firmiter credim⁹.§.vna ve
ro.Innocētius tertius ait. Vna vero eſt fi
delium vniuerſalis eccleſia. extra quaꝫ nul
lus omnino ſaluat̄. In qua idem ſacerdos
ipſe eſt ſacrificiū Jeſus xp̄us:cuius corpus ꝛ
ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpecieb⁹
panis ꝛ vini veraciter continetur tranſſub
ſtantiatis pane in corpus ꝛ vino in ſangui
nem poteſtate diuina: ut ad perficienduꝫ mi
ſteriū vnitatis accipiamus ipſi de ſuo quod
accepit ipſe de noſtro.hec ibi.Idē quoqꝫ In
nocen.tertius.extra de cel.miſ.c.Cum Mar
the.ait.Quidam miſterium fidei ad miſteri
um erroris trahere putauerunt dicentes in
ſacramento altaris non eſſe corporis chriſti
ꝛ ſanguinis veritatem:ſed imaginationē tā
tum ꝛ ſpeciem ꝛ figuram: pro eo quod ſcri
ptura cōmemorat interdum id quod in alta
ri ſuſcipitur eſſe ſacramentū ꝛ miſterium et
exemplum. Sed tales ideo laqueum erro
ris incurrūt: quia nec auctoritates ſcripture
cōuenièter intelligunt: neqꝫ ſacramenta dei
accipiunt reuerenter. Si enim quia figura
eſt ſacramentum altaris veritas ibi eſſe ne
gatur.ergo nec mors nec reſurrectio chriſti
cum figura ſint veritas eſt credenda.Si qui
dem mortem ꝛ reſurrectionē chriſti ſimilitu
dinem ꝛ imagineꝫ eſſe apoſtol⁹ manifeſtat:
chriſtus inquiens mortuus eſt pro delictis
noſtris: ꝛ reſurrexit propter iuſtificationem
noſtram. Apoſtolorū etiam princeps Pe
trus ſic in epiſtola ſua ſcripſit.chriſtus paſ
ſus eſt pro nobis vobis relinquens exēpluꝫ
ut ſequamini ve.eius.Sicut ergo tam mors
chriſti q̄ꝫ eius reſurrectio eſt exemplū: ut et
nos peccato mortui.iuſticie viuamus:quarū
ſi non fuit veritas:quia fuit exēplū: ergo nec
vere mortuus fuit Jeſus:nec vere reſurrexit
Sed abſit a fidelium cordibus error iſte: cū
propheta de ipſo teſtetur: quia vere languo
res noſtros ipſe tulit ꝛ dolores noſtros ipſe
portauit.dicitur tam ſacramentū miſterium
fidei:quoniā aliud ibi creditur q̄ꝫ cernatur ꝛ
aliud cernitur q̄ꝫ credatur.Cernitur eniꝫ ſpe
cies panis ꝛ vini:ꝛ creditur veritas carnis ꝛ
ſanguinis chriſti:ac virtus vnitatis ac trini
tatis.Diſtinguendū tamen eſt ſubtiliter in
ter tria que ſunt in hoc ſacramento diſcre
ta.videlꝫ formā viſibilem:veritatem corpo
ris:ꝛ virtutem ſpiritualem. Forma autē eſt
panis ꝛ vini veritas eſt carnis ꝛ ſanguinis
chriſti.virtus eſt vnitatis ꝛ charitatis. Pri
mum eſt ſacramentum ꝛ non res. Secun
dum eſt ſacramentū ꝛ res. Tertium eſt res
ꝛ non ſacramentum.hec ibi verbaliter. Iteꝫ
Euſebius de conſe.diſtin.2.ca. quia corpus.
ait.Quia corpus aſſumptum ablaturuꝫ erat
ab oculis hominū ꝛ illaturum ſideribus: ne
ceſſarium erat in die cene ſacramentum no
bis corporis ꝛ ſanguinis conſecraret:ut col
leretur iugiter per miſterium quod ſemel of
ferebatur in preciū.ꝛ infra ſubiūgit.vere vni
ca ꝛ perfecta hoſtia fide extimanda eſt non
ſpecie:neqꝫ exteriori cenſenda viſu: ſed inte
riori affectu. Vnde celeſtis confirmat aucto
ritas. Quia caro mea vere eſt cibus:ꝛ ſan
guis meus vere eſt potus. Recedat ergo om
ne infidelitatis ambiguū: quoniam qui au
ctor eſt muneris ipſe etiam eſt teſtis verita
tis.Nā inuiſibilis ſacerdos viſibiles creatu
ras in ſubſtantia corporis ſui ꝛ ſanguinis ver
bo ſuo ſecreta poteſtate conuertit ita dicens.
Accipite et comedite hoc eſt corpus meum.
hec ille.Auguſtinus etiam de cōſecra.diſtin.
ſecunda.ca.Nos autem.ait.Nos autem in
ſpecie panis et vini quā videmus res inuiſi
biles. id eſt carnem ꝛ ſanguinem veraciter
honoramus:nec ſimiliter comprehendimus
has duas ſpecies queadmodum ante conſe
crationem cōprehendebamus. Cum fideli
ter fateamur ante conſecrationē panem eti
am ꝛ vinum quod natura formauit poſt cō
ſecrationem vere eſſe carnem chriſti ꝛ ſan
guinem quod benedictio conſecrauit. hec il
le. Idem etiaꝫ Auguſtinus de conſecra. di
ſtin.ſecūda.ca.Acceſſerunt.ait.De carne ma
rie carneꝫ chriſtus accepit:ꝛ ipſaꝫ veraꝫ car
nem ad manducanduꝫ fidelibus in ſalutem
dedit.Ambro.etiam de cōſe.diſti.ſecūda.ca.
panis ē.ait.Panis eſt in altari vſitatus an
te verba ſacramentoruꝫ. Vbi autem acceſ
ſit cōſecratio mox de pane fit vera caro chri
ſti.Et ideo Ambroſius de conſeratione di
ſtin.ſecunda.capi.Sicut eſt inquit verus dei
filius dominus noſter Jeſus chriſtus: non
quemadmodū homines per gratiam:ſed ve
re filius ex ſubſtantia patris. Ita vera chri

ſti caro eſt: ſicut ipſe dixit: quam accipimus
⁊ ſanguis eius verus eſt potus.hec ibi. De-
niqꝫ idem Ambroſius de cõſecratione di-
ſtinctione ſecũda.capi. Omnia. ait. Omnia
quecũqꝫ voluit dominꝰ fecit in celo ⁊ in ter-
ra:et quia voluit ſic factuꝫ eſt.Licet igitur fi-
gura panis ⁊ vini videatur: nihil tamen ali-
ud q̃ꝫ caro chriſti ⁊ ſanguis eius poſt conſe-
crationem credenda ſunt. Vnde ipſa veri-
tas ad diſcipulos ait.Hec caro mea eſt pro
mundi vita. Et ut mirabilius loquar : non
alia plane caro q̃ꝫ que nata ē de Maria vir
gine:⁊ paſſa eſt in cruce ⁊ reſurrexit de ſepul
chro.hec inq̃ꝫ ipſa eſt: ⁊ ideo chriſti caro eſt:
que pro mundi vita adhuc hodie offertur:⁊
cum digne percipitur vitam eternam in no
bis vtiqꝫ operatur:paneꝫ quideꝫ iſtum queꝫ
ſumimus in myſterio illum vtiqꝫ intelligo
paneꝫ qui manu ſpiritusſancti formatus eſt
in vtero virginis: ⁊ igne paſſionis decoctus
in ara crucis. Panis enim angelorum ci-
bus hominuꝫ factus eſt. Vnde ipſe ait.Ego
ſum panis viuus qui de celo deſcendi:⁊ ite-
rum panis queꝫ ego dabo caro mea eſt pro
mundi vita. hec ibi. Si vis alias auctorita-
tes vide de conſecratione diſtin.ſecunda.per
totuꝫ. Licet hic poſueriꝫ pulchriores. Ex pre
dictis igitur auctoritatibꝰ patet: qualiter ve-
rum chriſti corpus : et verus chriſti ſanguis
realiter ſumitur a fidelibꝰ ſub accidentibus
hoſtie ⁊ vini conſecratis ⁊c̄.¶Secundo hoc
idem probo quinqꝫ rationibus.

¶Primo ratione Cauſalitatis.
¶Secundo ratione Maioritatis.
¶Tertio ratione Superabilitatis.
¶Quarto ratione Operabilitatis.
¶Quinto ratione Naturalitatis.

¶Primo probo ratione cauſalitatis ꝙ per
dei potentiam ⁊ voluntatem ſubſtantia ho-
ſtie ⁊ vini poſt conſecrationem realiter con-
uertitur in veram ſubſtantiam corporis et
ſanguinis chriſti.Fundamentuꝫ rationis po
nit Auctor libro de cauſis.di. Quicquid fa-
cit cauſa ſecunda facit cauſa prima nobiliori
et altiori modo.patet hec regula. Nam ſi ca
merarius alicuius domini poteſt alicui vnã
facere gratiam:a fortiori ipſe dominꝰ hoc fa
cere poterit. Similiter ſi epiſcopus aliquem
poteſt abſoluere ab aliquo enormi peccato:
a fortiori poterit hoc ideꝫ facere papa , Quo
preſuppoſito certum eſt ꝙ potentia limitata
ipſius nature naturate vnam ſubſtantiaꝫ in
aliam conuertit quod ſic patet. Nam ſecun
do de anima philoſophus ait. Alimentum
per naturam conuertitur in ſubſtantiam ali
ti:ut puta panis conuertitur in ſubſtantiam
carnis ⁊ vinum in ſubſtantiam ſanguinis.
Similiter per virtuteꝫ caloris galline : ſub-
ſtantia oui conuertitur in ſubſtantiaꝫ carnis
ſeu in gallinam. Similiter videmus ꝙ ter-
ra que eſt ignobiliſſima rerum:generat au-
rum ⁊ argentum lapides precioſos : et alia
multa nobiliſſima: quinimo cum ſit inſipi-
diſſima paneꝫ producit ⁊ vinum ⁊ multa hu
ius valde ſapida et bona quid plura ? Ipſa
eſt turpiſſima ⁊ tamen ꝓducit valde pulcras
res ut puta arbores flores frondes fructus
⁊ huiuſmodi: que omnia operatur in virtu-
te ſolis. Vnde quarto Metheororũ philoſo
phus dicit. ꝙ virtute ſolis humiditas terre
conuertitur in arbores:in herbas: in vinum
in oleum : in balſamũ:⁊ huiuſmodi. Simi-
liter dicit ꝙ terra eadem ſolis virtute cõuer
titur in aurum:in argentum:in ferrum et in
lapides precioſos. Refert etiam Iſidorꝰ in
libro Ethimologiarum. ꝙ in ſcotia eſt fons
qui omne quod in eo mittitur ſtatim cõuer
tit in ſubſtantiam lapidis. Similiter in hy-
bernia eſt aliꝰ fons:in quo ſi palus ligneus
figitur:ſtatim pars que tangit aquã conuer
titur in lapidem:reliqua vero pars que figi-
tur in terra:ſtatiꝫ conuertitur in ferrũ. Pre
terea nonne ut habetur Exodi quarto. Vir
ga Moyſi ſubito eſt conuerſa in colubrum
⁊ iterum apprehenſa cauda eius cõuerſa eſt
de colubro in virgam? Nonne etiam Joan
nes euãgeliſta.ut in eiꝰ habetur legenda cõ-
uertit virgas ligneas in aureas ⁊ lapides in
arena collectos in lapidibus precioſis? Dic
hiſtoriam ſi placet.Si igitur omnia hec na-
tura naturata facit:q̃ꝫto magis natura natu
rans que eſt ipſe deus poteſt hoc facere cu-
ius poteſtas infinita nullis limitibus coan-
guſtatur:et in quo ſunt omnes perfectiones
altiori modo q̃ꝫ ſint in creaturis? Nulli igi-
tur dubium eſſe debet : quin deus ipſe poſt
conſecrationem realiter conuertat ſubſtan-
tiam hoſtie in ſubſtantiam ſui corporis: que
ſimul omnia confirmans Auguſtinꝰ in ſen-
tentijs ſuis ſic ait. Firmiter tenenduꝫ eſt ꝙ

panis in corpus ⁊ vinum in ſanguine conuertitur illa verbi veritate qua verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Qua dixit ⁊ omnia facta ſunt: qua vxorem loth in ſtatuam ſalis mutauit: qua virgam Moyſi in colubrem vertit: q̄ fontes ⁊ flumina omnia egypti conuertit in ſanguinē: qua aquā de petra duriſſima produxit: qua poſtremo ad nuptias aquam conuertit in vinum. hec ille. Que inſuper omnia etiam verbaliter cō firmat Ambroſius de conſecratione diſtinctione ſecunda. ca. Reuera. quem tex. cauſa breuitatis obmitto cum coincidat cum auctoritate Auguſtini ſupra poſita. ¶ Secundo hoc idē probo ratione maioritatis. Fundamentum rationis ponit Hilarius libro de trinitate. dicens. Maius eſt opus de nihilo aliquid facere: q̄ de aliquo facere aliquid: et ratio eſt ſm Franciſcū de maronis in quodam ſermone de ſacramento eucariſtie. Quia plus diſtat ens ⁊ non ens: q̄ ab inuicem diſtent duo entia ſcđm diſtantiam eſſentialem. Patet hec regula. Naʒ homo poteſt de ferro cultellū facere: ⁊ de ligno cathedram: et de farina panem. Sed tota natura omneſq; ſimul angeli de nihilo nunq̄ poſſent aliquid facere etiam minimū granum milij. propter quod philoſophus primo Phiſicorū. ait. ſm omnes philoſophantes ex nihilo nihil fit. Quo preſuppoſito peto qs de nihilo creauit angelos celum et terram: ⁊ omnia que continentur in eis: et certum eſt q̄ ſolum fuit ipſe deus cuius potentia eſt infinita. Quod ſi ſic eſt q̄ deus poteſt de nihilo tanta facere: q̄to magis poteſt vnū ens in aliud conuertere: ſeu ſubſtantiam panis ⁊ vini in ſubſtantiaʒ ſui corporis commutare? nec mirū eſt cum de ſimilibus idem ſit iudicium. Nonne ut habetur Geneſ. ſecundo. Per dei potentiam de coſta viri mulier ſubito facta eſt ⁊ perfecte formata? Nonne etiaʒ ut habetur Matthei ſexto. ⁊ Joannis ſexto. De quinq; panibus ⁊ duobus piſcibus ſaciauit chriſtus quinq; milia hominuʒ de quibus etiam duodecim cophini fragmētorum ſupauerunt. Quod ideo factum fuit: quia panis materiā augmentauit. Quod ſi hoc materialiter fecit: cur non ſpiritualiter ⁊ ſacramentaliter poteſt totam eccleſiam de ſubſtantijs hoſtiarum in ſuum corpus conuerſis paſcere? Que ſimul omnia egregie cō firmans Ambroſius de cōſecratione diſtinctione ſecunda. capi. Reuera. ait. Si tantum valuit ſermo helie ut ignem de celo deponeret: non valebit chriſti ſermo ut ſpecies imutet elementorum? de totius mundi operib⁹ legitur: quia ipſe dixit et facta ſunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non poteſt ea que ſunt mutare in id q̄ non erant? Non enim eſt minus dare nouas q̄ mutare reb⁹ naturas. Et ideo ſicut erat panis ante conſecrationem: iam corpus chriſti factum eſt poſt conſecrationem: quia ſermo dei mutat creaturam. hec ille. ¶ Tertio hoc idem probo ratione ſuperabilitatis. Fundamentum rationis ponit Hilarius: libro de trinitate dicens. Deus plura poteſt facere q̄ noſter intellectus intelligere: ⁊ hoc ideo quia deus eſt virtutis infinite: intellectus vero finite. Quo conceſſo certum eſt q̄ humanus intellectus ſm Boetiuʒ libro de trinitate poteſt intelligere accidens ſine ſubiecto: ſeu multa poteſt intellectus ſequeſtrare: que tamē ſequeſtrare non poteſt ſenſus. Et hoc ideo eſt quia intellectus eſt potentia magis immaterialis ⁊ ſpiritualis quā ipſe ſenſus. Cum etiam ipſe ſenſus accidentia videat nec tamen videat ſubiectum. Quod ſi ſic eſt ergo multo magis diuina virtus ſeu diuina potētia que incomparabiliter eſt magis immaterialis: q̄ intelligentia noſtra poteſt in hoc ſacramento accidentia a ſubſtantia in eius corpus conuerſa contra naturam ſequeſtrare. Nec tamen propter hoc debet aliquis dubitare: ſi deus hoc facit q̄ quaſi intellectus non capit: immo ſine quaſi: quia videmus etiam per experientiam q̄ maxima eſt differentia in intellectibus hominum ſeu angelorum: pro eo q̄ vnus intellectus hominis vel angeli aliquid intelligit alius homo vel angelus. Cum autem intellectus dei quaſi diſtet in infinitum ab intellectu humano non eſt mirum ſi facere poteſt etiam contra naturam: quod noſter intellectus non poteſt percipere. Nonne ut habetur. xo. di. capi. ut conſtitueretur. etiam 6. diſtin. §. His. Item. io. queſtione tertia. c. priſcis. Item diſtin. xi. ca. catholica. ⁊ extra. de conceſſione prebende. c. propoſuit. Qui facit legem poteſt in ea diſpenſare? Et cer-

tum eſt ꝙ ſic: dummodo fiat diſpenſatio:
aut propter minus malum: aut propter ma-
ius bonum. Sed clarum eſt quod deus cõ-
didit ſubſtantiam hoſtie ſimul ⁊ acciden-
tia: ſtatuitqꝫ ꝙ naturaliter vnum ab altero
non ſepararetur. ꝙ ſi ſuper naturam ꝓ me-
liori bono ſeparat accidentia a ſubiecto: hoc
non eſt mirum cum velit ⁊ poſſit ⁊ ſic face-
re optimum ſit. Sicut enim in ſole quãdoqꝫ
diſpenſauit vt vltra ſolitum in medio celi ꝑ
diem immobilis ſtaret: ⁊ inſuper in igne
vt quandoqꝫ non combureret. Sicut patet
de tribus pueris in camino ignis exiſtenti-
bus totaliter illeſis. Et in Enoch ⁊ Helya
quos contra naturam in paradiſo terreſtri
viuos reſeruat: ⁊ in virgine Maria quã vo-
luit contra ordinem nature ſine humano ſe-
mine concipere. Sic etiam potuit ⁊ voluit
contra nature ordinem in hoc ſacramento
diſpenſare ꝙ accidentia ſtent ſine proprio
ſubiecto. Nec mirum hoc debet apparere:
quia cum effectus magis dependeat a cau-
ſa prima q̃ꝫ a ſcḋa: poteſt deus qui eſt prima
cauſa ſubſtantie ⁊ accidentis per ſuam infi-
nitam virtutem conſeruare accidens in eſſe
ſubtracta ſubſtantia per quam conſeruatur
in eſſe ſicut per cauſaꝫ. Sicut etiam effectus
naturalium cauſarum poteſt deus produce-
re ſine naturalibus cauſis ſicuti fecit duꝫ cor-
pus humanum ſine materiali ſemine in vte-
ro virginis formauit. ¶ Quarto hoc idem
probo ratione operabilitatis. Fundamentũ
rationis ponit Thomas ſuper .j. de anima.
dicitur. Omnis effectus naturaliter eſt ſi-
gnificatiuus ſue cauſe a quo eſt. patet hec re-
gula. Nam fructus preſupponit arborem a
qua proceſſit. Similiter cum viſio oculoruꝫ
auditus aurium: formatio verborũ ⁊ cetere
operationes aliorum ſenſuum habeant cau-
ſam ſubſtantialem a qua procedunt. Peto
que ſit illa ſubſtantia. Et certum eſt ꝙ eſt ip-
ſa anima que ſm̃ phm̃ .2. de anima licꝫ nõ vi-
deatur: cognoſcitur tamen per duplicẽ eius
effectum. vꝫ per ſenſum ⁊ motum. Quo pre-
ſuppoſito: certum eſt ꝙ per ſuſceptionem do-
minici ſacramenti anima deuota inter cete-
ros ſuſcipit in ſe duplicem effectum. vꝫ ſpi-
ritualem ⁊ corporalem. Spiritualem dico:
quia anima nouam ⁊ ineffabilẽ propter hoc
ſacramentum recipit delectationem: de qua

miſtice Sap. 16. Salomon ait. Panem de
celo preſtitiſti eis omne delectamentum in
ſe habentem. hic dicas ſi placet de ineffabili
dulcedine ⁊ delectatione quam habuit beat⁹
frater Joannes da lauerna dum ibidem ce-
lebraret: qui dum protuliſſet omnia verba
conſecrationis: ſtatim defecit pre dulcedine:
⁊ omnia eius membra liquefacta ſunt tanq̃ꝫ
cera: propter quod dicebat. factum eſt cor
meum tanq̃ꝫ cera liqueſcens in medio ven-
tris mei. Narra totam hyſtoriam. habet in-
ſuper dominicum ſacramentum effectũ cor-
poralem pro eo ꝙ ſepius cum deuote ſumẽ-
tibus preſeruat corporalem vitam pro ali-
quo tẽpore ſine alio materiali cibo. hoc eniꝫ
expreſſe contigit beate Angele de fulgineo q̃
fuit de tertio ordine noſtro: que cũ per duo-
decim ãnos de licẽtia pape iugiter ⁊ dietim
hoc ſacramentum ſumeret: tantam delecta-
tionem ſuſcepit: ꝙ per illos duodecim ãnos
prout notum fuit toti ciuitati nunq̃ꝫ alium ci-
bum ⁊ potum materialem ſumpſit. Quod ſi
ſic eſt ꝙ per receptionem dominici ſacramẽ-
ti predicti effectus ſequantur. Peto vnde ꝑ-
dicti effectus procedunt ſeu cauſentur. Et cer-
tum eſt ꝙ non procedunt ab ipſis accidenti-
bus hoſtie: cum ſint quid minimum. ergo ne-
ceſſario oꝫ ꝯfiteri ꝙ cauſentur ab ipſo cor-
pore Chriſti quod veraciter ſub accidẽtibus
continetur: quia aliter non eſſet poſſibile: ꝙ
per ſuſceptionem hoſtie predicti effectus ſe-
querentur cum ex nihilo nihil ſequatur. Si-
cut ſi deficit arbor vel pater neceſſario defi-
ciunt rerum effectus qui ſunt filius ſeu fru-
ctus. Quoniã igitur ab initio Chriſti vſqꝫ ad
tempora noſtra ineffabili vel vtili experimẽ-
to probatuꝫ eſt: ⁊ continuo experimento pro-
batur a bonis ex hoc ſacramẽto ſpirituales
ſequi effectus. ideo propter hoc eſt omnino
impoſſibile quin ſit ibi Chriſtus totus in ſa-
cramento realiter: et hec experientia bonis ẽ
certiſſimum argumentum omnium argu-
mentorum atqꝫ rationum. propterea mens
ipſam experientiaꝫ poſſidens non poteſt de
veritate ſacramenti aliqualiter dubitare vel
heſitare. ¶ Quinto hoc idem probo ratione
naturalitatis. Fundamentum rationis po-
nit phus p̃mo Metha. di. Vnũquodqꝫ en-
tium naturaliter operat̃ ſm̃ proprietatẽ ſue
forme. patet hec regula. Nã materia ſeu fer-

rū cultelli:quia habet formā aptā ad inciſio
nem ideo incidit: ſimiliter anima intellecti-
ua que habet potentiā intellectiuā aptā ad
intelligēdū veritates iō intelligit. Quo ꝑſup
poſito certū eſt ꝙ xp̄us dei filius formaliter
⁊ eſſentialiter eſt veritas quedā patris eter-
ni.propter quod Joā.14.ipſe dicit. Ego ſuꝫ
via veritas ⁊ vita. Sed clarū eſt ꝙ Joan.6.
de ſacramēto loquens dixit. Caro mea ve-
re eſt cibus:⁊ ſanguis meus vere eſt potus.
Et Matt.26.dixit. Accipite ⁊ comedite hoc
eſt corpus meū. Quod ſi ſic eſt:quia ſic eſt ꝙ
xp̄us eſt immutabilis veritas: ⁊ dixit eē cor
pus ſuū ſub accidentibus hoſtie conſecrate
ergo neceſſario ⁊ indubitāter eſt ibi ſub ſa-
cramento: aliter ſequeret̄ ꝙ xp̄us dei filius
falſum dixiſſꝫ:quod eſt oīno impoſſibile. Iō
propter hoc nō immerito arguendi ſunt in-
creduli de hoc ſacramēto:ymmo cōburendi
ſunt heretici qui aliter aut credunt q̄ꝫ crede
re debeant aut ſaltem notabiliter dubitant
contra quos Ber.in ſuis ſentētijs exclamās
ait. O q̄ꝫ grauis ē nūc fides ſacramēti ⁊ cō
ditio Jeſu xp̄i in fidelibus:loq̄tur homo veri
tatem ⁊ credit̄ ei:loquitur ebrioſus falſitateꝫ
⁊ fides ei datur:loq̄tur xp̄us veritatem ⁊ fi-
des ei non ꝓ̄ſtatur:vnicuiqꝫ in ſua arte ⁊ fa-
cultate credit̄:ſoli xp̄o non credit̄ in ſua veri
tate. loq̄tur Priſcianus de cōpoſitione litte
rarū ⁊ creditur ei. loq̄tur Galienus de di-
ſcretione vrinarū ⁊ credit̄ ei: loq̄tur ptholo-
meus de magnitudine curſus ⁊ influētia ſy
derum ⁊ credit̄ ei.loq̄tur Ariſtoteles de fal-
lacijs ⁊ forma ſilogiſmorū ⁊ credit̄ ei. loq̄tur
Tullius de ornatu colorū ⁊ facūdia oratio-
nis ⁊ credit̄ ei. Loq̄tur xp̄us de ſalute aīarū
⁊ non credit̄ ei. O anima ingrata. O viſce-
ra dura quouſqꝫ effugis amicū tuum: quo-
uſqꝫ per infidelitatē ⁊ incredulitatē deſpicis
xp̄m tuū.hec ille. Vhe igitur talibus de hoc
ſacramento dubitantib⁹ quoniaꝫ excludent̄
a ſuperna patria. Sicut ſignificatiue Moy-
ſes ⁊ Aaron.vt habet̄ Nūeri. 20. Propter
eorū incredulitatē excluſi ſunt a terra repro-
miſſionis. Propterea Apo.21.dicitur. Timi
dis ⁊ incredulis pars illoꝝ erit in ſtagno ig
ne ardenti ⁊ ſulfure ꝙ eſt mors ſecūda. Ex
predictis rationib⁹ patet: qualiter ſub accidē
bus conſecratis realiter eſt ⁊ ſumit̄ corpus
xp̄i. ¶ Tertio hoc idē probo diſtinctionibus
prima di.eſt Ric. in quolibeto ſic dicentis.

Aut eſt inquit oīpotens aut nō: ſi ſic habes
intentū:quia corpus xp̄i eſt in ſacro altaris
cuꝫ hoc poſſit ⁊ velit. Si nō eſt oīpotens qꝛ
non poſſit hoc facere:ergo de⁹ non eſt deus.
Sed cū hoc ſit īpoſſibile:quia deus includit
in ſe oīpotentiā.ergo ꝑ cōſequēs eſt īpoſſibi
le ꝙ deus ex quo vult ⁊ poteſt: ꝙ xp̄us eius
filius nō ſit in altaris ſacramēto.hec Ricar.
¶ Secūda diſtinctio eſt eiuſdē Ricar. in q̄r
to diſt.10.ar.1.q.1.in corpore queſtionis dicē-
tis. Cū querit̄ an corpus xp̄i ſit ſub hoſtia cō
ſecrata q̄ꝫtuꝫ ad verā eius ſubſtantiā. Reſpō
deo ꝙ in ſacramento altaris ſubſtantia cor
poris vere ⁊ realiter cōtinetur ſub ſpecie pa
nis. Diuina eniꝫ virtus que de nihilo mun
dū creauit:hoc inſtituere potuit ⁊ voluit:⁊ qꝛ
voluit fecit. Et hoc facē cōgruū fuit : qꝛ i hoc
manifeſtat̄ ſue potentie imenſitas. Hoc eni
eſt tam admirabile ꝙ tranſcendit omnem
facultatē nature. Iteꝫ ſue humilitatis ꝓfun-
ditas:in hoc ꝙ voluit ꝙ poſſemus ſuū cor-
pus ſacratiſſimū nr̄is manibus contractare
Itē eius inextimabilis charitas in hoc ꝙ a
nobis viſibiliter recedens nobiſcū voluit ve
rū corp⁹ ſuuꝫ inuiſibiliter remanere: ⁊ ꝑ hoc
in credendo in hūilitate exercitamur ⁊ in vir
tute ſpei roboramur:⁊ in charitate amplius
inflāmamur. Sūme ergo debent oēs catho
lici deteſtari ⁊ ꝑſequi illū peſſimū errorē im
piorū.q dixerūt corp⁹ xp̄i nō ɔtineri realiter
in ſacramēto altaris: ſed tantūmodo ibi eē
ſicut in ſigno: quē errorem retractauit Be-
rengarius rome coram centuꝫ.13. epiſcopis.
ut habetur de conſe.diſt.2.ca. Ego Beren-
garius.hec Ricar.verbaliter. ¶ Tertia di-
ſtinctio eſt Innocen. tertij.in libro de officio
miſſe. dicentis. Sicut dei filius per diuinaꝫ
naturā habet tripliceꝫ modū exiſtendi in re
bus. Eſt eniꝫ in omnibus reb⁹ ꝑ eſſentiā: in
omnibus iuſtis preſentialiter per gratiaꝫ: et
in aſſumpta natura per perſonalē vnionem
ſic corpus xp̄i habet triplicem modū exiſten
di:in celo eni eſt localiter:in verbo eſt perſo
naliter: in altari vero eſt ſacramentaliter.
Corpus eniꝫ xp̄i ſm̄ eſſe naturale eſt tantū
⁊ ſimpliciter in vno loco. ſcilꝫ in celo ſicut lo
catum in loco:ſm̄ eſſe perſonale nō eſt in lo
co reſpectu verbi.ſm̄ vero eſſe ſacramenta-
le eſt in pluribus locis ⁊ ſic habet modū exi-
ſtendi ſpecialē queadmodum anima in cor-
pore.hec Innocen.verbaliter. Pro maiori

tamen declaratione diſtinctionis Innocen.
dico ꝙ corpus xp̄i habet duplex eſſe. ſcilicet
naturale ⁊ ſacramentale. de quo duplici eſſe
loquitur Auguſti. ſuper pſalmo quarto. et
habeť de conſe. diſtin. 2. ca. ꝑma hereſis. vbi
ait. Donec ſeculū finiatur ſurſum eſt domiꝰ:
⁊ hoc quo ad eſſe naturale ipſius corpis xp̄i
ſed tamen etiaꝫ hic nobiſcum eſt veritas do
minus ⁊ hoc ſcilꝫ quo ad eſſe ſacramentale
corpus eniꝫ xp̄i quod reſurrexit oportet eſſe
in vno loco. glo. id eſt in celo. In celo in for-
ma qua ſubici humanis oculis ⁊ ſenſibꝰ va-
let veritas aut eius vbiqꝫ diffuſa eſt glo. id ē
in ſacramento vbi eſt veraciter ⁊ non ſenſi-
biliter: hec ibi verbalr̄ in textu ⁊ glo. Ex quo
patet ꝙ corpus xp̄i quo ad eſſe naturale eſt
in celo localiter. ut dicit Auguſti. ⁊ Innocen.
Sed quo ad eſſe ſpeciale ⁊ ſacramentale eſt
in hoſtia veraciter. Et ideo ex hoc pꝫ: ꝙ xp̄s
in hoſtia conſecrata recipiť ſacramentaliter
non naturaliter ꝙ ſic patet. Naꝫ in cena do
mini xp̄us accepit panem ⁊ vinū ⁊ conſecra
uit ⁊ dedit Apoſtolis di. Accipite ⁊ comedi-
te: hoc eſt corpus meū. Cum eniꝫ ipſe eſt ve-
ritas. Joan. 14. non potuit ſimulate loqui: et
ideo apoſtoli ſuſceperūt verum corpus chri-
ſti non ſm̄ eſſe naturale: ſed ſm̄ eſſe ſacra-
mentale: pro eo ꝙ illā carnē ⁊ ſanguinē xp̄i
non ſuſceperūt prout habebat eſſe naturale.
Ideo hoc non intelligentes diſcipuli. Joan.
ſexto. Cum xp̄us dixiſſet niſi manducaueri-
tis. c. f. h. ⁊ bi. eius ſan. ⁊c̄. Dixerunt durus ē
hic ſermo: ⁊ ſtatim receſſerunt ab eo. Nam
credebant ꝙ xp̄us intelligeret ꝙ ſuſciperent
carnem ⁊ ſanguinem eius viſibiliter: prout
habet eſſe naturale: quod nonˡ ſic intellige-
bat chriſtus. predicta omnia confirmat Au
guſti. de conſe. diſt. 2. c. Non hoc corpus. ait.
Nō hoc corpꝰ quod videtis cōmeſturi eſtis
nec bibituri eſtis ſanguinē illuꝫ quem effu-
ſuri ſunt illi qui me crucifigent. hoc quidem
ipſum ⁊ non ipſum. Ipſum quidem inuiſibi
liter: ⁊ non viſibiliter ſuſcipietis. nam et ſi vi
ſibiliter celebrari oportet inuiſibiliter tn̄ in-
telligi debet. hec ibi. Et idem Auguſt. de cō
ſe. diſtin. 2. ca. prima quidem. ait. Prima qui
deꝫ hereſis in diſcipulis xp̄i velut a duritia
ſermonis eius facta eſt: cuꝫ eniꝫ diceret ni-
ſi manducaueritis carnē meam. ⁊c̄. illi non
intelligentes dixerunt ad inuiceꝫ: durus eſt
hic ſermo. Quis eniꝫ poteſt hunc manduca
re. Et iō ſeꝑauerūt ſe ab illo ⁊ remāſit cum
12. ⁊ deſcendentibꝰ illis inſtruxit eos q remā-
ſerūt: ſpūs eſt ingt. i. ſpūalis intellectꝰ q iuſtifi
cat. Caro autem. i. carnalis intellectꝰ nihil ꝓ-
deſt. verba que locutus ſuꝫ ad vos ſpiritus ⁊
vita intellexiſtis ſpiritualiter ſpiritus et vita
ſunt ſpiritualiter ergo intelligite. Non eniꝫ
corpus hoc quod videtis manducaturi eſtis
⁊ bibituri illū ſanguinem queꝫ effuſuri ſunt
qui me crucifigent: ſacramentuꝫ vobis ali-
quod cōmendaui: ſpiritualiter intellectuꝫ vi-
uificabit vos. Caro autem non prodeſt quic
q̄ꝫ: ſed quomodo illi id eſt diſcipuli receden-
tes intellexerunt ſic reſpōderunt: carnē quip
pe ſic intellexerunt quomō in cadauere ven
ditur aut in macello dilaniatur. Hec Augu
ſti. verbaliter. glo. autē ibidem ſuper illa ver
ba non hoc corpus quod videtis manduca-
turi eſtis ait. id eſt non in eadem ſpecie ⁊ re-
preſentatione qua me nūc videtis ⁊ qua me
pati videbitis manducabitis carnem meam
⁊ ſanguinem meum bibetis: ſed ſoluꝫ in ſa-
cramento. hec glo. Ex predictis etiam diſtin
ctionibus patet: qualiter xp̄us realiter et ſi
non viſibiliter tamen inuiſibiliter a fidelibꝰ
ſumiť ſacramentaliter ſub accidentibus ho-
ſtie. ¶ Quarto etiaꝫ probo exemplis ꝙ ve-
raciter corpus xp̄i ſub accidētibus hoſtie cō
ſecratis contineť. primū exemplū habemus
de Berengario diacono qui tenebat oppo-
ſitum propter quod retractauit: pro eo ꝙ a
Nicolao papa ſimiliter cum centū. 13. epiſco
pis reprobatus fuit. Cuius confeſſio ponitur
de conſe. diſtin. 2. ca. Ego Berengarius indi
gnus eccleſie ſancti Mauritij andeganēſis
dyaconus cognoſcens veram catholicam et
apoſtolicā fidem anathematizo omnē here-
ſim precipue eam de qua hactenus infama
tus ſum que aſtruere conatur panem ⁊ vi-
num que in altari ponuntur. poſt conſecra-
tionem ſolūmodo ſacramentū eſſe ⁊ non ve
rum corpus ⁊ ſanguineꝫ domini noſtri Je-
ſu chriſti: ⁊ non poſſe ſenſualiter niſi in ſolo
ſacramento manibus ſacerdotum tractari:
vel frangi: aut fideliū dētibus atteren cōſen
tio autē ſancte Romane eccleſie ⁊ apoſtoli-
ce ſedi et ore ⁊ corde profiteor de ſacramen-
tis dominice menſis. cādeꝫ fidem me tenere
quaꝫ dominus ⁊ venera. papa Nicolaus et
ſancta ſynodus auctoritate euangelica ⁊ apo
ſtolica tenendā tradidit mihiqꝫ firmauit. ſcꝫ

panem ⁊ vinum que in altari ponūtur poſt conſecrationē non ſoluꝫ ſacramentū: ſed etiam verum corpus ⁊ ſanguineꝫ domini noſtri Jeſu xpi eſſe: ⁊ ſenſualiter non ſolū ſacramentū: ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari frangi ⁊ fideliū dentibus atteri. Jurans perfectaꝫ homonſion trinitatē ⁊ per ſacro ſancta chriſti euangelia eos qui contra fidem hanc venerint cum dogmatibus ⁊ ſectatoribus ſuis eterno anathemate dignos eſſe pronuncio. ꝙ ſi egoipſe aliquando contra hoc aliquid ſentire aut predicare preſumpſero: canonū ſeueritati ſubiaceam. hec ibi. Inferius ſequitur qualiter papa cuꝫ predictis epiſcopis miſit hanc confeſſionem per omnes partes xpianitatis. Aliud exemplum habemus de beato Gregorio de quo legitur: ꝙ cum vellet cōmunicare quandam viduam: que faciebat ſibi hoſtias quibus ipſe celebrabat: fortiter riſit: qui ſtatim manuꝫ retraxit: ⁊ poſuit hoſtiā conſecratā ſuper altari: ⁊ cum quereret quare riſiſſet dixit. Rideo: quia hoſtiam quā manibus meis feci mihi das pro vero corpore xpi. Qui vidēs eam incredulam orauit ad altare dicens. O domine Jeſu chriſte oſtende queſo veritatē tui ſacramenti huic vidue ⁊ ſtatim apparuit miraculoſe hoſtia tota caro. Quo viſo vidua lachrymata eſt ⁊ ab omni incredulitate ſanata. tunc Gregorius iterum orauit ut hoſtia conuerteret ut primo erat quod ⁊ factuꝫ eſt: ⁊ tunc vidue dedit hoſtiaꝫ conſecratā deuote ſuſcipiendaꝫ. Aliud exemplū potes hic ponere qualiter dum beata Clara oraret coram ſacramēto ut defenderet moniales ab inimicis ⁊ ciuitatem Aſiſij: ſtatim apparuit ibi infantulus quidaꝫ in tabernaculo dicēs. Ne timeas: quoniā victoriam habebis portans igitur tabernaculū cum corpore chriſti vndiqꝫ circa locum ſtatim omnes inimici ꝑterriti propter preſentiā chriſti in tabernaculo veraciter exiſtentis de muris corruerunt quorū aliqui ceciderunt mortui aliqui vero aufugerunt: ⁊ propter hoc etiam ciuitas Aſiſij de inimicis infidelibus victoriam reportauit. Aliud deniqꝫ exemplū etiam habem⁹ de beato Gregorio papa: de quo legitur ꝙ cum miſſam celebraret apparuit Jeſus ſub paſſionis ⁊ pietatis effigie: queꝫ videns compaſſione motus ⁊ deuotione plurimū lachrimatus eſt. Et ideo ſtatim propter hoc miſſa celebrata omnibus vere penitentibus ⁊ confeſſis coram ſimili imagine pietatis dicentibus genibus flexis orationē infra ſcriptaꝫ cum quinqꝫ Pater noſter ⁊ totidē Aue maria conceſſit quattuordecim milia annorum de indulgentia. Poſtmodū vero multi alij ſummi pontifices pre deuotione addiderūt tantū ꝙ in ſumma ſunt viginti milia: ⁊ duodecim anni: ⁊ dies.23. Hec oīa ſcripta ſunt in capella domini cardinalis Hoſtienſis ſita in eccleſia ſancti Petri de Roma: quaꝫ indulgentiam cōfirmauit papa Calixtus tertius die.17. Junij.1456. qui etiam orationi ſancti Gregorij addidit duas vltimas clauſulas. Orationes igi᷑ dicēde pro predicta indulgentia habenda eſt iſta. ¶ O domine Jeſu xpe adoro te in cruce pendentem. ⁊ coronam ſpineam in capite portantē: deprecor te ut tua crux liberet me ab angelo percutiente. ¶ O domine Jeſu chriſte adoro te in cruce vulneratum felle ⁊ aceto potatum: deprecor te ut tua vulnera ſint remediū anime mee. ¶ O domine Jeſu chriſte adoro te in ſepulchro poſitum mirra aromatibuſqꝫ conditū deprecor te ut tua mors ſit vita mea. ¶ O domine Jeſu xpe paſtor bone iuſtos conſerua: peccatores iuſtifica omnib⁹ fidelibus defunctis miſerere et propitius eſto mihi peccatori. ¶ O domine Jeſu xpe propter illam amaritudinem tuam quam pro me miſero peccatore ſuſtinuiſti in cruce maxime quando nobiliſſima anima tua egreſſa eſt de corpore tuo: miſerere anime mee in egreſſu ſuo Amen. Ex predictis auctoritatibus rationibus: diſtinctionibus: atqꝫ exemplis patet: q̄liter veraciter corpus xpi in forma ſacri ſub accidentib⁹ conſecratis cōtine᷑ ⁊ ſumi᷑: ⁊ per cōſeq̄ns de veritate ſacri patet ſua realitas.

¶ Secundo de veritate dominici ſancti nō ſuam vnitatē. Non tm̄ ut claruit tenendum eſt corpus xpi eſſe ſub ſpeciebus panis conſecrati que vidētur: ſed inſuper tenendū eſt: ꝙ ibi etiā ſimiliter ſunt hec tria. vꝫ ſanguis anima ⁊ diuinitas. Primo igitur ſub accidentibus hoſtie conſecratis eſt ibi veraciter corpus xpi ex vi verborū: que verba cōſecrationis ſuper hoſtiā facta: de ſolo corpore faciunt mentionē. ¶ Secundo eſt etiā ibi ſanguis per concomitantiā immediatā: q2 ſanguis immediate diſponit corpus ad vitam. ¶ Tertio eſt etiā ibi anima per cōcomitātiā

ꝓpinquã quia licꝫ ſanguis diſponat corpus ad vitã: non tamẽ poteſt habere illam diſpoſitionẽ niſi mediante aĩa. Anima eniꝫ eſt q̃ corpus viuificat. ſecundo de anima. ¶ Quarto eſt ibi diuinitas verbi per cõcomitantiaꝫ remotã: quia licet diuinitas cũ tribus precedentibus faciat vnũ ſuppoſitũ: non tamẽ ptinet ad eandẽ naturã: ⁊ inſup: quia quod ſemel ſm Berñ. ⁊ Anſel. diuinitas aſſumpſit nunq̃ꝫ dimiſit. Vltra hoc tenendũ eſt ſimiliter ꝙ ſub ſpeciebus vini in calice conſecratis ſimiliter ſunt illa eadem q̃ttuor licet alio ordine. Nam pᷓmo eſt ibi ſanguis xp̃i ex virtute verborũ: pro eo ꝙ verba conſecrationis calicis de ſolo ſanguine faciunt mentionem ¶ Secundo eſt ibi corpus per cõcomitantiã immediatã: quoniã ut ſit ſanguis nõ habet eſſe niſi fundeť in corpore. Corpus eniꝫ eſt receptaculũ ſanguinis immediatũ. vnde ſi ſanguis eſſet extra propriũ corpus nõ ſanguis ſed cruor diceretť. ¶ Tertio eſt ibi anima per cõcomitantiã propinquã ⁊ ratio eſt: q᷑ ſanguis non poteſt habere eſſe naturale niſi ab anima foueať. ¶ Quarto eſt ibi diuinitas p concomitantiã remotã: quia nõ pertinet ad eandẽ naturam: ut ſupra dictũ eſt: q̃uis cuꝫ tribus precedentibꝰ faciat vnũ ſuppoſituꝫ. ꝙ autẽ quattuor predicta ſint predicto mõ ſub ſpeciebus hoſtie conſecrate ⁊ vini quadrupliciter probo. Primo auctoritate. Secũdo ratione. Tertio diſtinctione. Quarto ſĩlitudine. Primo probo auctoritate Ambro. libro de ſacramẽtis dicẽtis. Que fuerũt in vtero virginis hec eadẽ inueniũtur in ſacramento altaris. Hec ille. Sed quoniam quattuor predicta ſimul fuerunt in vtero virginis: ergo ſimiliter ſunt in ſacramento altaris. ꝙ inſinuans xp̃us Joan. 6. dicebat. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi ſi qs ⁊c̃. Per hoc eniꝫ ꝙ dicit. Ego ſum panis intelligiť ibi eſſe corpus ſuũ: ꝑ hoc ꝙ ſubdit viuus intelligiť ibi eſſe anima ꝑ quã corpus viuificatur: ⁊ quia anima ſine ſanguine corpꝰ non viuificat: ideo intelligiť etiam ibi eẽ ſanguis: ꝑ hoc autẽ ꝙ ſubiungiť qui de celo deſcendi: intelligiť ꝙ ibi eſt diuinitas. ¶ Secũdo hoc idem probo rõne viuacitatis. Certuꝫ eſt eni ꝙ xp̃us in ſacramento eſt viuus ⁊ glorioſus: ⁊ per conſequẽs predicta q̃ttuor ſunt oĩno inſeꝑabilia. Aliter ſequereť ꝙ ſi corpus eſſet ſine anima eſſet mortuũ: ⁊ per cõſeq̃ns ꝙ a fidelibus xp̃us ſumereť mortuus: ꝙ noſtre penitus repugnat fidei. Cum dicat apoſtolus ad Roma. 6. Xp̃us reſurgens ex mortuis iam non moriť ⁊ mors illi vltra nõ dominabiť. ¶ Tertio hoc idem probo diſtinctõne Ricar. in quarto. diſt. 10. ar. 1. q. 2. in corpore queſtionis. di. Cum queriť vtrum xp̃s ſit in ſacramento q̃ꝫtum ad eius veram q̃ꝫtitatem. Reſpõdeo ꝙ corpus xp̃i cum ſua q̃ꝫtitate realiter contineť ſub ſpecie panis in ſacramento altaris. Ratio eſt: cum eniꝫ realiter ibi ſit ſubſtantia corporis xp̃i: que a ſua q̃ꝫtitate naturali nõ ſeꝑatur ſequitur etiã ipſam quantitatẽ ibi eſſe: ⁊ quia etiã corpꝰ anime cõiunctũ eſt: ibi etiã eſt anima. Vnde ſi quis cõſecraſſet in triduo mortis xp̃i ſub ſacramento fuiſſet corpus ſine anima: ⁊ quia iſta non ſeꝑantur a diuinitate ibi etiam eſt diuinitas. Sed ſubſtantia corporis eſt ibi pᷓmo ⁊ per ſe ⁊ immediate: quia ſubſtantia panis non trãſſubſtantiatur: niſi in ſubſtantiã corporis: q̃ꝫtitas auteꝫ ⁊ anima ⁊ diuinitas ibi ſunt per concomitantiã: q̃uis ſi diuinitas non eſſet ibi per concomitantiã tamen eſſet ibi tota per ſimplicitatẽ ⁊ immenſitatẽ ſuam per que vbiq̃ꝫ tota eſt: ſub ſpecie: ergo panis totus eſt xp̃us cum ſua q̃ꝫtitate. Similiter ſub ſpecie vini: quia q̃uis ſubſtantia vini nõ tranſſubſtantieť: niſi in ſanguinẽ tũ quia ſanguis eſt vnitus corpori ⁊ corpus ſue q̃ꝫtitati ⁊ anime: ⁊ corpus ⁊ anima diuinitati: ideo corporis q̃ꝫtitas eius anima ⁊ diuinitas ſunt ſub ſpecie vini per cõcomitantiã et ita ſub ſpecie vini realiter eſt xp̃s totus. hec Ricar. verbaliter. ¶ Quarto hoc idẽ probo ſimilitudine. Naꝫ ponať ꝙ iudex aliquis incarceret corpus Petri: clarũ eſt ꝙ per cõcomitantiã ẽt incarcerat eius ſanguinẽ ⁊ aĩaꝫ que includuntur in ipſo corpore Petri. Sĩli modo intelligendũ eſt de corpore Chriſti: q̃d cum conſecretur ſub accidentibus ibi etiam per cõcomitantiam ſimul ſunt anima ſanguis ⁊ diuinitas. Ex predicta igitur auctẽ ratione: ⁊ ſimilitudine diſtantie. patet qualr in hoſtia conſecrata ⁊ vino ſimul ſunt ⁊ adorari debent h̃ quattuor. vꝫ corpus: ſanguis: anima: ⁊ diuinitas. Et ſic per conſequẽs pꝫ de veritate dñici ſacramenti ſua vnitas. ¶ Tertio de veritate dñici ſacramenti nota ſuam doctrinabilitatem. Ex quo vt claruit poſt conſecrationem corpus Chriſti eſt realr

ſub accidentibus.ſanguis vero anima ⁊ diuinitas per concomitantiā:poſſumus ex hoc elicere.5.decumēta. videlicet quorum. ¶ Primum dicitur adorationis. Secundum dicitur conſiliationis . Tertium dicitur ſuſceptionis. Quartū dicitur ſeparationis. Quintum dicitur portationis. ¶ Primum documentum qđ ex ſupradictis elicitur dicitur adorationis.Cuꝫ enim dicat Grego.de conſe.di.2.c.quid ſit.ꝙ in hoc ſacrō aliud videt̄ ⁊ aliud creditur:⁊ idem habetur extra de cele.miſ.c.Cum Marthe.qꝛ videlicet aliud cernitur oculis corporis:⁊ aliđ creditur oculis mētis:hinc eſt ꝙ in adoratione ipſius ſacramenti datur documentū ꝙ talis adoratio nequaquaꝫ eſt dirigenda ad id quod cernitur ſꝫ tātum ad id quod creditur:qꝛ illud ſolum adoratione dignum eſt.nam illa que oculis corporis conſpiciuntur accidentia ſunt : quibus non conuenit adoratio latrie:qꝛ non ſunt in corpore chriſti ſicut ī ſubiecto:ſꝫ corpus chriſti quod ſub illis accidentibus latere credit̄ id ſolum adoratione predicta dignum eſt.

¶ Secundū documentū dicitur conſiliationis.quia enim conſecrationis verba ſecrete proferuntur a ſacerdote ſuper hoſtiā ⁊ calicē propterea conſilium datur ꝙ ante eleuationem hoſtie ⁊ calicis nunquam adoratio fiat a pplō periculuꝫ idolatrie.Et rō eſt:qꝛ cōſtat ibi nondum eſſe corpus criſti.propterea honorius tertius extra de celebra . miſ .c.ſane ait.Sacerdos quilibet frequenter doceat plebē ſuā vt cum ī celebratione miſſaruꝫ eleuatur hoſtia ſalutaris tunc ſolus ſe reuerenter īclinēt.hec ibi. ¶ Tertiū documētū dicit̄ ſuſceptionis.licet enim in primitiua eccleſia ſacramentum hoc ſub vtraqꝫ ſpetie miniſtraretur populo.pro vt habetur de conſe.di.2.c.cōperimus.tamen eccleſia moderna ordinauit ꝙ ſoluꝫ ſumatur a laycis perſonis ſub ſpetie pāis:qđ fecit.2.reſpectu. ¶ Primo.qꝛ poſſēt credere ꝙ totus chriſtus nō eſſet ſub vtraqꝫ ſpetie.Secundo fecit propter periculum effuſionis.Nam circa ſpeties vini de facili accidebat ⁊ accidere poteſt periculum effuſionis.Adde ⁊ Tertium ꝙ ſub vtraqꝫ ſpetie tā corpus q̄ꝫ ſanguis ſuſcipitur. propter quod ī ſequentia corporis chriſti cantat eccleſia.Caro ſāguis cibꝰ potus manet tamen xp̄s totus ſub vtraqꝫ ſpetie. ¶ Quartum documentum dicitur ſeparationis. Tho.in .4.d.ii.ar.4.q.i.Et.3.parte ſūme.q.8i.ar.4.Et.q.26.ar.2.ponit hunc caſum ꝙ teneri debet q: ſi aliquis apoſtolorum poſt mortem chriſti in illo triduo feciſſet hoc ſacramentum.ibi non fuiſſet ſanguis neqꝫ anima:ſed ſolum corpꝰ chriſti et diuinitas eius.⁊ ratio eſt quia tempore paſſionis hec duo.ſcilicet ſanguis ⁊ anima a corpore chriſti realiter fuerunt ſeparata: et hoc ideo quia ſanguis erat effuſus ſuper terram:corpus erat in ſepulchro ⁊ aīa erat ī limbo.Quod etiam tenet Ric.in.4.di.io.ar.i.q.2.in corpore.q.Franciſcus etiaꝫ de maronis in ſermone queꝫ fecit de corpore chriſti.Qui incipit memoriam fecit ⁊c.oppoſitum nunc ē quia non poteſt conſecrari corpus chriſti qn ibi ſit etiam ſanguis ⁊ anima per cōcomitantiam. ¶ Quintum documentum dicit̄ portationis.ſm enim ꝙ notat hoſtieñ.extra de cele.miſ.c.ſanc.quando ſacerdos vadit ad cōmunicandum infirmum:conſulo vt duas hoſtias conſecratas ſecum deferat:vt cum vna infirmum communicet ⁊ alteram honorifice ſecum reportet.Et ratio eſt quia ſi vaſculum vbi delatum fuit ſacramentum ad egrotum indigne reportetur ad domum indecens videtur:cum forte in eo remanſerint alique parue reliquie dominici ſacrī. Si autē honorifice reportatur vas predictum abſqꝫ hoſtia conſecrata decipitur populus qui adorat ⁊c.hec ſententia hoſti.eſt valde laudabilis ⁊ diſcreta ⁊ ideo obſeruanda. ¶ Ex predictis patet declaratio.5.documentorum:⁊ per conſequens patet etiā ex predictis de veritate dominici ſacramenti ſua realitas:ſua vnitas:et ſua doctrinabilitas.Que ſimiliter tria nobis firmiter credere concedat dominus noſter Jeſus chriſtus:in preſenti per gratiam ⁊ in futuro per gloriam:qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum.Amen.

¶ Feria.tertia poſt dominicam Oliuarum. Item de 7.excellentia ipſius ſacratiſſime fidei:ſeu de realitate dominici ſacramenti.

a **Ccepit ieſus** panem ⁊ benedicens fregit ⁊ dedit eis.Et ait . Sumite hoc eſt corpus meum.Scribuntur hec verba.Mat. 14.c.⁊ in paſſione occurrētis ferie. ¶ Poſtq̄ꝫ egre

gij ciues declaraui de realitate dominici ſacramenti primam concluſionem que dicta fuit concluſio veritatis in qua fuit oſtenſum qualiter corpus ⁊ ſanguis chriſti ſub accidētibus panis ⁊ vini veraciter continetur ⁊ ſumitur: habeo hodie ſimiliter declarare ſecundam concluſionem que dicitur neceſſitatis. Cuius concluſionis declaratio talis erit.

¶De ſecunda ꝯcluſione dominici ſacramēti que dicitur neceſſitatis: ſeu de neceſſaria ſuſceptione ipſius dominici ſacramenti.

Secunda igitur concluſio de realitate ſacramenti dominici declaranda dicitur concluſio neceſſitatis. Demonſtrata huius ſacramenti veritate quomodo ſcilicet ſub accidentibus hoſtie conſecratis eſt realiter corpꝰ chriſti: ⁊ per concommitantiam etiam ibi eſt ſanguis anima ⁊ diuinitas: non oſtendo maximam neceſſitatem ſuſceptionis iſtius ſacramenti benedicti. Pro concluſione igitur firma tenendum eſt ꝙ impoſſibile eſt aliquem adultum ⁊ diſcretioneꝫ habentem vnquā ſaluari poſſe: etiam ſi confiteretur ſacerdoti omnia peccata ſua: ⁊ inſuper omnia bona ſibi poſſibilia faceret: niſi ſaltem ſemel in anno fideliter ⁊ deuote ſuſcipiat hoc ſacramentum. Et ꝙ quiſqꝫ diſcretione vtens teneatur de neceſſitate ſalutis hoc ſacramentum reuerenter ⁊ deuote ſuſcipere quadupliciter probo. Primo auctoritate. Secundo diſtinctionibus. Tertio rationibus. Quarto figuris. ¶Probo auctoritatibus. Nam. Jo. 6. ſaluator ait. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Item Anacletus papa de conſe. di. 2. c. peracta. ait. Peracta ꝯſecratione omnes cōmunicent: qui noluerint diuinis carere liminibus. Sic enim apoſtoli ſtatuerunt ⁊ ſancta Romana tenet eccleſia. hec ille. Item hylarius papa de conſe. di. 2. ca. ſi non ſunt. ait Si non ſunt tanta peccata vt excōmunicetur quis. glo. i. ſit dignus excōmunicatione nullus ſe debet a medicina corporis domini ſeparare. hec ille. Item Fabianus papa eadem di. c. ⁊ ſi nō. ait. Et ſi non frequentius ſaltem ter in anno homines communicent niſi quis forte maioribus criminibus impediatur in paſcha. videlicet in pentec. ⁊ in natiuitate domini. hec ille. Item concilium agathēſe eadem. di. c. ſeculares. precipit di. Seculares qui in natale ⁊ penteh. non cōmunicauerint catholici nō creduntur. nec inter catholicos habeantur. hec ibi. Item eadem di. ca. hij qui intrant. dicitur. hij qui intrant in eccleſia ⁊ deprehenduntur nunquam cōmunicare admoneantur. Quod ſi non cōmunicant ad penitentiam arceantur. Item eadeꝫ di. c. omnis homo. precipitur. Omnis homo cōmunicet nec inter catholicos connumerabitur qui in iſtis temporibus videlicet. paſcha. penthe. ⁊ natale domini non cōmunicauerit. Similis ſententia habetur ibidem. c. In cena domini. Item Inno Tertius extra de pe. et. re. c. omnis. ait. Omnis vtriuſqꝫ ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit: omnia ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti ⁊ iniunctam ſibi penitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere: ſuſcipiens ad minus in paſcha euchariſtie ſacramentum niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio: ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius receptione duxerit abſtinenduꝫ. alioquin ⁊ viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur: ⁊ moriens chriſtiana careat ſepultura. hec ille. Deniqꝫ de conſe. di. 2. c. Siquis intrat i eccleſia dei: ⁊ ſacras ſcripturas audit ⁊ pro luxuria ſua auertit ſe a cōmunione ſacramenti: ⁊ in obſeruandis miſterijs declinat conſtitutam regulam diſcipline: iſtum talem proicienduꝫ eſſe de eccleſia catholica decernimus donec penitentiam agat ⁊ oſtendat fructum penitentie ſue: vt poſſitꝰ cōmuniōe percepta indulgentiam promereri. hec ibi. Ex predictis auctoritatibus patet qualiter quiſqꝫ diſcretiōe vtens tenetur ſaltem ſemel in anno prout dicit auctoritas Inno. ſacram euchariſtiam ſuſcipere. ¶Secundo hoc idem probo duabus diſtinctionibꝰ. Prima diſtinctio ē tho. Tertia parte ſūme. q. 73. ar. 3. Et in. 4. di. 12. ar. q. i. di. cū queritur an ſuſceptio ſacramēti ſit de neceſſitate ſalutis. Reſpondeo ꝙ ſic duplici reſpectu. Primo reſpectu Inſtitutionis. Nam eccleſia ſtatuit vt fideles communicent ſaltem ſemel in anno: vnde ſiquis negligit ſuppetente facultate talis non eſt ſine cōteptu: ⁊ ideo mortaliter peccat. Secun-

do reſpectu ſuppoſitionis finis.ſuppoſito eni hoc fine q homo velit in vita ſpirituali firmus perſiſtere.de neceſſitate ſalutis tenetur hoc ſacramentum ſuſcipere.hec tho.verbaliter.¶Secunda diſtinctio eſt Ricar.in quarto.di.12.ar.6.q.1.in cor.q.di.Cum queritur an frequenter ſit communicandum:an tantum ſemel in anno iuxta preceptum eccleſie. Reſpondeo q ſicut in corpore fit quaſi continua deperditio naturaliſ humiditatis per actionē naturalis:caloris qua de cauſa oportet pluries cibum ſummere ad reſtaurationem deperditi:ne perditio continua mortem inducat:ſic cum ex corruptione concupiſcentie in nobis ⁊ occupatione circa exteriora fuit deperditio deuotionis ⁊ charitatis feruoris:debemus pluries non tantum ſemel ſuſcipere hoc ſacramentum : per cuius ſuſceptionem cauſatur in anima ſpirituale nutrimentum ne per nimiam deperditionem ſi non adeſſet reſtauratio:homo paulatine ad mortem ſpiritualem deduceretur. In ſuſcipiendo tamen hoc ſacramentum debet eſſe deſideriū amplioris coniunctionis cum chriſto et reuerentia ad ſacramentum.vnde ſi homo experimentaliter cognoſcit q ex frequenti ſuſceptione huius ſacramenti feruor charitatis augetur in ipſo:⁊ reuerentia ſacramenti nō minuitur frequenter debet communicare non tamen in die pluſ q̄ ſemel.argumentum de conſe.di.2.c.ſufficit.Si autē ſentiret per multaꝫ frequentationem minui reuerentiam ad ſacramentum:feruorem non multum augeri interdum deberet abſtinere vt cum maiori reuerentia poſtmodum accederet.Et iō dicitur de conſe.di.2 .c. quottidie euchariſtie cōmunionem accipere nec laudo nec vitupero. Et ita faciat vnuſquiſqꝫ quod ſm fidem ſuam pie credit eſſe faciendū.hec tamen omnia ſic intelligas vt quiſqꝫ obſeruet ſtatutum eccleſie de cōmunicando ſemel in anno ad minus:alio autem tempore non tenetur homo cōmunicare de neceſſitate niſi de ratione offitij.quod dico propter ſacerdotes qui cōmunicare tenētur quotienſcunqꝫ conficiunt corpus chriſti: de conſe.di.2.c. Relatum vel etiam ratione periculi mortis ſicut ſunt homines in grauibus infirmitatibus conſtituti:in quibus eſt notabile periculum mortis.tales enim petere tenentur euchariſtie ſacramentum ſi vſum habent lib.arbi.Et infra in ſolutione.vltimi argumenti etiam ſubiungit di. In primitiua eccleſia quando vigebat maior deuotio:quia parum ante preceſſerat chriſti paſſio et erat ab infidelibus maior impugnatio:ordinatum fuit vt fideles qualibet die communicarēt vt habetur de conſe.di.2. c.peracta.vt ex hoc fruentiores eſſent in deuotione:⁊ fortiores in tribulatione . poſtmodum aūt minus feruente charite ordinatum fuit vt ſaltem ter in anno cōmunicarent vt habetur de conſe.di.2.c.Seculares.poſtmodum vero adhuc magis frigiſcente charitate ordinatum eſt vt ſaltem ſemel in anno ſcilicet in paſcha quiſqꝫ communicet vt habetur extra.de.pe.⁊ re.c.omnis.hec Ricar. verbaliter.Ex qua di. poſſumus videre moraliter quantum deficit feruor charitatis et deuotionis in chriſtianis.Nam vt idem Ricardus dicit in primitiua eccleſia quando diuini amoris ebulliebat feruor quottidie ſumebant fideles corpus chriſti.vnde act⁊. ſecundo dicitur. Erant omnes perſeuerantes in doctrina apoſtolorum. et communicatione fractionis panis.Et de ꝯſe.diſtin.2.c.peracta.precipitur per acta conſecratione omnes communicent ⁊c̄ . Sed quid venit. Nam q mundus ſemper vadit deficiendo in deuotione ⁊ feruore diuini amoris idcirco venit tempus ſacrorum doctorum qui videntes homines effectos valde tepidos ⁊ indeuotos conſulerunt q non omni die ſed ſolum in dominicis diebus communicarent . vnde Augu. de ꝯſe.di.2.c.quottidie.ait. Euchariſtie communionem accipere nec laudo nec vitupero omnibus:tamē dominicis diebus communicandum hortor.hec ibi. In hoc attende magnum periculum religioſorū et preſbyterorum obligatorūꝫ ad capellas ⁊ parochias quia multotiens etiam contra ſuaꝫ voluntatem coacti ſunt celebrare dato q ſe viderent aut valde tepidos ⁊ inpreparatos ad ſuſcipiendum tantum ſacramentum:⁊ ideo fratres minores qui ſe in talibus non intromittunt ſunt valde leti ⁊ conſolati quia ſunt liberi et minus accedere ſm q ſe diſpoſitos inueniunt poſt ea adhuc defecerunt fideles a deuotiōe ⁊ feruore dn̄i amoris:qd videns Fabianꝰ papa tp̄e ſuo reputauit rē indignā q fideles

communicarent ſingulis diebus dominicis
propterea inſtituit vt habetur de conſe. di.2.
c.⁊ ſi non frequentius.vt ſaltem ter in anno
communicarēt.videlicet in Natale domini
in paſcha:⁊ in pentech.Et ideo iterum ſuper
hoc fundamēto perſone ſeculares magis de
uote ter in anno ſe cōmunicāt:⁊ de hoc mul
tum ſunt commendandi. Aliqui vero vltra
hoc etiam ſe cōmunicant in aſſumptione do
mine qđ plurimum laudabile eſt. Sed quid
accidit videns poſtmodum papa Innocen.
tempore ſuo chriſtianos effectos indeuotiſ-
ſimos ⁊ valde iniquos: fecit ſtatutum in con
cilio vt habetur.extra de pe.⁊ re.ca.omnis.
Quod ſaltem ſemel in anno cōmunicarent
videlicet in paſcha. Sed papa Soterus vt
habetur de conſe.d.2.c.In cena.dicit.Quod
fideles debent cōmunicari in cena dñi. Ca-
noniſte tamen et ſacri theologi dicunt ꝙ fu-
it conſilium non preceptum.Diuerſe aūt ſūt
opiniōes an i cena domini an n paſcha com
municari debeant.Et licet Eugenius papa
fecit per bullam ꝙ ſufficit in cena domini:
tñ mihi videt̃ ſecurius cōmunicare in paſca:
quia de.pe.⁊.re.c.omnis vtriuſqȝ ſexus. dici
tur.Quod ad minus in paſca quiſqȝ debeat
ſe cōmunicare.Ex premiſſis accipe correla-
rium ꝙ exquo tempore apoſtolorum fideles
quotidie ſe cōmunicabant.Nunc vero non
niſi ſemel in anno:oſtenditur in hoc perfec-
tio vel imperfectio noſtra. Nā cum annus
habeat trecentos.66.dies:qui ſemel tantum
cōmunicat in his diebus:aut ſunt.365.vici-
bus peiores illis qui quottidie ſe cōmunica-
bant:aut ſunt.365.vicibus minus perfecti il-
lis:aut arguitur ꝙ illi fuerunt magis perfe-
cti.365.vicibus.chriſtianis modernis. Sed
quid dicemus de illis qui non ſe cōmunicāt
quottidie:nec diebus dominicis nec ter i an
no nec etiam ſemel.Immo non ſemel in.10.
annis.profecto tales non ſunt dicendi chri-
ſtiani:ſed potius paterini atqȝ diaboli.Et li-
cet aliqui dicant ſe abſtinere a cōmunione
propter reuerentiam ſacramenti.Iſtis Reſ
pondeo.ꝙ nihil valet excuſatio eorum nec ē
iuſta cauſa differendi.Nec ſufficit dicere ꝙ
quis non poteſt indulgere vel non vult alie-
na reſtituere ſeu aliquid aliud ad quod obli-
gatur facere:q2 tales omnes niſi ſe diſponāt
ad ſuſcipiendum ſacramentum mortaliter
peccant ⁊ omnino excōmunicandi ſunt.Si-
cut expreſſe habetur ter.de conſe.di.2.c. Si-
quis intrat.Ric.autem in.4. di.9.ar.2.q.1.in
ſolutione ſecundi ⁊ tertij argumenti.dicit ad
litteram.ꝙ nullus diſcretione vtens excuſat
a cōmunione: pro eo ꝙ quiſqȝ cum dei adiu
torio ſe poteſt diſponere per penitentiam vt
digne ſe cōmunicet.Ex prefactis igitur diſti
ctiōibus etiaȝ patet qualit̃ quiſqȝ tenetur de
neceſſitate ſalutis ſaltem ſemel in anno ſe cō
municare ſeu dominicum ſacramentum ſu-
mere.Tertio hoc idem probo quinqȝ rationi
bus. Primo ratione conſeruationis. Se-
cundo ratione adimpletionis. Tertio rati-
one conſtitutionis. Quarto ratione perfe-
ctionis. Quinto ratione argumentationis
¶ Primo probo ratione conſeruationis ꝙ
ſuſceptio euchariſtie cuilibet eſt neceſſaria ad
ſalutem.Fundamentum rationis ponit phi
loſo.primo de generatione ⁊ cor.di. Omne
viuens qđ diu viuit indiget alimento conue-
nienti ſue nature.patet hec regula. in viuenti
bus anima vegetatiua:vt puta in plātis.Nā
arbor ſeu planta cum habeat vitam vegetati
uam:ad hoc vt viuat indiget aqua mixta ter
ra prout dicit philo.lib.de vegetabilib9 ⁊ plā
tis.naȝ habet nutrimentuȝ ſuum ab aqua et
terra ⁊ non ab aqua ſolum ſeu ſolum a terra
vnde ſi caret hoc nutrimento ſtatim moritur
hoc idem ēt patet in viuentibus anima ſenſi
tiua.Cape que vis aīalia ſeu quas vis aues:
ſemꝑ egent nutrimento cōuenienti ſue natu
re:⁊ hoc ꝓ eorum cōſeruatione ſeu pro deꝑ
diti reſtauratione.hoc idē patet in vita no-
ſtri corporis ad cuius conſeruationem ⁊ etiā
reſtauratione̅ illius quod deperditur ⁊ cōſu-
mitur ex humiditate et caliditate neceſſario
requiritur interpollate continuus cibus ⁊ po
tus:que ſi retrahis ſtatim deficit ⁊ moritur.
Et ratio eſt:q2 calor radicalis ⁊ humiditas
ſeu calidum ⁊ radicale humidum ſemper ꝑ
ſe conſumuntur:⁊ niſi reſtaurentur per cibuȝ
⁊ potum ſtatim deficiunt ⁊ hominem interi-
munt ⁊ ideo propter hoc natura immo diui
na ſapientia ſicut creatis rebus ſenſibilibus
⁊ vegetabilib9 vt puta anime vegetatiue que
eſt formale principium naturalis vite homi-
num generabilium ⁊ corruptibilium dedit
potentiam generatiuaȝ per quam res ab ip
ſa producta viuens efficitur. Sic etiam de-
dit potentiam augumentatiuam per quam
res genita augumentatur ⁊ roboratur:et vltra

hoc dedit nutritiuam per quam mittitur ꝛ ineſſe conſeruatur quamdiu viuit: quia vt dicit philoſophus ſecundo topicorum animalia ſemper nutriuntur aliquo modo. Que ſimul tria in arbore exēplificantur. Primo natura dedit illi arbori potentiaꝫ generatiuaꝫ i radicem producendi ramos Secundo dedit potentiam augumentatiuam vt.ſcilicet creſcat ꝛ augeatur. Tertio dedit nutritiuam et conſeruatiuam videlicet terram ꝛ aquam ipſam nutrientem ꝛ conſeruantem quia aliter deficeret. Quo preſuppoſito ꝙ ſcilicet omne viuens indiget alimento vel nutrimento ſue nature conuenienti certum eſt ꝙ cum homo ſit compoſitus corpore ꝛ anima: ſi corpus habet nutrimentum ſuum aliter deficit ſi non habet: quia calor naturalis conſumeret totum humidum radicale niſi cibo ꝛ potu conſeruaretur: ergo a fortiori debet habere ſpiritualis anima ſuum ſpiritualem cibuꝫ ne deficiat vt conſeruetur in ſuo eſſe ſpirituali precipue cum anima ſit quaſi in infinitum nobilior ipſo corpore. ſed clarum eſt ꝙ talis cibus non poteſt eſſe niſi panis ſpiritualis vita anime dicēte ſaluatore Jo.6. Panis quē ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. et ibidem ait. Qui manducat meam carnem ꝛ bibit meum ſanguinem viuet in eternum. Quod ſi ſic eſt: ergo eius ſuſceptio eſt neceſſaria ad ſalutem. Quod inſinuare volens ſaluator. Mathe.4.di. Non in ſolo pane viuit homo ſcilicet materiali. ſcilicet ſm̄ corpus. ſed i omni verbo. i. in ſacramento verbi quod procedit ex ore dei viuit videlicet ipſa anima. Quā rationem confirmans Ricar. in.4. diſtin. octaua argumen. i. queſti.4. in cor. q. dicit. Cum queritur an ſacramentum euchariſtie fuit ad ſumendum conuenienter inſtitutum. Reſpondeo ꝙ ſic. Nam conueniens fuit deum inter cetera ſacramenta inſtituere tria: per quorum vnum anima efficiatur viuens vita ſpirituali ꝛ ſupernaturali ꝛ hoc eſt ſacramentum baptiſmi Et per aliud in viuente ſpiritualiter vita ſpiritualis augeatur ꝛ roboretur: ꝛ hoc ē ꝯfirmatiōis ſacramētum. Et per aliud viuens ſpiritualiter in vita ſpirituali nutriatur perficiatur ꝛ conſeruetur. ꝛ hoc ſacramentum euchariſtie cuius ſuſceptione indiget viuens vita ſpirituali que eſt vita gratie ꝗꝫ diu eſt in ſtatu in quo illam poteſt amittere hoc ē toto tempore preſentis vite. hec Ricar. verbaliter. Quibus verbis patet ꝙ ad hoc ꝙ homo ſpiritualiter viuat tria ſunt ſibi neceſſaria. ¶ Primo potentia generatiua ꝛ hoc ſacramentum baptiſmi: ſine quo non generatur homo ſpiritualiter ſeu non poſſet habere vitam ſpiritualem dicente ſaluatore Nicodemo. Jo. tertio. Amen amē dico tibi: niſi qs renatus fuerit denuo nō poteſt videre regnū dei: dicit ad eum Nicodemus quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex nunquid poteſt in ventre matris ſue iterato introire ꝛ renaſci? et Reſpondit Jeſus. Amen amen dico tibi niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. qđ natum eſt ex carne caro eſt: et quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. hec ibi: Secundo vt ſpiritualiter homo viuat eſt ſibi neceſſaria virtus augmentatiua ſine qua nequaquam anima poſſet creſcere ita bene in virtutibus et gratia: ꝛ hoc eſt ſacramentum ꝯfirmationis. Que confirmatio habet augere gratias ꝛ dona chriſtiano. ſicut expreſſe habetur ter. de conſe. di.5. c. ſpiritus ſanctus. ꝛ. c. nouiſſime. ¶ Tertio deniqꝫ ad conſeruationem ſpiritualis eſſe chriſtiani: ꝛ ad conſeruationem augmēti. ipſius eſſe chriſtiani. videlꝫ gratia ꝛ virtutum neceſſaria eſt virtus nutritiua qua ꝯſeruetur ineē propterea conueniens fuit diuine ſapientie vt ſacramentum euchariſtie inſtitueret: quo mediante generati in baptiſmo ineſſe vite ſpiritualiſ ꝛ confirmati in cōfirmatione: in augmento gratiarum poſſent ſe in predictis conſeruare: quia aliter eſtus vitiorum ꝛ calor originalis concupiſcentie ſic agerent contra honorem noſtre deuotionis ꝛ gratiarum ſuſceptarum ꝙ anima ipſa debilitaretur ꝛ deficeret Et ideo ꝓpter hoc hic ſpiritualis cibus eſt anime ſumme neceſſarius: pro eo ꝙ illum effectum queꝫ habet cibꝰ ꝛ potus naturalis ad conſeruationem vite corporalis ꝛ hunc eundem habet hoc ſacramentum ad conſeruationem vite ſpiritualis ipſius anime. ¶ Secundo hoc ideꝫ probo ratione adimpletionis videlicet figurarum. fūdamentum rationis ponit philoſophus primo. poli. di. deus nihil facit ocioſum in natura ſed ſimpliciter propter finem exēplifica pro vt vis. Quo preſuppoſito certuꝫ ē ꝙ i veteri lege deus ſtatuit ſeu premiſit multas

figuras et iter ceteras vt habet erodi.12. de
dit preceptum de imolatione ꝛ cõmeſtione
agni paſchalis filijs hyſrael. Similiter vt ha
betur exo.16.ꝛ.17.eiſdem pluit manna de ce-
lo ad manducandum. peto ergo/quo fine pre
miſit ſupradictas figuras ꝛ certū eſt ꝙ ideo
premiſit vt poſt filij dei incarnationem quiſ
qꝫ fidelis ſub ſacramento manducaret ipſuꝫ
dei filium qui tanquam agnus ſpiritualis fi
gurabatur per agnum materialem de quo
Joan.baptiſta Joan.primo ait. Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi: quod ſi ſic
eſt ꝙ intentio chriſti qui deus et homo eſt:
omnino eſt vt ſuſcipiatur eius corpus: clarū
eſt ꝙ omnino oportet vt quiſqꝫ illud ſumat.
Quod ſi aliter vellet: fruſtra premiſiſſet figu
ras quod impoſſibile eſt: ꝛ propter hoc etiam
rumperet legem figurarum quod etiam im
poſſibile eſt: precipue cum dicat Mathe.5.
Non veni ſoluere legem ſed adimplere: no-
lite putare quoniam veni ſoluere legem aut
prophetas: amen quippe dico vobis donec
tranſeat celum ꝛ terra iota vnum aut vnus
apex non preteribit a lege donec omnia fiāt
¶ Tertio hoc idē probo ratione conſtitutio-
nis ſeu preceptionis. certum eſt enim ꝙ quiſ
qꝫ ſeruus tenetur in licitis ſuo principi obedi
re: a fortiori quiſqꝫ fidelis tenetur obedire p̄-
ceptis ꝛ conſtitutiōibus ſedis apoſtolice. Sꝫ
clarum eſt ꝙ ſedes apoſtolica precepit om-
nibꝰ diſcretiōe vtentibus extra de pe.ꝛ re.ca.
omnis vtriuſqꝫ ſexus. vt ſemel in anno com
municent: ergo non licet alicui per obedien-
tiam ſedis apoſtolice cõtraire. propter ꝙ gre
go.19.di.ca. Nulli fas. ait. Nulli fas eſt vel
velle vel poſſe tranſgredi apoſtolice ſedis pre
cepta nec noſtre diſpoſitionis miniſterium
quod veſtram oportet ſequi charitatem: ſit er
go ruine ſue dolore proſtratus quiſquis apo
ſtolicis voluerit contraire decretis. hec ille.
Item Calixtus papa.12.di.c. non decet. ait.
Nulli dubium eſt ꝙ apoſtolica eccleſia ma
ter eſt omniū eccleſiarum: a cuius vos regu-
la ꝛ obediētia nullatenꝰ cōuenit deuiare ſed ſi
cut filius dei venit facere voluntatem patris
ſic vos voluntatem implete veſtre matris q̄
eſt eccleſia. q̄cquid igitur ſine diſcretione iu
ſtitie contra ius ꝛ diſciplinam eccleſie actuꝫ
fuerit ratū habere nulla ratio permittit. hec
ille. Iteꝫ Gre. eadeꝫ diſtinc. ca. preceptis. di
cit. Preceptis apoſtolicis non dura ſuper-
bia reſiſtatis: ſꝫ p obediētiā q̄ a ſancta rōana
eccleſia ꝛ apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt ſa
lutifere impleantur: ſi eiuſdem ſancte dei ec
cleſie que eſt caput noſtrum communionem
habere deſideratis. hec ille. Item extra de
conſti.ca.canonum.precipitur. Canonū ſta
tuta ab omnibus cuſtodiātur ꝛ nemo in iudi
tijs eccleſiaſticis ſuo ſenſu ſed ſimpliciter eo
rum auctoritate ducatur. hec ibi. Similis ſe
tentia ibidem habetur.c.quoniam. Item ex-
tra de ma.ꝛ obe.c.ſiquis.grego. ait. Siquis
venit contra decretum epiſcopi ꝛ ſedis apo-
ſtolice ab eccleſia abiciatur. In lib. Regum
legitur.primi Regum.15. Qui nō obidierit
principi.glo.i.pape morte moriatur. Et ibidē
c.omnes. Clemens ait. Omnes principes ter
re ꝛ ceteros omnes epiſcopis obedire: et eo-
rum decretis Petrus precipit Et ibidem.c.
illud. Inno.tertius ait. Cum ſpiritualia ſint
tēporalibus digniora ꝛ obedientia melior ſit
q̄ꝫ victime ꝛ holocauſtum magis q̄ꝫ adipē
arietum offerre: non debet quis pro tempo-
rali cōmodo incurrere inobedientie notam
ꝛ apoſtolicis iuſſionibus contraire. Deniqꝫ
grego.8.q.i.c. Sciendum. ait. Si enim quaſi
peccatum ariolandi eſt repugnare ꝛ quaſi
ſcelus ydolatrie nolle acquieſcere ſola ē que
fidei meritum poſſidet obedientia ſine qua
quiſqꝫ infidelis eſſe conuincitur etiam ſi fide
lis eſſe videatur. hec ibi. Vltra preceptuꝫ ec
cleſie tenetur etiam quiſqꝫ ex precepto chri-
ſti hoc ſacramentum ſumere. Jo.6. dicentis
Niſi manducaueritis carnem filij hominis
ꝛc. Adeo eniꝫ hoc preceptum chriſti vnum-
quemqꝫ obligat preſuppoſito ꝙ ſit preceptuꝫ
ꝙ etiam ſi eccleſia contrariuꝫ preciperet nul
lus teneretur ſibi obedire: quin potius debe
ret quiſqꝫ et teneretur ſacramentū ſumere.
Sic enim dicitur actuum.5. Obedire ma-
gis oportet deo q̄ꝫ hominibus. Et extra. de
ſen.exco.c. Relatum. extra de voto.c.ex mul
ta.2.11.q.3.c.quiſquis plus deo q̄ꝫ homini de-
ferendum eſt. immo extra de reſti.ſpo.c.litte-
ris.dicitur. Obediendum non eſt in his que
ſunt contra deum ſed magis excōmunicatio
nem humiliter ſubſtinendum. Similis ſen-
tentia ponit.11.q.3.c.ſiqs epiſcopꝰ inī ꝛ duobꝰ
c.ſequentibus. Item.16.q.3.c.licet. Ex quo du
plici precepto patet qualiter quiſqꝫ de ne-

ceſſitate ſalutis tenetur hoc ſacramentum
deuote ſuſcipere. Si autē forte quereres qua
re deus non inſtituit hoc ſacramentum eſſe
ſumendum tempore legis nature: ⁊ tempo-
re legis ſcripture ſicut fecit tēpore legis gra-
tie. Reſ. ſm Ricca in quarto. di. 8. argu. i. q.
4. in ſolu. ſecundi argumenti. Et etiam ſm
tho. in quarto. di. 8. ar. 3. q. 2. ⁊ ar. 4. q. 2. ꝙ hoc
ſacramentum non debuit inſtitui tempore le
gis nature nec tempore legis ſcripture: ſʒ ſo-
lum tempore legis gratie. ſcilicet ꝑoſt eſum
ligni vetiti: quod tali ratione oſtendo. Sacra
mentum euchariſtie non potuit inſtitui an-
te verbum incarnatum. Sed verbum incar
natum non fuit ante aduentum chriſti in car
ne. Cum ergo primis parentibus ſtatim pec
cantibus verbum in carne miſſum non fue-
rit nec mitti debuerit ob errorem peccati cō
miſſi ergo ⁊c. Sed forte arguens in oppoſitū
tali ratione. exiſtente morbo ſtatim fuit neceſ
ſaria medicina: ſed medicina ſpiritualis in re
medium morbi proueniens eſt corpus chri-
ſti ergo ⁊c. Reſpondeo duobus modis. Pri
mo qꝛ duplex eſt meditina. ſcilicet ſpiritualis
⁊ alia ſacramenti euchariſtie. Prima au-
tem eſt penitentia ⁊ talis exiſtente morbo ſē
per neceſſaria fuit vel in actu vel in habitu.
Secunda ſcilicet ſacramenti euchariſtie non
potuit eſſe ante aduentum chriſti in carnem
Scdo Rn̄deo ꝙ medicina ſpūlis ꝯ peccatū
ē duplex. vna verbi dei. ⁊ iſta ſp̄ fuit. habuerat
enim ſēper verbum aliquod vel interne iſpi-
rationis vel doctrine exterioris vel ſpiritua-
lis conſolationis ſuſtentās eos in via. Ver-
bum autem incarnatum quod eſt viaticum
perducens ad patriā nō debuerunt hr̄e an̄ tē
pus proueniendi in patriā: qd̄ non fuit eis cō
ceſſū in peccati deteſtationē. ¶ Secundo di-
co ꝙ nō debuit inſtitui ſacramētū tēpore le-
gis ſcripte. ſ. moyſi qd̄ tali ratione oſtēdo. lex
amoris ⁊ lex timoris reſpectu eiuſdem non
cōpaciuntur ſe ſimul. Sed lex vetus erat lex
timoris. lex aūt noua. ſ. euangelij ē lex amoris
cum ergo euchariſtie ſacramentū ſit amoris
vel charitatis ergo. ⁊c. Sʒ forte argues in op
poſitū ſic: ſacr̄m euchariſtie eſt ſacr̄m amo
ris vel charitatis. Sʒ populus hyſrael fuit
deo dilectiſſimus. vnde dicit̄ exodi. 4. filius
meus primogenitus hyſrael ergo ⁊c. Reſ-
pondeo duob⁹ modis. Primo ꝙ fuit dilectiſ
ſim⁹ pro illo tp̄e ꝯpar̄atione alioꝝ populoꝝ
qui hydolis ſeruiebāt nō cōparatiōe noui te-
ſtamēti. de quo dr̄. j. pe. 2. Vos eſtis gens ſā
cta gen⁹ electū regale ſacerdotiū ⁊ ppl's acq
ſitionis. ¶ Secūdo dico ꝙ ppl's noui teſtamē
ti nō excludit̄ ab illo priuilegio amoris ratiōe
cui⁹ hyſrael primogenitus dicebat̄. ſ. ratiōe
ꝓmiſſe hereditatis. Immo ex hoc ē magis
dilect⁹ a deo eo ꝙ nō ē elect⁹ ad hereditatem
terrenā ⁊ temporalem vt populus hyſrael
ſʒ ad celeſtē ⁊ eťnā. ¶ Tertio dico ꝙ debuit i
ſtitui ſolū tēpore legis gratie. ſ. poſt aduētum
chriſti in carne ⁊ non ante vniri. rōe vʒ excel
lētie. Nā ſacr̄m euchariſtie pre ceteris pleni-
tudinē gratie continet: propter qd̄. i. q. i. c. mul
ti. dr̄ euchariſtia grece latine bona gr̄a inter-
pretatur. Sed certuʒ ē ꝙ tempus plenitudi-
nis grati e ab incarnatione xp̄i incepit ⁊ non
ante. vnde ⁊ Joan. primo dicitur. de plenitu-
dine eius gratie omnes accepimus: ergo per
ſupradicta oīa bene cōcluditur ꝙ non tem-
pore legis nature: nec tempore legis ſcriptu-
re. ſʒ ſolum tempore legis euangelice debuit
hoc ſacramentum inſtitui: ⁊ de ipſo ſumen-
do veris fidelibus preceptum dari. ¶ Quar-
to etiam probo ratione perfectionis ꝙ ſuſce-
ptio ſacramenti cuilibet adulto eſt neceſſaria
ad ſalutem. fundamentum rationis ponit bo
etius in ſuo libro topicorū di. Principia reꝝ
naturaliter ſunt ſuis effectibus perfectiora.
pʒ hec regula. Nā papa ⁊ ſi hāc pfectionē ha
bet ꝙ conſecrat epiſcopos. tamen eis non cō
municat auctoritateʒ cōſecrandi alios i epi
ſcopos. Similiter mare magis retinet apud
ſe de aqua quā cōmunicet ceteris fluminib⁹
hoc idem facit ſol in cōmunicationē lucis er
ga lunā ⁊ ſydera. Quo p̄ſuppoſito peto an q
lʒ dn̄s ⁊ dn̄a hn̄tes ſeruos ⁊ ſeruitrices ſeu
qlʒ tutor hn̄s pupillos tenent̄ hr̄e hāc pfectio
nē charitatis vt iducāt rōnabilr̄ q̄tū pn̄t fili
os ⁊ filias ⁊ ſeruos ⁊ ſeruitrices famulos ⁊
pupillos ſub pena peccati mortalis ad ſuſce-
ptionē huiu⁹ ſcr̄i. Et certū ē ꝙ ſic. ⁊ ratio eſt
qꝛ Mathe. 22. precipitur: vnicuiqʒ vt dili-
gat proximum ſuum ſicut ſeipſum. Quod ſi
cos ad hoc non inducunt faciendum: nequa
quam diligunt predictos proximos ſicut ſe-
ipſos cum non conſulant eos ad ſaluteʒ ani-
marum ſuarum. propterea eccleſiaſtici. 7. ſa-
piens ait. Filij tibi ſunt: erudias eos: ⁊ incur-

ua illos.ſ.ad ſuſcipiendum hoc ſacramentuꝫ. Accipite o parentes exemplum a beſtijs vt puta a canibus ab auibus ab aſina ꝛ ceteris que tantam habent curã vt filios ſuos corporaliter bene nutriant: ꝛ ſi illi habent curam de corpore:multo magis tu de anima filiorũ tuorum curam habere debes. Sed heu. Ecce ſm̃ Bernar.ꝙ ſi cadit aſinus in foueam: ſtatim paterfamilias ſubleuat eum:ſi autem filius eius cadit in foueam tranſgreſſiõis dominici ꝛ eccleſiaſtici precepti vt puta quãdo non confitentur nec cõmunicant:claudit oculos tacet nec ſubleuat eum per inductionem ꝛ correctionem. Ecce pater quia plus amas aſinum q̃ꝫ filium. Taceo de cura maria quã habes in nutriendo corpus filij tui.nam duꝫ tener eſt trahis eum per manus:tecum ducis amplectaris ꝛ obſcularis:dum vero magnꝰ eſt omnia diſpoſitionis erga eum vt tantum appareat coram mundo vno bello pezo de carne nec curas facere illum canonicum Abbatem doctorem armigerum comitẽ militem ꝛc.huiuſmodi. Que omnia ſibi facis ꝓ mondi honore ꝛ pro ſui corporis delectatione:ſꝫ de ſalute aie ſue nihil ꝓfecto queris ac ſi in totuꝫ eſſet animal irrationale. Hoc ideꝫ dico de medicis circa egrotos:quia ſi grauiter ſtant tenentur eos inducere ſub pena excõmunicationis ad ſuſceptionem ſacramentorum:ſicut expreſſe habetur textus extra de pe.ꝛ re.c.cum infirmitas. Et nota qḋ dixi ꝙ tales ſupradicti debent induci ꝛ nõ cogi:quoniam nihil poteſt eſſe bonum niſi ſit voluntarium:vt habetur.20.q.3.c.preſens. ꝛ inſup qr coacta ſeruitia deo non placent ſicut dicitur 20.q.j.c.Illud.23.q.6.c.iaꝫ vero.25.di.c. de iudeis. His p̃miſſis ſi ſupradicti tenent̃ ſupradictos inducere ad ſuſceptioneꝫ dominici ſacramenti:multo magis incomparabiliter tenetur habere hanc perfectionẽ charitatis erga ſeipſos precipue cum philoſophus .9.ethicorum dicat . Quod amicabilia que ſunt ad alterum prius inſunt amicabilibus que ſunt ad ſeipſum. Et Augu.libro de doc.chriſtiana dicit. Regulam diligendi proximum a ſeipo prius dilectio accepit. Sed heu quid dicam de illis qui non cõmunicãt:nec filios nec ſeruos ad cõionem inducunt:tales profecto duplex mortale comittunt. Quãplurimũ tamẽ accidit ꝙ filij ꝛ ſerui non cõmunicant: quia patres ꝛ dominos ꝯmunicare nõ vidẽt. Vnde .j.q.4.c.eccleſia.dicitur. Aliquando ꝓ meritis prelatorũ deprauatur vita ſubditoruꝫ vt p̃latis ſuis ſubditi fauẽtes ad malum cum illis ſimul corruũt:ſicut filij iſral diu peccata ſacerdotum portantes:tandem cum eis in manibus hoſtium ceciderũt.hec ibi. Et Innoc. tertius extra de voto ꝛ voti redemptione. c. magne.ait. Quod enim agitur a prelatis facile trahitur a ſubditis in exemplũ.hec ille. Talibus conuenit ꝙ Nico.papa allegans Gre. ij.q.3.c.precipue.ait. Scire p̃lati dbẽt quia ſi peruerſa perpetrant tot mortibus digni ſunt quot ad ſubditos ſuos perditiõis exẽpla trãſmittunt. Vnde neceſſe ẽ vt tãto cautius ſe cuſtodiant quãto per praua que faciunt non ſoli moriũt.hec ille. ¶ Quito hoc idẽ ꝓbo rõe argumẽtatiõis ꝙ.ſ.q̃ſqꝫ deuote dꝫ ſumẽ ſacramenta euchariſtie.peto ĝ an qs ſumeret cibũ materialeꝫ pro vitãda aliqua infirmitate grauiſſima ꝛ certum eſt ꝙ ſic:a fortiori quiſqꝫ tenetur ſumere ſacram euchariſtiam ne anima ſua ſpirituales infirmitates recipiat ꝛ diuerſimode letaliter vulneret. Nã.x.vulnera grauiſſima infligũtur anime euchariſtiam ſumẽ nolenti. Quorum ¶ Primũ dicitur vulnus offenſiõis. Scdꝫ dicit̃ vulnus mortificatiõis. Tertiũ dicit̃ vulnus priuationis. Quartũ dicit̃ vulnus ſcandalizatiõis. Quitum dicitur vulnus excõicatiõis. Sextum dicitur vulnus excluſionis. Septimum dicitur vulnus inabſolutionis. Octauũ dicitur vulnus ſepelitionis. Nonũ dicitur vulnus certificationis. Decimuꝫ dicitur vulnꝰ exorationis. ¶ Primũ vulnus quod infligitur anime ſacramentuꝫ cõtẽnenti dicitur offenſionis.vꝫ ſedis apoſtolice:cui non obedit. Nam talis cõmittit illud grauiſſimuꝫ peccatum inobedientie pro quo Adam ꝛ Eua expulſi fuerunt a paradiſo:ꝛ per cõſequẽs totũ munduꝫ contaminauerunt:de qua grauitate peccati inobedientie Grego.papa.8i. di.c.ſi qui ſunt preſbyteri .ait. Qui vero huic precepto ſaluberrimo obedire noluerit ydolatrie peccatuꝫ incurrunt. Samuele teſte inſtruente ¶ Peccatũ arriolãdi ẽ nõ obedire ꝛ ſcelus ydolatrie non acqeſcẽ.i.R.15. ¶ Peccatũ igitur paganitatis incurrit quiſqs dum chriſtianuꝫ ſe eſſe aſſerit ſedi apoſtolice obedire contẽnit h ille. ¶ Scdꝫ vlnꝰ qḋ ifligit̃ aie ſacrꝫ ꝯtẽnẽ

ti dicit̃ mortificatiōis. Nam talis anima ſpi
ritualiter moritur: quia ſicut corpus ſine ma
teriali cibo morit̃: ſic anima ſine cibo ſacra-
menti. Et ideo Ezech .18. dicit̃. Anima que
peccauerit ipſa morietur. Et glo. ſuper ver-
ba luc. 12. ignem veni mittere ⁊c̄. ait. Sicut aq̄
extinguit calorem ignis: ſic peccatum extin-
guit in anima feruorē diuine charitatis: quo
modo enim charitatem in ſe habet qui in ho
ſpitio anime non vult recipere ſuum ſaluato
rem. Jō Mat. 25. in iudicio dicet. hoſpes erā
⁊ non collegiſtis me. ¶ Tertium vulnus qđ
infligitur anime ſacramentuz contēnenti di
citur priuatiōis. certum eſt enim vt habetur
extra de etate ⁊ qualitate ordinandorum. c.
cum bone. ꝙ qui non obedit pape ⁊ ſedi apo
ſtolice: merito priuatur omni officio atq̄z be-
neficio: a fortiori ipſe chriſtus q̄ eſt iuſtior pa-
pe ⁊ ſede apoſtolica priuat contēnentem eu-
chariſtiam omnibus ſuis meritis. Sic enim
dicit̃ extra de re. iudi. in regula defleat. De-
fleat peccator q̄z offendens in vno factus eſt
omnium reus. Et eccleſiaſtes. 9. dicitur. qui
offendit in vno multa bona perdet. ¶ Quar
tum vulnus quod infligitur anime ſacramē
tum contēnenti dicitur ſcandalizationis: ta-
lis non communicans profecto ſcandalizat
omnes vicinos đ terra vel ciuitate ⁊ ideo tot
penas meretur quot perſonas ſcandalizat.
Sic enim dicit Jeroni. j. q. j. c. Si quoſcunq̄z
Quicunq̄z inquit vitam ſuam in ſcandaluz
populi inducunt: rei ſunt omnis infidelitatis
eorum qui ſcandalizant̃ hec ille. propterea ſal
uator Mat. 18. ait. Qui ſcandalizauerit vnuz
de pu. his qui in me credunt ⁊c̄. ⁊ ſubdit vhe
homini. illi ⁊c̄. ¶ Quintum vulnus quod in-
fligitur anime ſacramentum contēnenti di
citur excōmunicationis. Scḋm enim hoſtiē.
in. c. omnis vtriuſq̄z ſexus. de peni. ⁊ remi.
Siquis preſbyter habet parrochianuz nolen
tem communicare neq̄z confiteri. Primo il
lum arguat opportune. ſcilicet illum mundo.
Secundo importune. ſcilicet corripiendo ſu-
ſpendendo ⁊ interdicendo. Tertio autez cre-
ſcente contumatia debet excommunicari vel
ſuperiori denuntiari: ⁊ de hoc habetur expreſ
ſe tex. di. 18. c. decernimus. di. 34. c. quorundā
ij. q. 3. c. Si aūt. ⁊. c. ſe. 32. q. 5. c. pceptū. ¶ Sex-
tuz vulnus quod infligitur anime ſacramē
tum contēnenti dicitur excluſionis. Quicun-
q̄z non cōmunicat debet omnino ab eccleſia
excludi nec debet permitti ꝙ cum alijs fide-
libus eccleſiam ingrediatur pro miſſis vel of
ficijs audiendis. Vnde de peni. ⁊ remiſ. c. om
nis dicitur. Non cōmunicans viuens arcea
tur ab ingreſſu eccleſie. Similiter de conſe.
di. ſecunda. c. ſi quis intrat. dicitur. Qui auer
tit ſe a cōmunione talē decernimus ab eccle
ſia eſſe proijciendum. ¶ Septimum vulnus
quod infligitur anime ſacramentum contē-
nenti dicitur inabſolutionis. Quicunq̄z con
fitetur ſemel in anno prout iniungit eccleſia:
⁊ non proponit ſumere corpus chriſti admi-
nus ſemel in anno: talis confeſſio eſt inutilis
ad ſalutem niſi forte in caſibus licitis quādo
ſcilicet differtur ipſa cōmunio ꝓ rationabili
cauſa. ⁊ ratio eſt quia vtrunq̄z precipitur ſub
peccato mortali. Si igitur confiteris ⁊ cō-
municare non vis: diſponis te ad non obe-
diendum eccleſie et ſic remanes in mortali
peccato ⁊ abſolutio non valet ad ſalutem.
¶ Octauum vulnus quod infligitur anime
contēnenti ſacramentum dicitur ſepelitionis
Quicunq̄z non cōmunicant in paſcha ſi de-
cedunt ſine ſignis penitētie nequaq̄z debent
ſepeliri in eccleſia. Vnde in dicto. c. de peni.
⁊ remiſ. c. omnis. dicitur. ⁊ moriens careat ec
cleſiaſtica ſepultura. Quia enim tales vt be-
ſtie vixerunt: ideo ſepultura non ſacra ſed be
ſtiarum eis debet̃: propter qđ Jere. 22. dicitur
ſepultura aſini ſepelietur: ⁊ hoc ad eorum cu-
mulum dānationis pro vt habetur. 23. q̄one
ij. c. cum grauia. ⁊. c. quibus. ⁊ ratio quare nō
debēt ſepeliri eſt: quia. 13. queſtiōe. 2. c. non eſti
memus. dicitur. Deuote ſepulture officium:
bone fidei eſt teſtimonium. Et ideo ne clerici
⁊ ſeculares ſint falſi teſtes prohibentur ſub
pena peccati mortalis ne interſint eorum ſe
pulture ſicut habetur expreſſe extra de rapto
ribus. c. 2. Et quod plus ē ſi in loco ſacro ſe
pulti fuerunt tales: quicunq̄z cognoſcerit oſſa
eorum tenetur ſub pena peccati mortalis illa
exhumare ſicut expreſſe habetur tex. extra de
ſepultu. in. c. ſacris. Et ſi eccleſia vel cimiteri-
um erant conſecrata fuerunt violata: ⁊ ideo
oportet ea iterum reconſecrari ⁊ reconciliari
ſicut habetur extra de conſe. eccleſiarum. c. cō
ſuluiſti. ¶ Nonū vulnus quod infligitur ani
me ſacramentum contēnenti dicitur certifi-
catiōis. Quicūq̄z non cōmunicat habet cer-

titudinem de eterna morte:ſicut qui medici-
nam ſpernit certitudinem habet de corpora
li. Et hoc ſm Alexandrum de ales in.4.q2
talis in hoc ſacramento.4.bona excellentiſſi
ma contēnit Primo preſentiam ſaluatoris
Scdo memoriā humane redēptiōis. Tertio
abundantiā diuine charitatis. Quarto medi
cinam proprie infirmitatis. hec Alexander.
¶ Decimū & vltimū vuln⁹ qd̄ īfligitur aīe cō
temnenti ſacramentum dicitur exorationis.
Quicunq3 non cōmunicat ſi moriatur ſine
ſignis penitentie nullus poteſt pro eo publice
exorare:imo ſi quis publice pro ipo aut dicūt
miſſas & officium aut dicere facit vterq3 mor
taliter peccat cum ſit contra preceptum eccle
ſie.ſicut habetur expreſſē.de ſpon.c.ad audiē-
tiam. Et extra de ſta.monaco.c.j.&.c. cum ſu
per quodam.extra de ſepultu .c.ex pte paren
tum. Et extra de furtis.c.2. Item.13.q.2.c.pro
obeuntibus.c.non extimemus.&.c.de quibus
Et.23.q.5.c.placuit. Deniq3 extra de ſenten.
excōmuni.c.a nobis.ſcdo. Et.c.ſacris. dicitur
Quibus cōmunicamus in vita debem⁹ cō-
municare & in morte:ſed quibus non cōmu-
nicamus in vita nec i morte cōmunicare de
bemus.ſ.per ſuffragium orationum.ideo. J.
Jo.5.dicitur. Eſt peccatum ad mortem non
dico vt pro eo quis roget. Proinde in figu-
ra.Mat.ſecundo dicitur:vox in rama audi-
ta eſt. Et ſequitur quia non ſunt. Rama ex-
celſum interpretatur & ſignificat quando alte
cantatur miſſa vel officium pro ſic defuncto.
Rachel.aūt.i.eccleſia plorat & non vult con-
ſolari ideſt non acceptat orationes:& hoc q2
non ſunt ſcilicet in purgatorio vel in loco me
ritorio. Ex predictis igitur.5.rationibus pa-
tet qualiter quiſq3 dei neceſſitate ſalutis tene
tur ſaltem ſemel in anno eucharistiam deuo
te ſuſcipere. ¶ Quarto deniq3 hoc idem pro
bo figuris.primā figura3 habemus de agno
paſcali. Qui vt habetur Exo.12.debebat ex p̄
cepto a filijs iſrael ſemel in anno mādu cari:
& ſignificat. Quicūq3 vult eſſe verus chriſtia
nus ſaltem debet ſemel in anno chriſtu3 qui
agnus eſt vt habetur Joā. primo ſub ſacra-
mento ſuſcipere.propter q Inno.tertius in-
quibuſdam ſententijs ſic dicit. Neceſſario
quippe a nobis ſumendus eſt agnus vt a va
ſtāte angelo protegamur nec exire poſſimus
de egipto niſi celebrando phaſe paſcalē agnū
edamus.hec ille. Aliam figuram habemus
gen̄ ſeptimo.vbi legitur q tēpore diluuij nul
lus extra archam noe ſaluus fuit:ergo a ſimi
li nullus ſaluari poteſt niſi eccleſie dei coniū
gatur per ſuſceptionem dominici ſacramēti
Proinde Ma.22.ponitur de hoc ſimilitudo
vbi dicitur. Quod cū quidam rex p̄les inui-
taſſet ad nuptias filij ſui illi vero venire cō-
tēpſiſſent:& vltra hoc eius ſeruos occidiſſent
ſtati rex miſſis exercitibus ſuis perdidit oēs
homicidas illos & ſuccendit omnes ciuita-
tes eorum igni. Qua ſimilitudine datur intel
ligi q quicunq3 non accedit ad cenam agni
puidi.i. ad ſuſceptionē dominici ſacramti ad
quā ipſe chriſtus omnes inuitat Mat.ij.di.
venite ad me omnes q labo.& one.eſtis:& ego
re.vos.ſ.hoc ſacramento:perdet eos omnes
atq3 ſuccēdet in eterna3 gehēnam. Ex predi
ctis igitur auctoritatibus diſtinc. rationibus
atq3 figuris patet:etiam de realitate domini
ci ſacramenti ſua neceſſitas. Vbi oſtenſum
fuit q̄liter nullus adultus ſaluari pōt niſi de-
uote ſacram eucharistiā ſuſceperit. Rogem⁹
ergo dominū ieſum chriſtum vt nobis omni
bus cōcedat digne ipſu3 recipere. Qui ex in-
mēſitate amoris ſeipſum nobis in cibu3 pre-
ſtare dignatus eſt. Qui viuit & regnat deus
bñdictus p infinita ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria quarta poſt dn̄icam oliuarum. Ite3
de ſeptima excellentia ipſius ſacratiſſime fi-
dei:ſeu de realitate dominici ſacramenti.

Acepto pane
gratias egit & fregit & dedit eis
di.hoc eſt corpus meum qd̄ p
pro vobis tradet hoc facite in
meā cōmemorationem. Scri
buntur hec verba.luc.22.c.& in
paſſiōe occurrētis ferie. Declaratis duabus
primis cōcluſionibus dominici ſacramenti
ſpectabiles ciues v3 eius veritate atq3 neceſ-
ſitate:habeo in pn̄ti tertiā eius concluſionem
ſingulariter declarare que dicitur concluſio
ſpecialitatis. Cuius tertie cōcluſionis decla-
ratio talis erit.
¶ De tertia cōcluſione dominici ſacramenti
que dicitur concluſio ſpecialitatis.

Tertia igitur cõcluſio. de realitate dominici ſacramenti in ordine declaranda dicitur cõcluſio ſpecialitatis. Quãuis in precedenti ſermone oſtenſuz fuit ꝙ oẽs de neceſſitate ſalutis tenentur ſaltẽ ſemel in anno ſacram eucharistiam ſuſcipere. hoc intelligendũ ẽ ſimpliciter de his q habent dignam diſpoſitionem ad ſuſcipiẽdum tm̃ ſacramentuz. Quoniã igitur vt dicitur. 2. de anima actus actiuorum nequaꝙ̃ inſunt niſi in paciente ſeu ſubiecto bene diſpoſito. Hinc eſt ꝙ multi habent varias indiſpoſiciones huic ſacramento prorſus contrarias Et ideo intendo in ſpẽ de ipſis tractare oſtẽdendo ꝙ exiſtentes in tali ſtatu: debent omnino a perceptione ſacramenti ſe abſtinere: cuz digne non poſſint ſuſcipere eucharistiam ſicut dictum eſt. Vt igitur quiſqz ſciat ⁊ intelligat quot ſunt ſpecialiter illi qui nequaqz cõmunicare debent ſed prorſus cõmunio ẽ eis deneganda: concluſionaliter tenendum eſt ꝙ inter ceteros. 12. ſunt genera hominũ ⁊ perſonarum que ſucceſſiue ⁊ ſeriatiz inferius declarantur: qui nequaquã hoc ſacramentuz ſumẽ debẽt ſeu qbꝰ ẽ cõio omnino deneganda. ¶ De. 12. generibus perſonarum que debent omnino abſtinere a cõmunione.

Primum igitur genus hõiuz ⁊ perſonarũ quod digne cõicare non poteſt imo cui ẽ omnino cõmunio deneganda. ſunt omnes illi qui generaliter actu vł habitu ſeu propoſito ſunt in aliqua mortali culpa. Vnde regulariter nullus exiſtens in mortali culpa hoc ſacratiſſimum ſacramentuz ſumere debet. Quod quintuplr̃ probo. Primo auctoritatibus. Scḋo diſtinctionibus. Tertio rationibus. Quarto figuris. Quinto exemplis. ¶ Primo probo auctoritatibus ꝙ quiſqz debet eſſe mundus a mortabili culpa: aliter non debet preſumere tm̃ ſacramentuz ſuſcipere. Vnde apoſtolus prime ad cor. ij. dicit. probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat. ⁊c̃. Et ille. ſi. iudi. man. ⁊ bibit. glo. ac ſi chriſtum occideret punietur. Itẽ Aug. ſuper Jo. ait. Nullus ſpiritualiter chriſtum mãducat niſi qui innocẽtiam ad altare portat. Portet igitur vnuſquiqz mundã conſcientiam ad ſacramentum ne ſi inmũdam portauerit in eum ſathanas tanꝙ̃ alterũ Judam ingrediatur, hec ille. Item Mat. 7. ſaluator ait. Nõ ẽ bonũ dare ſanctũ. ſ. ſacramẽtuz canibus. i. eis qui viuũt vt canes: nec mittere margaritas ante porcos. i. ante eos qui viuunt vt porci. Item Alexander papa de cõſecra. di. 2. c. nihil. ait. Nihil in ſacrificijs maius poteſt eſſe ꝙ̃ corpus ⁊ ſanguis chriſti: nec vlla oblatio hac potior eſt ſed h̄ omnes precellit que pura conſcientia domino offerenda ẽ ⁊ pura mente ſumenda atqz ab omnibus venerãda: ⁊ ſicut potior eſt ceteris ita potius extolli ⁊ venerari debet. hec ille. Ex quibus auctoritatibus patet ꝙ nullus cum conſcientia peccati mortalis accedere debet ad ſumẽduz hoc ſacramentum. Scḋo hoc idem probo diſtinctionibus: ⁊ primo diſtinctione Ric. i. 4. di. 9. ar. 2. q. j. in cor. q. dicentis. Cum queritur an exiſtens in peccato mortali debeat ſacramentum ſuſcipere. Reſpondeo ꝙ non qr cũ nihil in ſacrificijs ſit precioſius hoc corpore debẽt pura mente venerari: ⁊ ideo volens accedere ad hoc ſacramentum debet examinare cõſciẽtiam ſuaz ſm̃ apoſtolum. j. cor. 12. ⁊ ſi videat ſe eẽ i peccato mortali. ſ. qr videt ſe nõ penitere de peccato mortali iam cõmiſſo vel eſſe in propoſito aliꝰ ꝯmittẽdi: ⁊ ſi in tali ſtatu homo ſuſcipit ſacramentuz mortaliter peccat propter irreuerentiã quam facit ſacramẽto ⁊ rei contente: ⁊ ẽt qr eſt eccleſiaſtici precepti tranſgreſſor. Ille etiam q ſm̃ rei veritatẽ nõ eſt in peccato mortali credit tm̃ eſſe: ſi cum tali cõſcientia hoc ſacramentuz ſuſcipit mortaliter peccat: qr eſt reuerentie ſacramẽto debite contemptor. Si autem non videt ſe eſſe in mortali peccato nec credit: ⁊ tamẽ eſt: aut hoc prouenit ex omiſſiõe debite diligentie in examinãdo cõſcientiam: ⁊ tunc dico ꝙ mortaliter peccat nõ tm̃ ita grauiter ſicut primus Aut nõ prouenit ex omiſſione debite diligentie in examinando conſcientiam quã tenetur homo adhibere: ſed qr homo de lege cõmuni certus eſſe nõ poteſt vtꝝ penitcat digne ſꝫ illud eccl'iaſtes. Nemo ſcit vtꝝ odio an amore dignus ſit eccleſiaſtes. 9. ⁊ ſic accedens in peccato mortali ad ſuſceptionem huius ſacramenti non peccat mortaliter ſed conſequitur remiſſionem latentis peccati. Aliter eniz quandocunqz homo hoc ſacramentum ſuſciperet: exponeret ſe periculo peccati mortalis quod falſum eſt. hec Ricar. verbaliter. Aliaz diſtĩctiõz põit Tho. i. 4. di. 9. ar. j. Et ẽt petrꝰ

de taraſi.ibidem circa.ſecundum problema. ar.p̄.d.Cum queritur inquiunt an mortaliter peccat qui ſacramentum ſuſcipit cū conſcientia peccati mortalis.reſpondemus q̄ ſic Nā habēs conſcientiā peccati mortalis qđ non dimittere proponit peccat mortaliter dupliciter.ſ.corpus chriſti ſumēdo ⁊ non ſumendo. Primo peccat nō ſumendo tēpore ab eccleſia conſtituto eo q̄ eſt inobediens precepto pape. Secundo peccat ſic accedens ad ſumendum eo q̄ talis indigne accedit Nō q̄ peccat ex eo q̄ facit quod papa mandat ad quod tenetur:quia nullus cum facit ad quod tenetur non peccat. Sed talis ideo mortaliter peccat q̄ malo modo cōmunicat nec in ſuper peccat cōmunicans cū conſcientia peccati mortalis q̄ res ſit mala quam recipit ſ3 q̄ ille malus male recipit qđ ē ex ſe optimū. ſcilicet corpus chriſti.vnde cum corpus chriſti ſit de maximis bonis:nullus peccat q̄ re bona vtitur ſ3 q̄ malo modo ea vtitur ſicut virtutibus que ſunt de maxime bonis aliqs male vtitur non q̄ actus eliciendo ſit malū ſ3 de eis ſuperbiendo ⁊ gloriādo.veruntamē talis manente propoſito peccādi minus ⁊ leuius peccat corpus chriſti non ſumendo q̄3 ſumendo:⁊ ratio eſt q̄ illud quod eſt malum ſm ſe ē maius malum q̄3 illud quod malum q̄ prohibitum. Modo igitur ſic eſt q̄ ſumere corpus chriſti cum conſciētia peccati mortalis eſt ſimpliciter ſm ſe malum.non ſumere autem in feſto paſche non ē ſm ſe malum ſed ſolum q̄ hoc eſt contra preceptum eccleſie:vnde prius debet ſe quiſq3 ex cōmunicari permittere q̄3 cum peccandi propoſito corpus chriſti velle ſuſcipere.hec tho.⁊ Petrus Aliam deniq3 diſti.ponit. Ricar.in.4.di.9. ar.3.q.i.in cor.q.di.Cum queritur an exiſtenti in peccato ſacerdos peccat dando ſibi ſacramentum. Reſpondeo q̄ ille quē ſacerdos ſit eſſe in peccato mortali:aut nō petit eucharīſtiam ſibi dari:⁊ tunc diſtinguo q̄ aut ſuū peccatum mortale ē occultum aut manifeſtū Si manifeſtum tunc ſacerdos ſibi dando eucharīſtia3 peccaret quia contra ipſum habet exceptionem quam ſibi publice obicere pōt ⁊ accipio hoc manifeſtum pro omni eo quod probari poteſt quod magis proprie dicit manifeſtabile q̄3 manifeſtum. Vnde ſi ſacerdos ſciret parochianum ſuum eſſe in crimine qđ contra eum poſſet probari legittime ita q̄ illud crimen neſcirent cum ipſo niſi duo veteres teſtes:per quos hoc probare poſſet: nō propter hoc deberet eucharīſtiam negare illi in publico petenti q̄ iam inferret ſibi penā ante criminis probationem quod fieri non debet. ii.q.3.c.corum. Sed accipio hic manifeſtum pro notorio. Eſt autem peccatum notorium vel per ſniam vel per confeſſionem factam in iure aut euidentiam rei que tergiuerſatione aliqua celari non poteſt.extra de coha.mulierū.c.vl. Si autem peccatu3 ſuum eſt occultum aut petit in occulto:⁊ tunc ſacerdos ſibi dando peccaret:quia habet contra eum legittimam exceptionem quam ſibi in occulto obicere poteſt:⁊ ipſum debet monere ne petat in publico vt habetur de conſe. di.2.ne prohibeat.aut petit in publico ⁊ tunc ſacerdos ſibi dare tenetur quia contra eum non habet legittimā exceptione3 quam ei in publico obicere poteſt.extra de offi.ordi. Si ſacerdos. Et infra in ſolu. vlti.argumenti ſb iungit di. Caueat tamen ſacerdos ne ſic petenti in manifeſto det hoſtiam non conſecrata3 ſimulans ſibi dare corpus chriſti:quia ſi hoc faceret grauiſſime peccaret. daret enim ſibi ⁊ populo occaſionem hydolatrandi quātum in ſe eſſet. Ex predictis diſt.patet qualiter nullus exiſtens in peccato mortali accedere debet ad hoc ſacramentu3. Tertio hoc idem probo.quinq3 rationibus. Primo ratione augumentationis. Secundo ratione profectionis. Tertio ratione argumentationis. Quarto ratione comparationis. Quinto ratione incurſionis. ¶ Primo probo ratione augumentatiōis.ſ.peccati Nam communicans in mortali augmentat peccatum ſuum nouum.ſcilicet peccatum cōmittendo Fundamentum rationis ponit.tho.lib.tertio contra gentiles.allegans quandam ſententiam cōmentatoris in lib.de ſubſtantia orbis ⁊ di.corruptis potentijs earum obiecta eis plurimum ſunt nociua. patet hec regula in oculo. Na3 ſi potentia viſiua egra fuerit clarum eſt q̄ viſio aeris ⁊ ſolis que primo erāt ſibi delectabilia dicēte ſalomōe eccleſiaſtici ii. Dulce lumē ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem ſibi fiet nociua ad videndum pro eo q̄ potentiā viſiuā contriſtant ⁊ magis debilitant. Simil'r potentia guſtatiua cui⁹ cibus

pꝛius erat delectabilis: ſi infirmet̃ ⁊ detur ei
optimus cibus:ſtatim auget ſibi triſtitiam ⁊
doloꝛem. Que duo confirmans Auguſti. ait
pallato egroto pena eſt panis:qui ſano eſt ſua
uis:⁊ oculis egris odioſa eſt lux:que ſanis eſt
amabilis.h̄ ille. Cui concoꝛdās Jo. oſ auri. d̄
conſe. di. 5. c. nihil. ait. Nihil ſic iocundum eſt
ſicut cibus bene digeſtus aut decoctus:ni-
hil ſic ſalutem nihil ſic ſenſus acumē opera-
tur:nihil ſic egritudinē.fugat ſicut moderata
refectio. Sufficiētia quippe cum nutrimēto ⁊
ſoſpitatē ſil̓ pꝛocreat ⁊ iocūditatez :abundan
tia vero ſuperflua moꝛbuz facit:moleſtias in
gerit ⁊ egritudines generat:quod enim facit
fames hoc ēt plenitudo ciboꝝ magis aut mł̓
to peioꝛa.fames quippe in paucis diebus au
fert hominē ⁊ liberat ex hac vita penali:exceſ
ſus vero ciboꝛum conſumit ⁊ conputreſcere
facit coꝛpus humanuz:⁊ macerat egritudine
diuturna:⁊ tūc cū moꝛte crudeli extiguit.hec
ille. Et Boe. pꝛoſa. 5. ſcd̄i libꝛi ſic ait. Si ꝙ
nature ſatis eſt replere indigentē velis.nihil
eſt ꝙ foꝛtune affluentiā petas:paucis eni mi
nimiſqꝫ natura contenta eſt:cuius ſatietatez
ſi ſuperfluis vrgere velis:aut in iocundū fiet
quod effuderis aut noxiuz. hec ille. Et eccle-
ſiaſtici. 37. di. In multis eſcis erit īfirmitas ⁊
auiditas appꝛopinquabit vſqꝫ ad colerā: pꝛo
pter crapulam multi perierunt:qui aūt abſti-
nens eſt addiciet vitam. Quo pꝛeſuppoſito ꝙ
ſcꝫ potentie coꝛrupte etiaꝫ pꝛopꝛiū obiectum
auget doloꝛem:certuz eſt ꝙ anima habet pꝛo
obiecto cibi ſui ⁊ potus ſpiritual̓ coꝛpus chꝛi
ſti: dn̄te ſaluatoꝛe Jo. 6. c. Caro. m. vere eſt ci
bus. ⁊. ſ. m. v. eſt. p. Si igitur anima ē ſpiritua
liter infirmata per peccatum:⁊ habet cibum
ſpiritualez.videlicet coꝛpus chꝛiſti ſuſcipit: cō
cluditur ꝙ a ſimili auget tali anime doloꝛem
⁊ infirmitatem:quia. ſ. addidit peccatum pec-
cato.quod egregie cōfirmans Criſo. omelia
5. ſuper Mat. dicit. Sc̄ coꝛpoꝛalis cibus cū
ventrem inuenerit aduerſis ꝯtrarijs vel inſe
ctis humoꝛibus occupatū:amplius ledit: ma
gis nocet:⁊ nullum pꝛeſtat auxilium:ita etiaꝫ
iſte cibus ſpiritualis ſi aliquem reperit mali-
gnitate polutum:magis eum perdit non ſua
natura ſed accipientis vitio.hec ille. Et Iſi-
doꝛus li. de ſūmo bo. ⁊ ponitur de conſecra.
di. 2. c. Qui ſcelerate inqt viuūt ī eccleſia dei
⁊ cōmunicare non deſinunt putantes ſe tali
cōmunione mundari:diſcant nihil ad emun

dationē pꝛoficere ſibi dicēte pꝛopheta. Quid
eſt ꝙ dilectus meus fecit ſcelera multa in do
mo mea:nūquid carnes ſcē auferēt a te ma
litias tuas:' Et apl̓s iqt. Pꝛobet ſeipm̄ hō ⁊
ſic de illo pane edat ⁊c̄. hec ille. Et de conſe.
d. 2. c. ꝙ diſcoꝛdat a chꝛiſto:nec mādücat car-
nē eius nec ſanguinez eius bibit:⁊ ſi tāte rei
ſacramentuz ad iudiciū ſue perditiōis quoti
die accipit. Et idem. c. qui mādücant. dicitur.
Qui accipit hoc miſterium charitatis ⁊ vni
tatis ⁊ non tenet vinculum pacis:non ſacra-
mētum accipit pꝛo ſe:ſed teſtimonium cōtra
ſe. Deniqꝫ eadem. di. c. ⁊ ſcā. dicitur. Et ſan-
cta malis poſſunt obeſſe:nā bonis ſūt ad ſa-
lutez:malis aūt ad iudiciū.vnde apl̓us. Qui
manducat ⁊ bibit indigne ⁊c̄.non qꝛ illa res
mala eſt ſed qꝛ malus male accipit quod bo-
nū eſt. Nō enim mala erat bucella que iude
a dn̄o data eſt. Saltez medicus dedit:ſed qꝛ
ille digne dedit ille indignus erat:accepit ad
perniticem.h̄ ibi. Si aūt quereres cur xp̄s coꝛ
pus ſuū ſanctiſſimum Jude tradidit quē iaꝫ
nouerat ꝓditoꝛem ⁊ per qd̄ ſciebat ipſum in
currere nouā culpam. Ad h̄ Reſpōdet Alex.
de ales in. 4. parte ſūme.in tractatu de ſacra
mēto. Et etiam Tho. in. 4. di. v. ꝙ hoc fuit cō
ueniēs triplici reſpectu. Pꝛio reſpectu ſue
ſapiētie. Scd̄o reſpectu ſue mīe. Tertio re
ſpectu ſue iuſtitie. ¶ Primo reſpectu ſue ſa-
piētie. Et h̄ duplici ratione.pꝛia eſt ꝑꝑ docu-
mentuz nr̄m vt. ſ. diſcamꝰ ⁊ nos bn̄ facere ini
cis noſtris.nam dn̄s carne ſua ꝓpꝛia Judā
ꝓditoꝛē cibauit:vt habetur. j. q. j. c. xp̄s ad qd̄
facit. i. q. j. c. aduerſitas.vt mēbꝛa ſua inſtrue-
ret ꝙ etiam inimicis bene facerent . Quod ⁊
Mat. 5. ꝑcipit di.bene facite his qui oderūt
vos. Et ꝓuer. 25. dicitur.ſi eſurierit inimicꝰ
tuus ciba illum:ſi ſitit potum da illi. Secun
da ratio.eſt pꝛopter exemplum. Nam ex hoc
exemplum dedit ꝙ ſacerdotes etiaꝫ peccato
ribus ſecretis ne eos ſcandalizent:debent in
publico ſacramentum conferre. ¶ Secundo
fuit ꝯueniens reſpectu ſue miſericoꝛdie ⁊ hoc
duplici ratiōe. Pꝛima eſt pꝛopter reuocatio
nem eius a malo.bene. n. debuit miſer ille ex
conſideratiōe diuine bonitatis q̄ maxime in
hoc apparuit ꝙ illi tradidit coꝛpus ſuū a ma
lo pꝛopoſito reuocari:⁊ virtute tanti ſacramē
ti melioꝛari: ſed ille ſponte auxit peccatum.
Unde debuit ſibi auxiſſe meritum. Secūda
ratio eſt pꝛopter pꝛomotionem in bono de-

buit enim fieri melior ex tribus. Primo ex timore diuine cōminationis que exprimitur Mat.26.vbe homini illi.&c. Secundo ex munere collationis ſacramenti gratie:nihil eniꝫ ſibi maius conferre poterat q̄ ſeipſuꝫ. ¶Tertio ex honore conformis diſpenſationis: magnum enim honorē exhibuit illi dominus diſpenſando corpus ſuuꝫ ei ſicut ceteris apoſtolis. ¶Tertio conueniens fuit reſpectu ſue iuſtitie:& hoc quantum ad duo que ei ſunt inflicta. Primum eſt augmentuꝫ culpe.exquo eni ꝓ tantū beneficium a malitia cōcepta ceſſare noluit:iuſto dei iuditio punitus eſt lapſu culpe grauioris.ſ.deſperatiōis. Nam Mat. 27.dicitur. Et abiens laqueo ſe ſuſpendit.ꝓpterea.apochalipſis vltimo dicit. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.glo.etiam quedam ad Roma.primo ait. Strictiſſimo dei iuditio fit vt peccata peccatis puniantur. ¶ Secunduꝫ eſt retributio ſue dānationis. Naꝫ ex ingratitudine tanti beneficij euidētior apparet diuina iuſtitia in dānatione eiuſdem. Secundo etiam probo ratione perfectionis.q.ſ.nullus ſuſcipere debet ſacramentum cuꝫ mortali culpa pro eo q̄ talis ſuſceptio nihil proficit ad diuinam gratiam acquirendā. Fundamētū rōis pōit philoſophus in.j.phiſicoꝝ di. Accidens nulluꝫ erit nec proderit ſubiecto non ꝑſiſtēte.patet.h̄ regula. Nam delectationes accidentales ſeu etiam infirmitates corporales que adueniūt corpori in comendendo bibendo dormiendo corpus onerando & huiuſmodi nequaq̄ haberi poſſent niſi corpus exiſteret in quo hec omnia fundantur. Quo preſuppoſito certū eſt q̄ ſicut anima eſt ſubiectū corporis:corpus vero eſt ſubiectum predictorum:ſic munditia & puritas anime obiectum quoddā ſunt gratie ſeu diuinaruꝫ gratiarum dicente Auguſt.lib.de verbis domini. Puritas ſic eſt ſubſtantia gratie ſic anima eſt ſubſtantia corporis. Quod ſi ſic eſt:ergo deficiēte ſubiecto diuine gratie qđ eſt puritas:ſeqtur neceſſario q̄ non habens puritatem anime:dato q̄ ſuſcipiat ſacramentum nihil ſuſſcipere poteſt de abundantia diuine gratie:ꝓpter q̄ de conſecra.di.4.c.nō poteſt. dicitur. Non poteſt quis vite celeſtis gratiam accipere niſi purgatꝰ fuerit ab omni ſorde peccati.hec ibi. Et ideo ſicut ſtultus diceret ille qui ſuſciperet medicinas valoris ipreciabilis que nihil ſanitatis in eo operaretur:mlto magis ſtultus dicendus eſt qui eucharistiaꝫ ſuſcipit que eſt infiniti valoris exquo nullaꝫ propter hoc gratiā ſuſcipere poteſt. Et confirmo iſtaꝫ rationem per ſimilitudinem ſic. Sicut enim alimentuꝫ corporale ſe habet ad vitaꝫ corporaleꝫ:ſic alimentuꝫ ſpirituale corporis chriſti ſe habet ad vitaꝫ anime ſpiritualem. Sed clarum eſt q̄ alimentum corporale ſoluꝫ prodeſt corpori viuenti & nō mortuo:quia ſi ponerentur in ore mortui omnes delicati cibi de mundo nihil ſibi proficerent ad augmentum vite eo q̄ in membris mortuis non eſt virtus digerendi:nec cibum in ſubſtantiam conuertendi:cum omni calore naturali penitus ſint priuata:ergo a ſimili alimentuꝫ ſpirituale quale eſt corpus chriſti ſolum prodeſt anime viuenti vita gratie:ſed non mortue per peccatum mortale quod occidit animā:ſicut dicitur apochalipſis.3. Nomē hēs q̄ viuas & mortuꝰ es. Et hoc ideo fit:quia talis anima ſpirituali calore ideſt diuino amore eſt priuata. Nōne ēt videmus q̄ membruꝫ a corpore preciſum nō poteſt participare aliquid de vita corporis: Et certum eſt q̄ ſic:ſed clarum eſt q̄ ſumens ſacramentum cū peccato eſt quoddam membrum preciſum a corpore & charitate fideliuꝫ ergo impoſſibile eſt q̄ etiam per ſuſceptionē ſacramenti poſſit aliquid participare de diuina gratia & de merito fidelium. Sicut enim dicitur de cōſe.di.4.c. Eccleſie vnitas & charitas nō diffūditur niſi in cordibus eorū qui participes ſui ſunt. Similis ſententia ponitur.23.q.7.c.quēadmoduꝫ. ¶Tertio hoc idē probo ratione argumentationis.clara eſt ſententia q̄ ſi quis obligatur facere minus:multo magis tenetur facere & fugere maius. Nā ſi ſiquis tenetur non percutere hominē: multo magis tenetur non occidere. Similiter:ſi quis tenetur habere curam de equo domini ſui:multo magis de domino. Quo preſuppoſito certum eſt q̄ quiſq; ſacerdos tenetur cōſeruare eccleſias & vaſcula in quibus conſecratur corpus chriſti & reponitur. Quod ſi ſic eſt:ergo a fortiori tenetur quiſq; habere animam mundā ab omni culpa mortali in qua recipit ſacramentaliter ipm veꝝ corpus chriſti. Et q̄ eccleſie vaſa in quibus ponitur & cōſecratur corpus chriſti debeāt eſſe munda:teſtatur Inno.tertius extra de cuſtodia eucariſtie.c.relinqui.di. Relinqui nolumus incorrectum q̄ quidam clerici eccleſias ſic expo-

nunt ſupellectibus proprijs ⁊ etiaꝫ alienis:vt potius domus laice ꝙ̄ dei baſilice videātur non conſiderantes ꝙ dominus non ſinebat vt vas transferetur per templum. Sunt ⁊ alij qui non ſolum eccleſias dimittunt immundas vel maculatas verū etiā vaſa miniſterij ⁊ veſtimenta miniſterioꝝ ac pallas altaris necnon ⁊ ipſa corporalia tam inmunda relinquunt ꝙ interdum aliquibus ſunt horrori Quia vero zelus nos' commedit domus dei ſimiliter prohibemus ne huiuſmodi ſuppellectilia in eccleſijs admittantur:niſi propter hoſtiles incurſus ⁊ incendia repentina:⁊ hoc ſic vt neceſſitate ceſſante:res in loca priſtina reportent:precipimus quoqꝫ vt oratoria corporalia vaſa ⁊ veſtimēta p̄dicta mūda omnino ⁊ nitida obſeruentur:nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere que dedecerent etiā in ꝓfanis.glo.i.in priuatorum veſtibus.hec ibi. Si igitur vt patꝫ corporalia ⁊ vaſa que in ſe non ſuſcipiunt niſi accidentia ꝯſecrata:debent eſſe nitida ⁊ ſine vlla inmūditia.Immo aliter nō debent admitti ad tāgendum predicta accidentia:multo magis ꝙ̄libet perſona que ſuſcipit non tantū accidentia ſed ipſum ſacratiſſimū chriſti corpus debet eē ab omni macula peccati purificata.pretermito ꝙ tu mulier ⁊ hō dedignaris camiſiam ⁊ brachas recipere niſi prius ab omni ſorde fuerit purificata.¶Quarto hoc idē ꝓbo ratione comparationis.quā rationem in forma queſtionis declaro.peto igiť quis grauiꝰ peccat: aut ſumens corpus chriſti in peccato mortali an chriſtum occidens queadmodum fecerunt iudei.Ad qđ reſpondēs Tho. in.4.di.9.ar.3.q.5.dicit.Cuꝫ queritur qs grauius peccet an chriſtum crucifigens an ipſuꝫ indigne ſub ſacramento ſuſcipiens. Reſpondeo tribus modis. Primo ꝙ peccatum indigne cōmunicantiū aſſimulatur ſeu comparatur peccato crucifigentium xp̄m inquantum vtrūqꝫ in chriſtum cōmittitur. Proinde ad hebre.vj.dicitur.Rurſus inſemetipſis crucifigentes filium dei ⁊ oſtentui habētes.Quod cōfirmās Ambroſius ſuper verba.j.cor.ij.qcūqꝫ manducauerit ⁊c.ait.Omnis qui chriſtum indigne manducat reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini.i.ac ſi chriſtum occiderit punietur.Scđo dico ꝙ peccatum occidētium chriſtum eſt maius vel grauius peccato indigne cōmunicantium:qꝛ illud peccatuꝫ eſt commiſſum in perſonaꝫ chriſti:hoc autē cōmittitur in chriſtum ſm̄ ꝙ eſt in ſacramento altaris.Tertio dico ꝙ peccatū indigne cōmunicantium eſt grauius peccato chriſtum occidentium:eo ꝙ hoc peccatum cōmittitur ſciēter ⁊ ex malitia ⁊ ex cōtēptu:que omnia peccatum aggrauant:peccatuꝫ autem predictorum eſt cōmiſſum ignoranter:que ignorātia ⁊ ſi non excuſat a toto:tamen excuſat a tāto. Adde ⁊ quartuꝫ.Nam indigne cōmunicās quia quātum eſt in ſe chriſtum glorioſū crucifigit. Econtra vero qꝛ iudei crucifixerūt mortalem:ideo grauius peccat eis. Proinde remigius in gloſa ſuper illud Mat.26.vhe illi per quem filius hominis tradetur:ſic ait.vhe tradentibus chriſtum ad crucifigendū:ſꝫ vhe magis cum maligna cōſcientia ſub ſacramēto ſumētibus illū:qꝛ ⁊ ſi nō tradūt iudeis ad crucifigendum:tradūt tñ illum mēbris inimici ad ſumendum.hec ibi.O igitur infelix peccator o infelix anima.o iniqua o crudeliſſime chriſtiane qui chriſtū dei filium denuo crucifigis:cuꝫ ipſuꝫ indigne ſuſcipis.ve tibi qꝛ melius tibi eſſet ꝙ natus nunꝙ̄ fuiſſes. Quantum grauiter etiam peccet per aliam ſimilitudinem patet.An non queſo grauiſſime peccaret qui corpus chriſti ſponte in ſtercus ⁊ lutum proijceret? clarum eſt ꝙ ſic: ⁊ ego dico ꝙ grauis peccat qui ſacramentum indigne ſuſcipit.Quod confirmans Ricar.in.4.di.9.articu.3.q.j.in ſecundo argumento.⁊ reſpōſiōe eiuſdē ſic ait. Vilior inqt res ē peccator inquātum peccator ꝙ̄ ſtercus ⁊ lutū. Si igiť grauiter peccaret q corpus chriſti ſcienter in lutū ꝓijceret:ergo multo grauius peccat qui ipſū ſuſcipit cū mortali peccato:⁊ rō eſt:qꝛ lutuꝫ corporale polluit illud qđ ſimplr̄ in ipſuꝫ proijcitur:ꝓut ſūt ſpēs conſecrate:ſed peccator recipiens corpus chriſti quātuꝫ eſt i ſe:nō tñ poluit ſpecies cōſecratas:ſed etiā ipꝫ ver corpus chriſti.h Ric. Qđ cōfirmās Gre.j.q.j.c.Multi.ait.Polluimꝰ itaqꝫ panē.i.corpꝰ xp̄i quādo idigne accedimus ad altare:⁊ fordidi mūduꝫ ſanguinem bibimus.h ille.⁊.j.q.i.c.ꝙ gdā.etiam dicit.Mali dicūt ſacrm̄ polluē ꝙ̄tū in eis ē cū polluti ꝑmanēt:⁊ iō ſicut bonis ſacramentum eſt ad premiū: ſic malis ad iuditium.h ille.¶Quinto hoc idē ꝓbo rōne incurſionis.Nullus dꝫ accedere indigne ad hoc ſacramentuꝫ.Quia ſi indigne hoc ſacramentuꝫ ſumit.triplicem penam incurrit.

Prima dicitur temporalis. Secunda dicitur ſpiritualis. Tertia eternalis. ¶ Prima pena quã indigne cõmunicans incurrit dicitur temporalis. Nam ſepius indigne cõmunicans faciente diuina iuſtitia corporalr̃ moritur ſeu abbreuiat ſuam tẽporalem vitã. Unde apoſtolus de qbuſdã .j.cor.ij. ait. Jdõ inter vos multi infirmi ſunt ⁊ inbecilles ⁊ dormiunt multi. glo. i. ppter hoc mortui ſũt. Et i li. paſcaſij dicit̃. Quicũq3 idigne cõicat niſi dei bonitas gladiũ ſuſpenderet: ſtatim ab angelis ad hoc poſitis perimerct̃. h ille. Et de talibus ꝓpha dicit. viri ſanguinũ ⁊ do. n. di. d. ſ. Et ſaluator Jo. 6. figuratiue dicit. pr̃es veſtri mãducauerũt mãna in deſerto: ⁊ mortui ſũt. Et nũeri. ij. dr̃. Quod cũ ppl's iſrl' eſſet in deſerto ⁊ murmuraret de mãna quod de celo pluebat illis dñs: deſiderãs carnes piſces cucumeros pepones cepe ⁊ alia: cũ miſiſſ3 dñs coturnices in caſtra eoꝝ: dũ carnes comederẽt: ſtatim furor dei ꝓpter indignationez comedẽtium fuit cõcitatus in ppl'm: ⁊ ſic pcuſſit cũ crudeli morte. pp qđ vocatus eſt locus ille ꝯcupiſcẽtie ſepultura. Si igit̃ deus idigne ſumentes mãna mãleſ carnes tẽporalr̃ occidit: qd credis ſit facturus his qui indigne corpus ſuũ ſuſcipiunt tanq3 carnes caſtronum? ¶ Scđa pena quã idigne cõicãs icurrit dicitur ſpũalis. Nam indigne cõmunicãs diabolum in ſe ſuſcipit q propter hoc maiorẽ poteſtatem habet in ipſo. ſ. retinendi eum in duritia cordis q3 antea habebat. Exemplũ habem⁹ de iudeis de q̃ Jo. iz. dicit̃. Quod poſt q3 bucellã ſuſcepit: ſtati3 in eũ ſathanas itroiuit. Proinde Aug. de cõſc. d. 2. c. ſicut Judas inquit. cui bucellã tradidit chriſtus: nõ maluz accipiẽdo ſed bonum male ſumendo locum prebuit diabolo: ſic idigne quiſq3 ſumẽs corpus chriſti. h ille. Immo plus dico q ſi crñs in mortali vnum diabolum in ſe habet: dum indigne cõmunicat: ſeptem demones in eo ingrediuntur: ſic enim dicit ſaluator luc. ij. Tũc vadit ille ſpiritus ⁊ ſecũ aſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe ⁊ ingreſſi habitant ibi ⁊ fiũt no. h. i. p. prioribus. ¶ Tertia pena quam indigne cõmunicans incurrit dicitur eternalis. Ultra predictas penas quicũq3 indigne cõmunicat: eternã penam promeretur: q2 grauiter offendit illũ qui eternus eſt. videlicet chriſtum dei filium ſm diuinitatem loquor. proinde leui. 7. figuratiue dicitur: anima poluta que ederit de carnibus pacificorum hoſtie q̃ oblata eſt domino peribit de populis ſuis idẽſt eicietur a ſaluandis ad dãnationez eterne mortis. Et profecto talis indigne cõmunicans eternam mortem digne meretur triplici reſpectu. Primo quia ficte ⁊ ſilr̃ate ſe oſtendit eſſe verum chriſti membrum: cũ totus tñ ſit falſus ⁊ ſimulat⁹. Jdeo talib⁹ Mat. 23. cõminat chriſtus di. vhe vobis hypochrite triſtes ⁊c̃. Secundo quia talis irreuerentiã horrendam atq3 contẽptum cõmittit contra tñ ſacramentũ. Tertio q2 tal' abutitur ſacramẽto quod inſtitutum eſt ad preſtandum gratiam ⁊ eternam gloriam. Ex predictis rationibus patet qualiter nulli exiſtenti in mortali culpa licet hoc ſacramentu3 ſuſcipere. Quarto hoc idem probo duabus figuris. Primã figura3 habemus. 2. R. 6. de oza. qui percuſſus fuit: eo q indigne archã dñi tetigit. ⁊ aſſignat Jeronĩ: q in nocte precedente iacuit cum vxore Si igitur ille percuſſus eſt qui iacuit cu3 vxore propria: qua percuſſione dignus erit qui iacuerit cum meretrice ⁊ vxore aliena. Si ille qui tetigit archam ligneaz percuſſus eſt: qua percuſſiõe eſt dignus qui indigne recipit carne3 dei veram. Si ille percuſſus eſt qui archã tetigit vt iuuaret ne pateretur ruinam: q̃ percuſſione dignus erit qui corpus chriſti ſumit ad proiiciendum eum in laternã. videlicet in cõſcientiam imundam ⁊ impudicam? Secũdam figuram habemus de bethzamitis. qui vt habetur Primi. R. 6. etia3 percuſſi ſunt: q2 archam dñi indigne ⁊ contra eius voluntatem viderũt. Quod ſi illi videndo archa3 tñ iudicium promeruerunt: quale iudicium ſuſcepturi ſunt qui corpus xpi indigne ſumunt. Nota tamen ſm Ricar. in. 4. di. 9. ar. 2. q. j. in ſolu. ſecũdi argu. q exiſtens in peccato mortali videndo corpus chriſti ⁊ aſpiciẽdo illud non peccat: quia propter hoc nullam facit irreuerentiam ſacramento. Immo ſm Alexan. in. 4. ei valde eſt fructuoſu3: q2 ſi peccator corpus chriſti inſpicit ea intẽtione qua eſt ab eccleſia inſtitutum: multiplex comodũ ſuſcipit tũ ex ponderatione charitatis ſaluatoris: tum ex ſubuentione beneficij repatiõis: tũ ex recordatione paſſiõis redemptoris. hec enim tria debet ⁊ iuſtus ⁊ peccator in corporis chriſti inſpectiõe recolere. ſcilicet quantũ fuit benefitium reparationis: quanta paſſio redemptoris. ⁊ quãta charitas ſaluatoris hec

Alexan. Adiūgit inſuper Ricar. vbi ſupra in ſolutione eiuſdem argumēti. q ſi qs erigeret hoſtiam conſecratā iacentē in terra cum timore ⁊ reuerentia: non exīnte pñte ſacerdote ſeu digniore ſe: non peccaret dato q eēt laic⁹ ⁊ eſſet in mortali culpa. Si tñ lz aſpicere ⁊ tāgere ſacrm̄ cum culpa: nunq̄ tñ lz ſuſcipere. Ex predictis igit̄ figuris patet etiam q nulli lz eucharistiam ſuſcipere cum mortali culpa.

¶ Quinto deniq̄ hoc idem probo exemplis duobus. Primū exemplū ponit Franci. de mayro. in quodam ſermone quē fecit de euchariſtia ſuſcipienda. Qui incipit pluit illis manna ⁊c. Ibi enim refert q ſacerdos quidam equitans tranſibat per ſiluam cū corpe Chriſti habens ſimul campanellam cū qua pulſabat ante corp⁹ Chriſti: quē latrones audientes ⁊ cum de remotis vidētes dixit vn⁹ ex illis: accipiamus ei equū: ad quē cū ceteri reſpondiſſent q non liceret cū corp⁹ Chriſti deferret: ille rñdit nolite timere: ego ſiſabo me infirmū ⁊ velle me cōicare: ⁊ tunc deſcēdens ipſe de equo vos equū deducetis ⁊ auferetis. Qui cum hoc feciſſet ſacerdoſq̄ deſcendiſſet: requiſiſſetq̄ an contritus ⁊ cōfeſſus cōicare vellet: aſſentiens ille ⁊ os pro ſuſcipiendo ſacro in quod tñ non credebat aperiens: ſtatim mortuus cecidit: ⁊ effectus ē niger veluti carbo mortuus. Qđ ceteri videntes compuncti equū ſacerdoti reddiderūt: et monaſterium quoddā intrauerunt: ſicq̄ oēs vitam ſuam cum magnis dei laudibus finierunt. Si ergo hoc iudicium ille ſuſcepit qui incredulus ⁊ indignus ſe cōicare volebat: q̄le iudicium ſunt ſuſcepturi qui indigne ⁊ ī mortali culpa totiens ſuſcipiunt ſacrm̄? ¶ Scđm exemplū accidit in ciuitate Aſiſij prout retulerunt mihi fratres ↄuent⁹ ⁊ illi de ciuitate Fuit q̄dam vſurarius ſemel in eadem aſiſij ciuitate: qui veniens ad mortē ſine vlla male ablator⁊ reſtitutione ſacrm̄ ſuſcepit. Qui ſtaſtim defunctus portatus fuit ad ſepeliendū a fratribus conuentus: qui poſuerūt eum in quodam ſepulchro nouo pro ipo condito: qđ eſt ante portam ſeu ingreſſum eccleſie ipſius conuentus: in qua corpus beati patris noſtri Franciſci vt creditur requieſcit itegrū. Quo ſepulto circa mediā noctem quidam demon in humana forma acceſſit ad ſacriſtam dormientē quē euigilans dixit. Ego ſum demō qui ex precepto dei in hac forma ad te veni: noli timere. Induere igitur te ſuppelicia⁊ et accipe calicem cum patena: ⁊ da mihi luminaria accenſa ⁊ veni mecū ſecure. Qui attonitus hec oīa fecit. Accedens autem demon cum eo ad ſepulturā predicti vſurarij ſolus p ſe reuoluit lapidē ab oſtio monumenti. Quo facto dixit ſacriſte: vt ſupponeret calicem ori illius vſurarij: qđ faciens cepit demon caput vſurarij per capillos ⁊ percutiens ipſum fortiter pugno clamauit fortiter. O traditor vſurarie ꝓhice ⁊ extra mitte verū corpus Chriſti quod indigne ſuſcepiſti: qui ſtatim reiecit corpus Chriſti in calice. Quo facto demon cū luminaribus accenſis preibat ante ſacriſtam reuerenter corpus Chriſti deferentem: ⁊ dū in ſacraſtia fuiſſēt dixit ſacriſte. Recōde tuo modo corpus Chriſti reuerenter ⁊ quieſce Tunc diabolus acceſſit ad ſepulturā ⁊ aſportauit corpus illud maledictum. Mane autē facto accedens ſacriſta cū fratribus qb⁹ oīa narrauerat ad ſepulturam illius vſurarij: eā vacuam cū lapide reuoluto inuenerunt: que ſepultura vſq̄ in hodiernum diem vacua remanet: quā ⁊ ego ipſe vacuam conſpexi. Relata retuli. Ex predictis auctoritatib⁹: diſtinctionibus: rōnibus: figuris: atq̄ exemplis p̄z qualiter nullus accedere debet ad ſuſcipiendum dñicum ſacrm̄ cum mortali culpa tam actuali q̄ habituali. Et per ↄñs patet de ſpecialitate realitatis dñici ſacri ꝑmum genus hominum quod cōicare nō debet: ⁊ cui cōio eſt omnino deneganda. Rogemus ergo clementiſſimum deum dñm noſtrum Jeſum Chriſtū: qui eſt purificator cordium ⁊ aiarū vt nos ab omni culpa purificet vt ſic digne ad ſacrm̄ accedamus. Cui ſemper ſit omnis laus ⁊ gloria in ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Feria q̄nta in cena dñi. Itez de ſeptima excellētia ipſius ſacratiſſime fidei: ſeu de realitate ſacramenti dominici.

c Um dilexiſſz ſuos qui erant in mundo: in finez dilexit eos: miniſtrādo ſcꝫ eis ſuum ſacratiſſimum corpus. Scribuntur hec verba Joan. 13. c. ⁊ in euangelio occurrēt̄ ferie. Poſtq̄ nobiliſſimi eiues de tertia concluſione dñici ſacramenti que dicit

ſpecialitatis.in qua prepoſita fuerunt.12.gnā hominuꝫ ſeu perſonaꝝ quibus cōmunicare non licet ſeu cōio dari. declaraui pͥmū genꝰ in quo oſtenſum fuit generalr̄ qualiter nullꝰ cuꝫ mortali culpa accedere debet ad ſuſcipiē dum ipſum dn̄icum ſacramentū. habeo ſiſr̄ in preſenti ſermone declarare vndecim gnā perſonaꝝ que ſuperfuerunt:ꝛ quibus cōmunio nequaꝗ debꝫ exhiberi :quorum declaratio talis erit.

Ꞇ De reliquis vndecim generibus pſonaꝝ que omnino debent a cōione abſtinere.

Secundū inſuper genus hominū ſeu perſonaꝝ que digne cōicare nō pn̄t. Immo qbus eſt oio cōio denegāda ſunt omnes illi qui de aliq̄ crimine notabilr̄ ſunt ſuſpecti. Quā veritatē ꝓbo per ſolā diſtinctionē Ric.in.4.diſt.9.arti.3.q.3. in cor. q.dicentis.Cuꝫ queritur inquit an ſacerdos debeat dare ſacramentuꝫ illis qui de aliquo crimine ſunt ſuſpecti. Reſpondeo ſicut dicit glo.ſuper.c.dixit dn̄s.32.q.j.q꞉ triplex eſt ſuſpicio. vꝫ temeraria probabilis ꝛ violenta. Suſpicio temeraria dicitur que prouenit ſin̄ aliquo argumento:vel que ex leui conectura ortum habet:ſeu que ex irrationabili cauſa conſurgit:cuiuſmodi eſt illa que conficta eſt rumoribus maledicoꝝ hoīꝫ ꝛ obtrectatorū xj.q.3.c.in cunctis. Et pro tali ſuſpitione cuꝫ ſit preſumptuoſa non debet dimittere ſacerdos eucariſtiam dare ſuſpecto ſi eam petat Probabilis aūt ſuſpitio dicit᷑ que ꝯſurgit ex probabilibꝰ ſignis:ꝓvt eſt ſi quis ſolus inueniretur loquens cū ſola tempore vel loco nō valde ſuſpectis:ꝛ ꝓpter hanc ſuſpitioneꝫ nō debet ſacerdos dimittere etiam dare euchariſtiam.ꝛ ratio eſt:quia pena non debet infligi vbi culpa ignoratur. ꝓinde.2.q.2.c. deus. dicit᷑. Mala audita nullū moueant:nec paſſim dicta abſqꝫ certa ꝓbatiōe quiſqꝫ credat Sed ante audita diligenter inquirat:nec precipitanter quid aliquis agat:ꝛ ita nullū an̄ veram iuſtamqꝫ probationem iudicare aut dānare debemus.hec ibi. Violenta vero ſuſpitio eſt que ſurgit ex preſumptionibus violentis:ſeu ad cuius contrariuꝫ non admittit᷑ probatio:prout eſt ſi inueniat᷑ ſuſpectus cum ſuſpecta:nudus cum nuda:ſolus cum ſola in eodem loco lecto ꝛ tempore ſuſpectis. Cōtra tales ſuſpectos iudicandū eſt: ſicut iudicaret᷑ de facto q꞉.ſ.interuenerit carnalis copula. vn̄ ſicut publice crimin oſo ſacerdos non debet dare euchariſtiaꝫ: ſic nec publice ſuſpecto de crimine modo predicto dari debet.ꝛ ratio ē: quia.ſi dare᷑ tali corpus Chriſti manifeſte ſuſpecto de crimine eſſet ſcandalū populo videnti ꝛ ſcienti q꞉ quiſqꝫ maxime ſacerdos vitare debet: ꝛ poſito q꞉ talis adhuc generalr̄ ſuſpectus de crimine conſcio ſacerdote eſſet bene contritus ꝛ confeſſus: adhuc ſacerdos non debet ei ſacramentum dare ſed magis conſulere q꞉ differat ſacr̄m ſumere per aliqꝺ tempꝰ quouſqꝫ populo eius penitētia ꝛ vera conuerſio innoteſcat. Sic enim dicit᷑ de pe. diſt.j.c.non ſufficit. Et.c.in actione. Scd̄m tn̄ iura conuincit᷑ homo quattuor modis de crimine.ſ.inſtrumentis:aut teſtibꝰ:vel facti euidentia:que tria ponunt᷑ ex.de coha.cle. ꝛ mu. c.tua.ꝛ.2.q.j.c.ſcelus. Aut etiam iuris interpretatione:vt qn̄ quis ſepe citatur ꝛ monet᷑ nec tn̄ ſe purgat nec comparet: hoc habetur 3.q.9.c.decreuimus.vbi ſic dicit᷑. Manifeſtū eſt confiteri de crimine eum qui indulto ꝛ totiens delegato iudicio purgandi ſe occaſione non vtitur:aut violenta ſuſpitione. hoc etiaꝫ nota᷑.2.q.j.c.j.in glo.h̄ Ric. quaſi verbaliter Et ſic ex predictis patet ſcd̄ꝫ genus hominū declarandū quibus cōio non debet dari.

Tertium genus hoīꝫ ſeu perſonaꝝ qui digne cōicare non poſſunt ſeu quibus eſt cōio oīo deneganda ſunt oēs illi qui non ſunt cōfeſſi. Quā veritatē ꝓbo ſingulariter p diſtinctionē Ric.in.4.di.9.ar.2.q.2.i cor.q.di.Cuꝫ queri᷑ vtrū ꝯtritus non ꝯfeſſus peccet mortaliter recipiendo ſacr̄m. Rn̄deo q꞉ cōtritus non ꝯfeſſus intelligi pōt duplr̄:aut de pctō veniali aut mortali. Primo mō ſuſcipiēdo ſacr̄m nō peccat mortalr̄:q꞉ de pctō veniali non eſt neceſſaria ꝯfeſſio:niſi qn̄ non habet pccm̄ mortale.tunc eni cū teneat᷑ ſemel i ãno ꝯfiteri: oꝫ q꞉ de venialibꝰ ꝯfitea᷑. Scd̄o mō diſtinguendū eſt:q꞉ aut hꝫ copiam ꝯfeſſoris idonei ꝛ tp̄s ſufficiēs ad ꝯfitendū ꝛ loquellā liberā aut non. Primo modo dico q꞉ ſuſcipiendo hoc ſacr̄m mortalr̄ peccat: q꞉ ad hoc q꞉ homo ſit dignus hoc ſacr̄m ſuſcipere requiritur q꞉ reconcilie᷑ deo ꝛ eccleſie:que reconciliatio fit per confeſſionē ꝛ abſolutionē. Jō Hgo lib.de ptāte ligandi ꝛ ſoluendi.c.7. ait Audacter dico q꞉ ſi ante ſacerdotis abſolutionem crimin oſus ad cōioneꝫ corporis xp̄i accedat:pro certo iudicium ſibi manducat ꝛ

bibit: etiam ſi eum ante iam multũ peniteat. hec ille. Scđo modo ſub diſtinguendum eſt qꝛ aut iminet ſcãdalũ perſone ſue niſi cõicet aut populi: aut qꝛ iam incepit myſteriũ ſacri ſcꝫ ſacerdos: ⁊ in quolibet iſtoꝝ triũ caſuum licitum eſt ſibi cõicare cũ ꝓpoſito cõfitendi. Si tñ non adeſt aliquis predictoꝝ caſuũ tenet̃ expectare quouſqꝫ habeat copiam ſacerdotis. h Ric. verbaliter. Ex qua etiã diſtinctione patet tertiũ genus hoĩuꝫ qui digne cõmunicare non pñt. ¶ Quartũ genus hoĩum ſeu perſonaꝝ qui digne cõicare non poſſunt aliter mortaliter peccarent ſunt oẽs illi qui vident ſuos curatos ſeu epõs a qbus debẽt cõionem ſuſcipere eſſe expreſſe in aliquo publico mortali peccato: vtputa fornicationis ⁊ hmõi. Quã veritatẽ omiſſis rõnibus breuitatis cã dupliciter ꝓbo: vꝫ per diſtinctioneꝫ ⁊ per auctes. Primo ꝓbo per diſtinctioneꝫ Ric. in. 4. di. 13. arti. j. q. 4. in cor. q. dicentis. Cum querit̃ vtrũ ſit licitũ hoĩ etiam cõtrito ⁊ confeſſo ſacramentũ ſuſcipere a publico ſacerdote peccatore. Reſpondeo ꝙ a publico peccatore: heretico: ſymoniaco: ſiſmatico. i. excõicato: non lꝫ hoc ſacramentũ ſuſcipere: qa predictis interdicta eſt diſpenſatio huius ſacramenti ex ſtatuto: qꝛ ſunt extra vnitatẽ eccleſie ipſius in qua ſacramenta ꝯferunt̃: nec etiã a publico fornicatore: qꝛ ꝓpter huius ſacramenti reuerentiã etiaꝫ illis interdicta eſt huius ſacri diſpenſatio. Maior tñ requirit̃ manifeſtatio criminis fornicatiõis ad hoc vt euitet̃ fornicator qꝫ ſymonie: aut ſciſmat: aut excõicationis ad hoc vt caueãt hoĩes hoc ſacramentũ recipere ab eis. Non enim debẽt vitare recipere ſacramentũ a fornicario niſi ſit conuictus ⁊ ꝯdẽnatus per rei euidentiam que tanta eſt ꝙ nulla põt tergiuerſatione celari. ex̃ de coha. cleri. ⁊ mulie. c. vlti. ⁊ c. veſtra. ⁊ ſic intelligitur illud decretũ diſt. 32. c. nullus Nullus miſſam audiat preſbyteri quem ſit concubinã indubitanter habere. Si autem queras vtrum licitum ſit homini hoc ſacrm̃ ſuſcipere a ſacerdore degradato: dico ꝙ non nec etiam ab irregulari ſi ſua irregularitas eſt notoria: nec etiam a ſuſpenſo a ſacerdotali officio ſi illa ſuſpenſio notoria eſt: quia qui ſcienter ſuſciperet hoc ſacramentũ contẽneret ſententiã eccleſie, qđ facere non lꝫ. h Ric. verbaliter. ¶ Scđo etiam ꝓbo per auctoritates ꝙ nullus debet a publico fornicario ſuſcipere ſacramentũ: ſed magis debet ſtare ſine ſuſceptione eiuſdem. Prima auctoritas eſt Alexan. pape di. 32. c. Preter hoc aũt. vbi di. Preter hoc auteꝫ precipiendo mãdamus: ꝙ nullus miſſam audiat preſbyteri quẽ ſcit cõcubinam indubitanter habere vel ſub introductam mulierẽ: vnde etiaꝫ ſancta ſynodus hoc caplm̃ ſub excõicatione ſtatuit dicens. Quicũqꝫ ſacerdotũ diaconoꝝ ſubdiaconorũ poſt conſtitutum bone memorie predeceſſoris noſtri ſancti Leonis pape, aut Nicolai đ caſtitate clericoꝝ concubinã palam duxit vel ductã ñ reliquerit ex parte oĩpotẽtis dei ⁊ auctoritate apoſtoloꝝ ꝑncipũ Petri ⁊ Pauli precipimus ⁊ omnino contradicimꝰ: vt miſſam non cantet. ſ. preſbyter: nec euangelium legat. ſ. diaconus: nec epiſtolam ad miſſam cantet. ſ. ſubdiaconus nec in preſbyterio cum his ad diuina officia. Qui prefate cõſtitutõi inobedientes fuerint: maneat neqꝫ partẽ ab eccleſia ſuſcipiant. hec ille. Scđa auctoritas eſt Greg. pape. 8i. diſtin. c. Si qui ſunt. dicẽtis. Si qui ſũt preſbyteri diaconi ſubdiaconi qui in crimine publico fornicationis iaceant interdicimus eis ex parte omnipotentis dei ⁊ ſancti Petri aucte introitum eccleſie vſqꝫ dũ peniteant ⁊ ſe emendent. Si qui vero in pctõ ſuo ꝑſeuerare maluerint: nullus veſtrũ preſumat audire officium eoꝝ ⁊ miſſas: quia bñdictio eoꝝ vertit̃ in maledictionẽ: ⁊ oratio in pctm̃: dicente dño per ꝓpham. Maledicã inquit maledictiõibus veſtris. qui vero huic ſaluberrimo precepto obedire noluerit: idolatrie incurrũt teſte ſamuele: qui ait. j. Reg. 15. Peccatũ inquit ariolandi eſt non obedire: ⁊ ſcelus idolatrie non acqeſcere. Pctm̃ igitur paganitatis incurrit qſqs dũ xpianũ ſe aſſerit ⁊ ſedi aplice obedire ꝯtẽnit. h ille. Tertia auctas eſt Greg. noni ex̃ de coha. cle. ⁊ mu. c. queſitũ. Queſitũ eſt inqt de clericis in fornicatõe ꝓlapſis ſi eoꝝ ſit offm̃ ꝑuſqꝫ peniteurit audiendũ. veꝝ ⁊ ſi quẽlibet ꝓ mortali peccato quo ad ſeipſuꝫ ꝯſtet eſſe ſuſpenſum: nõ dꝫ tñ in diuinis officijs euitari: qꝛ quãtũ ad alios in caſu ꝓpoſito ſuſpenſus non eſt niſi pctm̃ hmõi ſit notoriũ ꝑ ſñiam ſeu ꝯfeſſionẽ factã in iure: aut ꝑ euidentiã rei q̃ tergiuerſatione aliq̃ celari nõ poſſit. h ibi. Quarta deniqꝫ auctas eſt Inno. 3. ex̃ de coha. cle. ⁊ mu. c. vr̃a duxit deuotio. di. Alicubi. n. dr̃ nullꝰ audiat miſſaꝫ ſacerdotis quẽ ſcit concubinã in-

dubitanter habere. Alibi vero legitur. Non poteſt aliquis quãtũcũqꝫ polutus ſit diuina poluere ſacramenta que purgatoria cunctaꝝ cogitationum exiſtũt. qualiſcũqꝫ enim ſacerdos ſit que ſancta ſunt coinquinari non pñt. ſumite ergo ab omni ſacerdote myſteria xpi quia omnia in Chriſti fide purgant̃. Certum aliud eſt crimen notoriũ aliud occultũ. Notorium diffinitur: de quo preſbyter canonice condẽnatur. Occultum vero quod ab eccleſia tolleratur. Item aliud eſt a talium officijs abſtinere vt peccandi licentia ceteris auferatur ⁊ in huiuſmodi ad penitentie fructuꝫ trahatur: atqꝫ aliud ſi talium tanqꝫ in fornicatione iacentiũ miniſteria reſpuant̃. Sine dubitatione ita teneatis ꝙ a clericis ⁊ a preſbyteris quãqꝫ fornicarijs qꝫ diu tollerant̃: nec habent operis euidentiã licite diuina myſteria audiantur ⁊ alia recipiant̃ eccleſiaſtica ſacramẽta. h Innocentius. Ex predicta diſtinctione ⁊ auctoritatibus patet quartũ genus hominũ vel perſonaꝝ qui debent omnino a cõione abſtinere. ¶ Quintum genus hoïuꝫ vel perſonaꝝ qui digne cõicare non poſſunt ⁊ quibus omnino eſt cõmunio deneganda ſunt omnes illi qui ſunt amentes vel furioſi Quã veritatẽ probo per diſtinctionẽ Tho. i 4. diſt. 9. arti. 5. q. 3. ⁊ etiam Ricar. in. 4. diſt. 9. arti. 2. q. 3. in corpore. q. dicentis. Cum queritur an digne poſſint cõicari amentes ⁊ furioſi. Reſpondeo ꝙ tales ſunt in triplici ſtatu. Quidam enim ſunt amentes qui debilẽ menteꝫ habent ⁊ tñ ſunt dociles eoꝝ que ad fidem ⁊ deuotionẽ ſpectant: ⁊ talibus Chriſti corpus negari non debet. Quidam alij hñt lucida interualla in quibus dum apparẽt diſcretionis ⁊ deuotionis ſigna eiſdẽ dari dꝫ. Quidaꝫ vero alij a natiuitate ⁊ ſemper ſunt omnino iudicio rationis carentes: ⁊ talibus dari non debet. Addit etiam Ricar. vbi ſup Si furioſus inquit anteqꝫ intraret furiã hoc ſacramentũ petijt in debito ſtatu: ſibi poſtea in furia poteſt dari: niſi forte probabiliter timeatur ꝙ proiceret vel aliquã aliam irreuerentiam faceret ſacramento. h Ric. Addit tñ rationẽ quare amentibꝫ ⁊ furioſis non debeat omnino dari. Ad hoc inquit ꝙ ſacramentũ digne recipiat̃ exigit omnino vt ipſũ ſuſcipiens diligenter recogitet quid ſit illud quod accipit: ⁊ ſic reuerenter recipiat. Que duo cum non inueniantur in predictis propter hoc debet eis ſacramentum denegari. Ex qua diſtinctione etiam patet qntum genus hoïuꝫ vel perſonaꝝ quibus cõio debet denegari. ¶ Sextum genus hominum qui digne cõicare non poſſunt ⁊ quibus cõio eſt omnino deneganda ſunt omnes illi qui actu vel habitu ſunt alcatores vel luſores: ſeu qui ludũt ad cartas vel taxillos ⁊ huiuſmõi. Vbi nota ꝙ alcatores dicunt̃ illi qui luduꝫ alee vel taxilloꝝ in conſuetudinem ducunt: ⁊ inde quaſi ſuam vitam deducũt. tales enim cum non ſint in ſtatu ſaluandoꝝ nequaqꝫ cõmunicari debent ꝓpter multa ⁊ precipue ſꝫ Raiñ. ꝓpter nouem que in talibus attendũtur. Primũ eſt deſideriũ lucrandi: ecce cupiditas que radix eſt oïuꝫ maloꝝ. j. Thi. vltimo. ⁊ de qua Grego. 47. diſt. c. bonorum ait. Bonoꝝ auctori aliter placere non valemus niſi cupiditatẽ que radix eſt oïuꝫ malorum a nobis poſitus abſcidamus. Scdm eſt voluntas ſpoliandi ꝓximuꝫ: ecce rapina de qua Innocentius. 3. ex de reſtitu. ſpolia. c. ſepe contingit. ait. Aleis ⁊ taxillis clerici vel laici non ludant: nec ludentibus aſſiſtant: qa iniuſte detinere non multum differt quo ad ſalutem ab eo qd eſt alienum rapere. Tertium eſt vſura maxima. ſ. iz. pro. xj. acquirendo: ⁊ non ſolum in anno vel in menſe ſed in eadem die: prout habetur ex de exceſ. plato. c. inter dilectos. Quartũ eſt multiplicatio mendacioꝝ ⁊ periurioꝝ ſeu verboꝝ ocioſoꝝ atqꝫ vanoꝝ. Quintum eſt blaſſemia in deũ virginẽ ⁊ ſanctos: ecce hereſis. Sextum eſt fraus ſiue dolus. Septimũ eſt corruptio ꝓximorum confluentiũ ⁊ ludum inſpicientiuꝫ Octauum eſt ſcandalum bonoꝝ virorum. Nonum ⁊ vltimũ eſt contẽtus ꝓhibitiõis eccleſiaſtice que intelligit omne illud eſſe ꝓhibitum de quo nihil boni ſed totum mali egreditur. Adde ſi vis ⁊. 10. ꝙ eſt amiſſio tẽporis ⁊ bonoꝝ: que in illo tempore facere tenebantur. concordat Hoſtien. cum Ray. et addit alia ſeptem que ſunt. Furtum quia luſores freqũter inopia vrgente diſcant furari. Item violentia aliquotiens eni ad hoc vt aliqs laudat violenter detinere. Itẽ crimen falſi qd cõmittit̃ in falſis taxillis faciẽdis et ex certa ſcia cõmodandis ſiue locandis. Iteꝫ homicidiũ: quia de ludo veniunt ad verba: ex his ad verbera: tandeꝫ ad homicidia: ecce imiſericordia homicidia quibꝰ iudex ex offõ

ſuo occurrere debet. Item fraus ⁊ deceptio
q2 qui melius ſcit decipere melius credit lu-
dere. Item adulatio vñ dicūt hoīes pulcher
⁊ bonus luſor eſt dñs meus. Itē turpis ⁊ in
honeſta vita ꝓpter predicta peccata que ex lu
do cōiter ꝓueniunt: tales cōicari ꝓhibentur
Proinde de pe. di. 5. ille. i fine dr̄. Cohibeat
ſe preterea ab oib⁹ ludis atq3 ſpectaculis ſcḱi
qui prefatā vult conſeq grām remiſſionis. h
ibi. Ex qbus etiā patet ſextū genus omniu3
quibus cōio dari nec d3. Septimū genus
hoiu3 ſeu pſonaꝝ qui digne cōicare non pñt
et quibus cōio d3 oio denegari ſunt omnes
pueri non adulti qui diſcretiōe carent. Quā
veritatē ꝓbo ſolū per diſtinctionē Alexā. de
ales in. 4. in tractatu de eucariſtia. di. Cu3
querit an pueris debeat cōio dari. Rñdeo
ꝙ in pueris tria ꝯſideranda ſunt. v3 etas: di
ſcretio: atq3 deuotio. Primū deb3 ꝯſiderari
etas: ꝙ. ſ. puer vel puella habeāt ad minus. x.
vel. xij. annos: q2 cōiter diſcretio in his ānis
habeť. Scōm qḋ deb3 ꝯſiderari in pueris
eſt diſcretio: ꝙ. ſ. ſciant diſcernere cibū ſpiri-
tualem. i. ſacrm̄ a cibo corporali: nō tamē ꝙ
puer tunc diciť habere diſcretionē: qñ ē doli
capax: ſicut dicit glo. in. c. ois. ex̄ de peni. ⁊ re.
ſup verbo ānos diſcretionis. Doli capax eſt
qñ mortaliter peccare pōt: qḋ pōt euenire in
8. 7. 6. vel. 5. annis. ſm Hoſti. ſicut etiā eue-
nit puero. 5. annoꝝ quē diabolus extrarit a
brachijs patris: ſicut recitat Greg. in. 4. dia
logoꝝ. Et iſuper ex̄ de delic. pue. c. ꝑuis. grā-
diuſculis diciť in tex. ⁊ i glo. ꝙ in pdcā etate
peccare poſſūt ⁊ eſſe doli capaces. ⁊ ideo tūc
cum ſic diſcernūt ⁊ venenū peccati cōmittūt
inducendi ſunt ad cōionē: vt remediū ſumāt
contra morbū peccati: q2 de ꝯſe. di. 7. c. Ante
benedictionē. Ambroſius ait. Quicūq3 mā-
ducauerit hoc corpus fiet ei remiſſio petōꝝ.
glo. ſ. venialiū ⁊ mortaliū oblitoꝝ. Si autem
puer non h3 iudiciū in predictis ānis diſcer-
nendi inter ſacrm̄ ⁊ panem materialē: necꝗ̄3
cōicari debet nec ad cōionem induci. Cōtra
hoc tñ qdam greci faciunt qui irrationabiľr
etiam pueros ſine diſcretione cōicant. prout
dicit Tho. in. 4. di. 9. ar. 5. q. 4. Et ēt Dioni.
2. c. de eccleſiaſtica ierar. dicit ꝙ baptizatiſ da
ri debe ſacra cōio: vbi ipſe intelligit ſolu3 de
baptizatis adultis: nec obſtat illḋ Io. 6. Niſi
manducaueritis ⁊c. q2 ſm Aug. ad Bonifa.
papam. Tunc vnuſquiſq3 fideliſſime corpis
⁊ ſanguinis Chriſti ſpiritualiter fit particeps
qñ in baptiſmo mēbrū efficitur corporis xp̄i.
¶ Tertium qḋ debet ꝯſiderari in pueris eſt
deuotio mentis: q2 enim corpus Chriſti de-
uota ⁊ inflāmata mēte aſſumi debet: ideo ſi
puer careat hac deuotione etia3 ſi haberent
etatem ⁊ diſcretionē: nō debet eis cōio dari.
Ex qbus collige ꝙ ſi pueri carēt vno trium
predictoꝝ: v3 aut etate: aut diſcretione: aut de
uotione: cōicari nō debēt. Et ſic p3 ex pdictiſ
ſeptimū gen⁹ perſonaꝝ qbus cōio nō debet
dari. Octauū genus hoiu3 vel perſonaru3
qui digne cōicari non poſſunt: ⁊ qbus cōio ē
omnino deneganda ſunt omnes corizantes
ſeu rorizatrices. Quā veritatem probo per
Alexan. de ales in. 4. di. 16. dicente. Cu3 q̄riť
an coreatrices debeāt cōicari. Rñdeo ꝙ iter
coreatrices triplex eſt differentia. Quedam
enim ſunt qbus ex vſu caꝝ inoteſcūt malitia
que inde ꝓueniunt vel ꝓpa induſtria vel ex
perientia vel conſcia vel predicatiōe: ⁊ tamē
exercitium hmōi in ꝯſuetudine hñt: ⁊ cū ſuis
geſtibus ⁊ cantibus ſe ⁊ alios ad cōcupiſcen
tiam ſui vel alioꝝ libidinē ꝓuocant: ⁊ tales
dum in voluntate ⁊ ꝓpoſito hmōi exercēdi
peccata intentione pſeuerant non debēt ad
ſacrā cōionem accedere: q2 dū ſibi ⁊ alijs la
queos peccati mortalis voluntarie parant: ⁊
mortaľr peccat ⁊ in mortali culpa iugiter exi
ſtunt. Queda3 vero alie ſunt: que raro ⁊ q̄ſi
inuite ſe imiſcent ſupradictis coreis: ⁊ de ta-
libus nec audeo diffinire ꝙ peccent mortaľr
nec illas aſſecurare a petō mortali: cū ingera
tur ſe periculo aſſiſtendi ⁊ aſſociandi eas q̄ ꝓ
uocant alios ad libidinem. Nam vt dicitur
Eccleſi. 3. Qui amat periculū peribit in illo.
Si talibus tñ ꝯſcia dictaret ꝙ non irent ad
predictas coreas pro eo ꝙ valde ſunt prone
ad ꝯſenſum libidinis ex aſpectu iuuenum: ſi
tunc irent mortaľr peccarent: quia ꝯtra con
ſcientiam ad notabile periculū ſue dānatōis
ſe exponerent. ꝓpter qḋ. 28. q. j. c. omnes. §. ex
his. Et ex̄ de reſti. ſpo. c. litteras. diciť. Omne
qḋ fit contra ꝯſciam edificat ad gehēnam.
Quedā alie ſunt deniq3 que ignorantes pe-
riculum ex tali ludo alicui ꝓuenire: ⁊ ex pura
intentione ſolum cauſa alicuius ſolatij vel re
creationis ludunt ⁊ tales excuſanť a peccato
mortali niſi forte tale3 ludum ſeu coreas du

cant in continuā ꝯſuetudinē corizando.ſ.in
omni ſolēnitate ⁊ feſto iugiter per totā diem
quia tunc mortaliter peccant reſpectu ꝯtēꝰ
cum ibi cōiter non deficiat peccatum venia-
le reſpectu perditionis tanti temporis quod
debebat expendi in redēptoris gliam. Quod
confirmans Aug.25.diſt.c.vnum orariuꝫ.§.
criminis.ait. Nullum peccatum eſt adeo ve
niale quod non fiat criminale dū placet.glo.
i.per continuum conſenſum. Propterea de
tali materia ⁊ longa ꝯſuetudine.8.di.c.mala
dicit̄. Mala ꝯſuetudo non minus ꝙ̄ pnicio
ſa corruptela vitanda eſt. Pretermitto ꝙ
hodie quaſi omnes exercent has corcas re-
ſpectu libidinis aut mundane vanitatis: pp
qđ iudico quaſi impoſſibile ꝙ hodiernis tē-
poribus quis vadat ad tales choreas ⁊ non
mortaliter peccent: precipue cū Hieronymꝰ
in quadā omelia dicat. Nō credo viro ſi dic
ſe illeſum euaſiſſe a ſpectaculis talium: cum
Dauid electꝰ a dño ex eo ꝙ vidit Berſabee
lauantem ſe ad libidinē ꝓuocatus ſit.hec ille
Et Bernar.dicit. Cum mulieribus ⁊ iuueni
bus diu conuerſari ⁊ non peccare maius mi
raculum eſt ꝙ̄ mortuos ſuſcitare. h Alexan.
finaliter ex predictis etiam pꝫ octauum ge-
nus hominū ſeu pſonaꝝ quibus ſacramētū
eſt omnino denegandū. ¶ Nonū genus ho
minū ſeu pſonaꝝ qui digne cōicari nō poſ-
ſunt ſeu quibus cōio eſt oio deneganda ſunt
omnes precipue vſurarij publici qui alioruꝫ
bona iniuſte vſurpauerunt. Et ratio quare
non debent cōicari eſt: qꝛ excōicati ſūt a iure
ſicut cōiter notū eſt. Et ideo in ſumma ꝯfe.
li.2.ti.2.q.47.dr̄.ꝙ ſacerdotes ⁊ curati circa
vſurarios ſe debent habere reſpectu iuſtitie
ꝙ̄tū ad tria. Primo nō debent eos recipe
ad cōionem altaris. Scđo non debent re
cipere eoꝝ oblationem ne reddant eos ipeni
tentes. Tertio non debent eos admittere ſi
in hoc peccato deceſſerint ad xpianā ſepultu
ram.h ibi. Vltra tamen ꝑdicta dico ꝙ tales
non ſunt cōmunicandi.⁊ ratio eſt: quia eorū
confeſſio ⁊ penitentia ſine male ablatorum
ſatiſfactione falſa eſt. dicente Aug.14.q.6.c.
ſi res inquit. Si res aliena per quā peccatū
eſt reddi pōt ⁊ non redditur penitentia non
agitur ſed ſimulatur: ꝙ ſi veraciter agit̄ non
remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatuꝫ.
hec ille. Petrus autem de taren.in.4.di.9.
arti.3.dicit.ꝙ non tm̄ vſurarius cōmunicare
non debet: ſed nec etiam interdictus ⁊ ſuſpē
ſus: ⁊ etiā iuſte excōicatus: cuius ratio ē: qa
in talibus eſt defectus rei ſignificate.ſ. vnita
tis corporis miſtici. Excōmunicatus autem
iniuſte ꝙ̄uis non ſit indignus accedere ad h
ſacramentuꝫ: tm̄ ꝓpter obedientiam eccleſie
debet humiliter abſtinere. Ex predictis etiā
patet nonū genus hoiuꝫ cui non debet dari
cōio. Decimum genus perſonaꝝ ſeu hoiuꝫ
qui digne cōicare non poſſunt ſeu quibꝰ cō-
munio eſt denegāda: ſunt omnes ſe ornātes
mala ⁊ corrupta intentione: ꝓut ſunt ꝑcipue
mulieres que impudice ⁊ inhoneſte ſe ornāt
crinibus coloribꝰ veſtibus curioſis ⁊ hmōi.
non vt deo vel ſuis maritis in bono placeāt
neqꝫ vt ſtatus ſui condecētiam manu teneāt
ſed magis vt alios prouocent ad libidinem
⁊ ad ſui complacentiā vel concupiſcentiam.
Et ſi inde etiam aliquod malum non ſeque
retur: tm̄ quia ſibi ⁊ alijs offenſiōis laqueos
parant ad ſacram cōionem accedere nō de
bent. Nota tamen ꝙ talis mulier tripliciter
in ſuo ornatu mortaliter peccare poteſt ſm
Alexan.de ales in.2. Primo qñ portat talia
vana ornamenta etiā ſi eſſent ſuo ſtatui con
decentia reſpectu vane glorie: nam ſi tm̄ ei
placet illa gloria ⁊ fama: ꝙ pro ipa habenda
non curaret in mente ſua facere contra diui
na ⁊ eccleſiaſtica precepta lꝫ actualiter non
faceret ſemper mortaliter peccaret. ¶ Scđo
etiam qñ perſona ornat ſe reſpectu ꝓuocan
di alios ⁊ ſe ad libidineꝫ: dato ꝙ nullus aliꝰ
actus ſequeretur etiam mortaliter peccat.
¶ Tertio qñ mulier etiam non haberet duo
predicta. Si videret tamen aut crederet alr̄
sciret vel intelligeret ꝙ pro ſuis vanis ⁊ ſup
fluis ornamentis aliqui ſcandalizant̄ ſeu in
ruinam mortalis peccati inciderēt: ipa mor-
taliter peccaret: quia ſi dicitur ad Ro.3. Nō
ſunt facienda mala vt veniāt bona: a fortiori
non ſunt facienda mala vt ſequātur mala.
pretermitto ſuperbiam quā tales cōmuniter
habent cum ſtudeant totis viribus velle i ta
libus ornamentis omnes alias mulieres ſu
perare: propter quod ſancta ſinodus.21.q.4.
c.j.ait. Omne quippe quod non ꝓpter ne-
ceſſitatem ſuam: ſed ꝓpter venuſtatem acci-
pitur elationis habet calūniam: queadmadū
magnus ait Baſilius.hec ille. Ex quibꝰ etiā

patet decimum genus hominū cui cōio ē de
negāda. Undecimū gen⁹ hoīuꝫ ſeu pſonaꝝ
q digne cōmunicare nō poſſunt:ſeu quib⁹ cō
munio eſt denegāda ſunt omnes concubine
ſeu meretrices: q̄ actualiter cū cōcubinarijs
ſe ſupponunt ſeu in eorum domo habitant:
de quib⁹ Auguſtinus.23.q.4.c.Meretrices
ait. Meretrices ⁊ ad meretrices accedere:⁊
eas tenere prohibet dominus: quarum pu-
blice venalis ē turpitudo. Et ratio quare ta-
libus ſic ſtantibus non debet cōmunio dari
eſt ſm Thomā.in.4. diſtinc.9.articu.3.q.5.
quia ad hoc ꝙ aliquis digne cōmunicet oꝫ
ꝙ habeat duo. ¶ Primum eſt vt Chriſto cō
iūgatur per amorem:quod talis nequaq̄ʒ ha
bere poteſt:cum amorem dederit concubina
rio ſuo. Propter quod Hieronymus.32.q.
4.c.In eo fornicantur.ait. Hoc vnum ſcio
ꝙ qui poſt fidem Chriſti fornicatur violat tē
plum ⁊ amorem dei. ¶ Scdm eſt vt mens
cōmunicātis feratur in actu ad diuina:vnde
ſacerdos monet populum corda ſurſum ad
dominuꝫ leuare: quod nequaq̄ʒ talis facere
poteſt: quia per peccatum carnale mens hu
mana deprimitur vt ad ſupna ferri nō poſ-
ſit. Sed ponatur caſus ecce ꝙ aliquis ciuis
tenuit in domo vnam concubinam . nunc
vero deliberat eam amplius non cognoſcē.
di. Ego volo eam tenere in domo ſicut ſo-
rorem:⁊ ſic eſt vere intentio ſua: nunquid ta
li ⁊ etiaꝫ predicte mulieri debet cōmunio da
ri. Reſpondeo ꝙ non etiam eoꝝ ſi quiſq̄ʒ
haberet illam bonam voluntatem quā ha-
buit Magdalena in ſua conuerſione:niſi ad
inuicem prius ſeparentur.⁊ hoc duplici reſpe
ctu. Primo reſpectu mali exempli: nam
perſone que preterito cognouerunt tempore
ꝙ ſimul ſtantes ambo peccauerunt cuꝫ non
videant ſecreta cordis:iudicabunt ſicut pmo
ꝙ ſimul peccent:⁊ ſic erunt in continuo ſcan
dalo quod omnino remouere oportet per ſe
parationem vtriuſq̄ʒ ad h ꝙ digne quilibet
ipſorum ſacramentum recipere debeat:pro-
pterea ſaluator Luc.12.ait . Sint lumbi ve-
ſtri pre.⁊ lu.ar.i m.v.Q̄d exponens Greg.
in omelia ait . Lumbos.n. precin. cum car.
lu.per conti.coar.⁊ luc.quippe ar.i ma.te.Cū
per bona opera.p.noſtris lu.exēpla mon. Et
Matth.5.etiam ſaluator ait.Sic luc.lux ve.
co.ho. vt vi.bo.v.o. ⁊.g.p.v. qui in celis eſt.
Et apoſtolus.2.corin.8.ait. Prouidem⁹ eni
bona non ſo.co.d.ſed etiam coram omnib⁹
hominibus. ¶ Scdo non debet talibus cō-
munio dari reſpectu periculi:ſi tales ad inui
cem ſtant nec ſeparantur lꝫ habeant bonam
voluntatem:quia maximum periculum eis
imminet ne redeant iterum vbi ſupra.i.ad p̄
mas noctes. Sicut carbo iam extinctus ſi
ponatur apud carbonem accenſum : neceſſe
eſt ꝙ iterum reaccēdatur:ſic talibus oportet
ꝙ ſimilis caſus adueniat. Et ideo velle tenē
talem in domo eſt proprie tēptare deum: cū
nec etiam ſancti in hac vita hoc facere confi
derent. Proinde extra de cohabita. clerico.
⁊ mulie.c. Inhibendum . eccleſia precipit .
di. Inhibendum eſt vt nullus ſacerdos femi
nas de quibus mala ſuſpitio poteſt eſſe reti-
neat: ſed neq̄ʒ illas quas canones concedūt
matrem amitam ⁊ ſororem: quia inſtigante
diabolo etiam in illis ſcelus perpetratum re
peritur:aut etiam in eorundem pediſſequis
Sed ſi quas de his neceſſitatem habuerint
preſbyteri habeant in vico: aut in villa do-
muni longe a ſua conuerſatione: ⁊ ibi eis q̄
ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur.hec ibi. No
li ergo o curate cōionem talibus dare: etiaꝫ
ſi iurent ſe abſtinere: quia ſi ſic dabis tu cuꝫ
illis etiam mortaliter peccabis. Et hoc pre-
ſuppoſito publico ſcandalo . Ex predictis
igitur patet vndecimum genus hominū qui
bus cōmunio eſt denegāda. ¶ Duodecimū
⁊ vltimum genus hominum ſeu perſonarū
qui digne cōmunicare non poſſunt:ſunt viri
⁊ mulieres qui ante debitam ſacramenti ſu
ſceptionem matrimoniali coitu vſi ſunt .
Quam veritatem probo per diſtinc.Tho.in
3.parte ſumme.q.80.⁊ etiam ſententialiter
in.4.diſtinc.9.articu.2.q.4.di. Cum queri-
tur vtrum actus coitus matrimonialis cō-
munionem impediat. Reſpondeo ꝙ ad hoc
vt homo digne ad ſacramentuꝫ accedat tria
requiruntur. Primo requiritur munditia
conſcientie:que non niſi per peccatum mor-
tale tollitur. Scdo requiritur eleuatio mē
tis ad deum per actualem deuotionem: et
hoc interdum ſine peccato amittitur vt per
mentis hebitudinem vel occupationem aut
euagationem. Tertio requiritur munditia
corporalis vnde celebrantes vel etiā tractā-
tes aliquod ſacramentū ꝓpter reuerētiā la-
uant man⁹. Itaq̄ʒ p̄ ⁊ p̄ncipalr petm̄ ipedit.
Secūdo indeuotio ſeu hebitudo mentis.

Tertio corꝑalis immūditia. Hec autē tria
quandoqȝ occurrūt in coytu matrimoniali:
quandoqȝ duo: qñqȝ vnū tm̄. Et ſm hoc ꝑ-
ſona magis vel minꝰ a cōione impedit: ⁊ iō
eſt diſtinguendū. Nā ſi coytus cōiugalis ſit
ſine peccato: utputa quia fit cauſa ꝓlis ge-
nerande vel cauſa reddendi debitū cōionem
nō impedit. niſi forte propter immūdiciā cor
poralem: ſed magis propter notabilē mētis
diſtractionē hebitudinē vel indeuotionem.
In tali tn̄ caſu relinquēdi erūt ſm Grego.
ſuo iudicio. ſi vero in cōiugali coytu predña-
ta ē voluptas ⁊ libido ꝓhiberi debēt ab hoc
ſacr̄o. Que ſimul duo cōfirmat Grego. 33.
q. 4. c. vir cū propria. di. Nec hoc dicētes de
coytu culpā putamus eſſe cōiugiū: ſed qr ipa
licita admixtio ꝯiugis ſine voluptate carnis
fieri nō poteſt: ⁊ voluptas ipſa ſine culpa eē
nullatenus pōt: nō eniȝ de adulterio vel for-
nicatione: ſed de legitimo matrimonio ſuſce
ptus erat qui dicebat. Ecce eniȝ in iniqtati-
bus cōceptus ſum. Oportet itaqȝ legitimaȝ
carnis eſſe copulā: ut ſit cauſa ꝓlis nō vo-
luptatis: ⁊ carnis cōmixtio creandoꝝ libero
rū ſit gratia nō vitioꝝ ſatiſſactio. Si quis ve
ro cū ſua cōiuge non cupidine voluptatis ra
ptus: ſed ſolūmodo creandoꝝ liberoꝝ gratia
vtitur: iſte ꝑfecto de ſumendo dñici corpo-
ris ſanguiniſqȝ miſterio ſuo eſt iudicio relin
quendꝰ: qr a nobis prohiberi nō debet chri-
ſti corpꝰ accipere q in igne poſitus neſcit ar-
dere. Cum vero nō amor ꝓcreande ꝓlis: ſed
voluptas dñatur in opere cōmixtionis ha-
beant etiā cōiuges de cōmixtione quod de-
fleant. glo. qr. ſ. a cōione abſtinere debēt hoc
Greg. Omia ſupradicta cōfirmat Alex. in. 4.
ſententiaꝝ. di. 32. Addens ꝙ erigēs infirmi
tate ductus ſeu fragilitate liȝ moneri debe-
ant ne ad ſacrm̄ accedāt: ſi tn̄ oibus modis
ex deuotione ſe ingerit nō eſt ꝓhibendꝰ. glo.
etiā. c. ois hō. de cō. di. 2. di. ꝙ illud qd dr̄ ibi
de abſtinendo ab vxore ꝑ tres quattuor vel
quinqȝ vel ſex dies ante cōionem: conſiliuȝ
eſt nō preceptū: ⁊ hoc ꝑ ſupradictū ca. vir cū
propria. Sed certe ſanius iudico ꝙ ante cō-
munionē quiſqȝ ſaltē per tres vel quattuor
dies a coitu matrimoniali abſtineat: ut mēs
magis deuota ⁊ eleuata ad tantū ſacramen
tū poſſit inueniri. Sic eniȝ conciliū eliberta-
nū conſuluit de cōſe. di. 2. c. omnis hō. dicēs.
Omnis homo ad ſacram cōmunionē acce
dens a propria vxore abſtinere debet tribus
vel quattuor diebꝰ aut quinqȝ ſex vel ſeptem
Qd expſſius ſignificans Hiero. 33. q. 4. ca.
ſciatis. ait. Sciatis fratres kmi: quoniā qui-
cūqȝ vxori debitū reddit vacare non poteſt
orōni: nec de carnibus agni comedere debȝ
qr ſi panes propoſitionis ab his qui vxores
ſuas tetigerāt comedi non poterāt: q̄ȝto ma
gis panis ille qui de celo deſcēdit nō pōt ab
his qui cōiugalibus paulo ante adheſere cō
plexibus immolari atqȝ cōtingi. Non ꝙ nu
ptias cōdēnemus: ſed eo tempe quo carnes
agni. i. chriſti manducaturi ſumus vacare a
carnalibus opibus debeamus. hec Hiero.
Alex. autē vbi ſ addit ꝙ ſi alter coniugū in-
ueniat debitū reddere coactus ⁊ nō expete-
re: illi ſoli videtur cōcedenda cōmunio: eo ꝙ
inuitus debitū reddidit: alteri vero nō reſpe
ctu indeuotionis mētis: qr ſponte extorquet
debitū: quando nō eſt extorquendū. Conſtat
enim ꝙ alter illo tempe reddere debuit: ſi ꝓ
babiliter de alterius incōtinentia timuit im
pudicus tn̄ valde apparet ⁊ indeuotus q ſal
tem ꝑ aliqd tempus ante ſuſceptionē ſacra
menti a coytu nō abſtinet: poſt factā autē cō
munionē ſm Alexan. nō licet eo die debitū
exigere nec reddere: niſi cū difficultate: qd ta
men ſi fieret reſpectu generande ꝓlis vel fra
gilitatis dicit nō eſſe mortale. Ego autȝ cre
do ꝙ anima hoc agens male ſe haberet. et
diuina gratia arida remaneret ob tantā ir-
reuerentiā cum propter deuotionē ⁊ reuerē
tiam tanti ſacramenti non ſoluȝ a tali im-
munditia: ſȝ etiā a materiali cibo q̄ȝtū cōmo
de fieri poſſet abſtinere deberēt. prout habet
expreſſe tex. de cōſecra. di. 2. c. tribus gradibꝰ.
Et ſic ex predictis etiā patet. 12. genus homi
nū cui non debet cōmunio dari. Adde inſu-
per ſm Tho. in. 4. diſtin. 9. ar. 5. q. 3. ꝙ etiam
nō debet dari ſacramentū demoniacis: ma
xime ſi cōſtat ꝙ pro aliquo crimine a demo
ne torqueant. Si autē conſtat oppoſitū: non
eſt eis cōmunio deneganda. Adde inſuꝑ ꝙ
etiā hiſtriōibꝰ vel ioculatoribꝰ notorijs ⁊ ma
nifeſte infamibꝰ cōmunio nō debet dari ni-
ſi totaliter ad deū cōuertant dicente Cipria
no de cōſe. di. 2. c. Pro dilectione inquit tua
conſulendū me exiſtimaſti frater kme: quod
mihi videat de hiſtrione ⁊ mago illo q apud
vos cōſtitutus adhuc in arte ſue dedecore ꝑ-
ſeuerat: ⁊ magiſter ⁊ doctor nō erudiendorū

ſed perdendoꝛū pueroꝛū id quod male diſcit
ceteris inſinuat:an talibꝰ ſacra cōmunio cuʒ
ceteris xpianis debeat dari aut nobiſcū de-
beat cōmunicare. Puto nec maieſtati diui-
ne nec euangelice diſcipline cōgruere:ut pu-
doꝛ ⁊ honoꝛ eccleſie tam turpi ⁊ infami cōta
gione fedet̃.hec ille. Ex p̄dictis oibꝰ pꝫ: quali
ter ſunt.12.genera perſonaꝝ quibꝰ dominicū
ſacramentū eſt denegandū:⁊ per cōſequens
patet tertia cōcluſio de realitate dominici ſa
cramenti que dicit̃ ſpecialitatis. Et inſuper
patet ſeptima excellētia realitatis. Rogemꝰ
ergo oēs deuoto coꝛde beatiſſimā trinitateʒ
patrē.vꝫ filiū ⁊ ſpiritū.ſ. ut nobis oibus in ꝓ
ſenti vita concedat pure ⁊ ſimpliciter crede-
re veritatē dn̄ici ſacramenti: necnō ⁊ ipſum
dominicū ſacramentū digne ⁊ reuerenter ꝓ
ut debitū eſt ſuſcipere. Cui ſemꝑ ſit ois ho-
noꝛ laus ⁊ gloꝛia ꝑ eterna ⁊ immoꝛtalia ſe-
cula ſeculoꝛū. Amen. ¶ Baruthi oppidū qd̓
quondā multo maius fuiſſe ipa ruina docet
Miraculū grande quod ſupioꝛibꝰ ānis hoc
eſt.1456.anno cōtingit nō poſſum nō refer-
re. Preſertiʒ ꝙ ideʒ ꝑ noſtri oꝛdinis fratres
dn̄s operari dignatus ſit. Cū itaqꝫ veniſſet
iſtuc ex africa Barbarus quidā artis magi
ce gnarus:ſaracenū apud locū fratꝝ noſtroꝝ
habitantē conueniēs. Si vis inquit docebo
te quomō poſſis paruo laboꝛe locuplex ꝑpe-
tuo effici. Cui auri cupidiſſimꝰ ille reſpondit.
Equidē hoc maioꝛē in modū cupio ⁊ ut me
edoceo flagito. Dicit ei barbarus. In pene
trabilibꝰ domus tue ꝑmagnus latet theſau
rus: cuius ſi me participē eſſe velis mōſtra
bo tibi locū vbi effodias. Nec moꝛtitur.poſt
hoc ſaracenus quin magū continuo in do-
mū ſuam inducens. Iubet locū oſtendi ſibi:
quē cū ille deſignaſſet:ꝓtinus accito piſtoꝛe
quidā vicino ſuo ⁊ amico atqꝫ vxoꝛe humuʒ
exhaurire icipiūt. Cūqꝫ terrā vigiti fere cubi
tus defodiſſent repente exiliens ignis fumuſ
qꝫ teterrimus fodiētes ꝗꝫprimū ad ſe rapit
cōuoluitqꝫ miſeros ſuffocatqꝫ viuantes. At-
qꝫ exundās in omnē vicinaʒ fumus mox po
pulū ad huius rei ſpectaculū conuenire com
pellit. Qui digeſte exinde paululū fumo do-
mū ingrediūtur deſpicienteſqꝫ in locū defoſ
ſum pꝛe altitudine fouee ⁊ fumi atra caligi-
ne:nihil oino videre queunt:ſed audiunt cū-
cti veluti increpitanti frixoꝛio defunctoꝛū coꝛ
poꝛa aſſari:que foꝛmidantibus ceteris de fo
uea eximet̃ vnus eoꝛū intrepide temerarius
confido inquit me a pꝛopheta nullo iuuari.
Proinde ſuccinctū me funibus demittite.
Nec moꝛa circū ligatum hmōi funibus de-
mittūt in foueam. Vixqꝫ iam medius de-
ſcendeat cum pꝛotinus clamitare incipit di.
Eximite me hinc eximite quoniā totus incē
doꝛ ſubtrahenteſqꝫ eū reperiunt cruribus ac
pedibus exuſtum adeo quidē ut nec vſqꝫ in
diem vno pede curari potuerit. Vnde ⁊ nūc
vulgo pes vſtus vocat̃ ab omnibus. Ceteruꝫ
ſaracenoꝛū cadi hoc eſt eoꝛū pꝛeſul reʒ hanc
ſic obtigiſſe conſpiciens ⁊ ſarracenoꝛū nemi
nē poſt hac eſſe qui hanc foueam ingredi au
deat. Tandem ad noſtri oꝛdinis fratres au-
diente populo ſic ait di. Num ⁊ vos q chri-
ſti fideʒ oibus ſanctioꝛē putatis aggredimi-
ni.ut in huiꝰ ꝓphete veſtri nomine iſta moꝛ
tuoꝛū cadauera educatis. Cui ex fratribꝰ no-
ſtris Marcus laudenſ ⁊ Leonardus fauen
tinus cōtinuo reſpondent. In nomine chri-
ſti pꝛophete ⁊ dei noſtri hec ⁊ maioꝛa aggre
di non dubitamꝰ. Licet etſi quicꝗꝫ noxij acci
det id magis pꝛopter noſtra peccata ꝗꝫ chri-
ſti fidem veriſſimā obueniſſe credenduꝫ ſit.
Ecce inꝗꝫ pꝛeſto ſumꝰ ut in chriſti fide ac vir
tute iſta defunctoꝝ coꝛꝑa exhumamꝰ. Poſt
hoc cuncto populo rem hanc ſpectante ſub-
miſſa ſcala ⁊ ſignantes ſe ſigno crucis inde
foſſum locum quē aqua benedictionis aſper
ſerant cicius deſcendūt accenſo lumine. Et
ecce fouea in qua pꝛius ardens flāma exala
bat chriſti virtute quaſi vento roꝛis flante cō
pꝛeſſa flamma refrigerata eſt. Proinde fra
tres hi ſine vlla ignis fumiue moleſtia ligāt
funibus defunctoꝝ pedes ⁊ per gradus ſca-
le aſcendentes cunctis admirantibus atqꝫ
ſtupentibus nō tamen ad chriſti fidem con-
uertentibus heſerūt coꝛpoꝛa que ⁊ in mediū
afferentes petunt ut huius rei geſte gratia li
ceat ei de chriſti fide diſſere:quod renuentes
atqꝫ pꝛohibente Cadi veluti rem pꝛophanā
atqꝫ nephariā. Iſti hoc ingenti petō miracu
lo domū reuerſi ſunt. Illi in ſua perdita fide
obdurati permanētes defunctoꝛū funera cu
rauere. Sicut hec omnia accepi a mercatoꝛi
bus venetianis:qui rei huic dum gereretur
intererant. Et quidem ab hac domo in qua
tanti pꝛodigij res extitit. Quadraginta pene
paſſuū via eſt ad locum fratrū noſtroꝛū qui
ſancti Saluatoꝛis titulo pꝛenotat̃. ea videlꝫ

cauſa ꝙ fuerit quondã vulgatũ illud maxi-
mũ miraculum crucifixi lignei cuius ex late-
re a Judeis per illuſionẽ fidei noſtre trucu-
latiſſime pungeret. tantũ ſanguis proflue-
rit ꝙ pluriſima ſubiecta vaſa ex eo repleta ſint
Et hanc quoqȝ iuxta vrbem monſtrat̃ locus
in quo beatiſſimus Georgius martyr lan-
cea draconẽ tranſfixit a quo niſi modo regꝪ
filiam: ſed omnẽ prorſus ciuitatem liberauit
ab illius voraciſſima calamitate.

¶ Feria ſexta in paraſceue ſeu in die ve-
neris ſancta de octaua excellentia ipſius ſa-
cratiſſime fidei: que dicitur excellentia paſ-
ſibilitatis.

e E inclinato
capite tradidit ſpm̃. Scri-
buntur hec verba Joan. 19
ca. ⁊ in paſſione occurrẽtis
ferie. Poſtq̃ȝ amantiſſimi
ciues ſuperioribus diebus
ſufficienter ut vidiſtis ſeptimã excellentiã de
ſacratiſſima fide que dicta fuit excellẽtia rea
litatis declaraui. Reſtat ut in preſenti feria
mortis ⁊ paſſionis ſaluatoris dñi noſtri Je-
ſu xp̄i ſingulariter repreſentatiua: octauã ex
cellentiam ſacratiſſime fidei: que dicitur ex-
cellentia paſſibilitatis ſpecialiter declarem⁹
in qua ſinglariter myſteria ſacratiſſime paſ
ſionis ad memoriam noſtram reuocabim⁹.
Sine cuius memoria omnis noſtra redem
ptio per chriſti mortem facta nobis penitus
inutilis eſſet ad ſalutẽ: ꝙ autẽ tantũ paſſio-
nis atqȝ redemptionis myſterium de neceſ
ſitate ſalutis quiſqȝ teneatur ⁊ debeat pre-
ſertim hodierna die ad memoriam ſui cor-
dis reducere ⁊ reuocare tripliciter demon-
ſtro. Primo auctoritate. Secundo ratio-
ne. Tertio ſimilitudine. ¶ Primo demon
ſtro auctoritate paſcaſij de conſecratione di
ſtin. ſecunda capi. Iterat̃ quotidie. dicentis.
Licet chriſtus ſemel paſſus in carne ꝑ vnaȝ
eandemqȝ mortis paſſionem ſemel ſaluaue
rit totum munduȝ: ex qua morte reſurgens
ad vitam mors ei vltra non dominabitur.
tamen hoc ideo fecit: ut memoriam de ipſo
haberemus. Quapropter ſemper mors chri
ſti eſt per ſeculi vitam poſteris nuncianda ⁊
memoranda: ut diſcant qua charitate dile-
xit ſuos qui pro eis mori dignatus eſt. Cui
omnes vicem debemus rependere charita-
tis: quia ad hoc nos prior dilexit cuȝ eſſem⁹
gehenne filii ut diligeremus eũ a morte iam
liberati. hec ille. Accipe queſo ⁊ aliam aucto
ritatem Auguſti. de conſecratione diſtin. ſe-
cunda. capi. Semel chriſtus mortuus eſt pro
nobis iuſtus ꝓ iniuſtis: ⁊ ſcimus ⁊ certũ ha
bemus ⁊ ſpe immobili retinem⁹: quia chri-
ſtus reſurgens ex mortuis iam nõ moritur
mors illi vltra nõ dominabit̃: tamen ne ob-
liuiſcamur vnq̃ȝ quod ſemel factum eſt et in
memoria noſtra omni ãno fit: ideo paſca ce
lebratur: vnde anniuerſaria recordatio diei
huius repreſentat nobis quod olim factum
eſt: et ſic nos admonitos facit tanq̃ȝ videa-
mus preſentem dominuȝ in cruce. hec ille.
¶ Secundo etiaȝ demonſtro vnica ratione
videlȝ proprietatis. ꝙ ſcilicȝ neceſſe eſt cuili-
bet preſertim hodie mortem ⁊ paſſioneȝ do
mini noſtri ad memoriã reducere. Funda-
mentum huius rationis ponit philoſophus
in libro de proprietatibus rerũ dicens. Vbi
deſunt ſubſtãtie: deſunt ⁊ earũ proprietates:
patet hec regula. Si eniȝ alicui deeſt ſubſtã-
tia ignis vel arboris profecto illi etiam dee-
rit eorum proprietas que eſt calor ⁊ fructus.
Similiter ſi aliquis caret medicina: que eſt
cauſatiua alicuius ſanitatis profecto carebit
⁊ eius proprietate ſcilicȝ ſanitate. Quo pre-
ſuppoſito: certuȝ eſt ꝙ ſacratiſſima paſſio do
mini noſtri precipue habuit ⁊ habet tripli-
cem effectum ⁊ proprietatem videlicȝ remiſ
ſionis culpe: exhibitionis gratie: ⁊ donatio-
nis glorie. Nam paſſio chriſti remittit culpã
gratiã exhibet: ⁊ gloriaȝ donat. Primo qdẽ
remittit culpam. Vnde Apoc. pͥmo dicitur.
Dilexit nos ſcilicet xp̄us. ⁊ lauit nos a pec-
catis noſtris in ſanguine ſuo. ⁊ ad Romãos
tertio Apoſtolus ait. Mortuus eſt xp̄us pro
pter delicta noſtra: ⁊ reſurrexit propter iuſti-
ficationeȝ noſtrã. Et ad Hebreos nono ait.
Sine ſanguinis effuſione ſcilȝ chriſti non fit
remiſſio peccatorũ. Et ad Collo. ſecundo. ait
Conuiuificauit nos ſcilȝ pater celeſtis in fi-
lio donans nobis omnia delicta. ſcilȝ ꝑ eius
mortem. Et ad Hebreos. 9. etiam ait. San
guinis xp̄i qui per ſpiritũ ſanctum ſemetip-
ſum obtulit immaculatũ deo: mundauit con
ſcientiã noſtram ab operibus mortuis ſcilȝ

peccatis. Auguſtinus etiam libro de agone xpiano.ait. Fuſo ſanguine chriſti ſine culpa omniũ culparum cirographa quibus diabolo debitores eramus deleta ſunt. Item Levitici.decimoſeptimo.figuratiue dicit. Sanguis agni pro anime piaculo erit. Deniqꝫ Auguſtinus de conſecratione diſtin. quarta ca.filius ait. Filius dei carnem ſuſcepit: ⁊ penam mortis ſine culpa:ut in carne peccati ⁊ culpa ſolueret ⁊ pena.hec ibi. ¶ Secundo inſuper benedicta paſſio chriſti gratiam fidelibus exhibuit. Unde Joan.primo dicit. De plenitudine gratie eius omnes accepimus. Et Joannes Criſoſto. de conſecratione diſtin.quarta.capi.non poteſt.ait. Non poteſt quis gratiam celeſtis vite accipere:niſi purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per penitentie confeſſionem:per donum baptiſmi ſalutaris:⁊ per mortem ſaluatoris domini noſtri Jeſu chriſti : qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum.Amen.hec ibi. Item de conſecratione diſtin.quarta.ca.placuit.penultimo dicitur. Placuit ut qui cum dixerit gratiã dei qua iuſtificamur per mortẽ Jeſu chriſti domini noſtri ad ſolã remiſſionem peccatorũ valere que iam cõmiſſa ſunt:⁊ non etiaꝫ ad adiutoriũ venire ut non cõmittantur anathema ſit.hec ibi. ¶ Tertio paſſio chriſti donat eternam gratiam: que impediebatur ꝓpter originale peccatũ:poſt quod collocauit deus figuratiue cherubiꝫ ad portam paradiſi terreſtris:habentem gladium igneum ⁊ verſatilem ad cuſtodienduꝫ viam ligni vite.ut habetur Gẽñ. tertio. Unde ad Hebreos. io. apoſtolus ait. Habemus fiduciam introitũ ſanctorum per ſanguinem chriſti. Et ad Hebreos ſecundo.ait. Decebat enim eũ propter quem omnia ⁊ per quẽ facta ſunt omnia: ut multos filios in gloriam duceret per paſſionem auctoris ſalutis eorum. Et ad Hebre. quinto.ait. Filius dei didicit ex his que paſſus eſt obedientiã:⁊ conſummatus in mortem factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi cauſa ſalutis eterne. Ambroſius prout recitat magiſter ſententiarũ in tertio diſtin.i9. capi. Nunc igitur.ait. Tantũ fuit peccatum noſtrum ut nunq̃ ſaluari poſſemus niſi vnigenitus dei filius pro nobis debitorib⁹ mortis moreretur. Hoc eniꝫ figuratum fuit Numeri triceſimoquinto.vbi dicitur. Homicida manebit ibi.ſcilicꝫ in ciuitate refugij donec ſacerdos magnus qui oleo ſancto inunctus eſt moriatur:quo mortuo poterit in portam domus ſue introire. Quibus premiſſis concludo:ꝙ ex quo paſſio chriſti remittit culpam exhibet gratiam ⁊ donat gloriam: ſiqs non conuertit cor ſuum ad memoriam ſue paſſiõis impoſſibile erit omnino ꝙ talis recipiat eius proprietatẽ que eſt remiſſio culpe exhibitio gratie ⁊ donatio glorie. ¶ Tertio etiam demonſtro ſimilitudine. ꝙ ſcilicet quiſqꝫ tenetur ⁊ precipue hodie ad memoriam paſſionem ſui redemptoris reducere. Nam Matthei ſexto dicitur. Ubi eſt theſaurus tuus:ibi erit ⁊ cor tuum. Quod patet de vſurario qui cum inordinate diligat theſaurum mundanũ : iugiter die noctuqꝫ habet ad eum cor ſuum. Hoc idem facit philocaptus de aliqua. Similiter qui recipit aliquod beneficium iugiter recordatur de illo. Mulier autem cuius vir eſt defunctus ſepius de illo memoriaꝫ facit. ꝙ ſi predicte de predictis continuam memoriã habent multo magis quiſqꝫ fidelis debet iugiter ⁊ precipue hoc beneficium mortis ⁊ paſſionis noſtri redemptoris ad memoriam reuocare et cum Hieremia ne ingratus exiſtat Treno. tertio dicere. Memoria memor ero ⁊ tabeſcet in me anima mea. His omnibus premiſſis:quoniam maxima reprehenſione dignus haberetur vel cenſeretur predicator qͥ ſaltem ſemel in anno ad memoriam reduceret populis mortẽ ⁊ paſſionem ſui redemptoris: maximaqꝫ ingratitudine etiam populus argueretur niſi ſemel in anno omnibus mundanis occupationibus a ſe reiectis cordialiter ⁊ deuote miſterium mortis ⁊ paſſionis ſaluatoris ſui audire diſponẽt. Hinc eſt ꝙ cupiens ⁊ volens iuxta gratiam a domino mihi conceſſam hoc mane ſpiritualiter tractare de ſtupenda mirabili atqꝫ profundo miſterio ſacratiſſime amariſſime non ⁊ acerbiſſime paſſionis ⁊ mortis ſaluatoris angelica pretermiſſa ſalutatiõe que ad virginẽ conſuetudinarie fieri ſolet ſimul oẽs pro hodierna die ad ſanctiſſimã crucẽ q̃ tali die meruit ſuſtinere ipm regẽ celoꝝ ⁊ dñm recurremus ipſam genibus flexis ⁊ humiliato corde cum eccleſia ſalutando atqꝫ dicendo. O crux aue.ſpes vnica hoc paſſionis tẽ-

pore auge piis iuſtitiam reliq3 dona veniaꝫ amen. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iter vbi ſup̄. Supra que verba tria nobis hodie de ſacratiſſima paſſiōe noſtri redēpto ris myſteria ꝯtēplanda ꝓponunt̄. Quoruꝫ

¶ Primū dicitur myſterium neceſſitatis.

¶ Secōm dicitur myſterium acerbitatis.

¶ Tertium dicitur myſterium ſpecialitatis.

¶ De triplici myſterio ſacratiſſime paſſiōis vꝫ neceſſitatis: acerbitatis: ⁊ ſpecialitatis. Et p̄mo de p̄mo dicitur neceſſitatis.

Primū igit̄ myſteriū de ſacratiſſima paſſione ꝯtemplandū dicit̄ myſteriū neceſſitatis. Accipe fidelis ⁊ deuota aīa hanc veritatē indubitabilem ⁊ firmiter tene ꝙ nullus xp̄ianus pōt dici ver⁹ xp̄ian⁹ ⁊ eſſe verꝫ Chriſti membrū: niſi hodie ſingl'r ſentiat per cōpaſſionē in corde ſuo paſſioneꝫ dn̄i Jeſu Chriſti. Nec xp̄ianus dici poterit qui hodie cordialiter non lachrymabitur: nō flagellabitur: non crucifiget̄: ⁊ non moriatur cū dn̄o Jeſu. Ver⁹ eni ⁊ fidelis xp̄ian⁹ ſi mil le vitas hr̄et hodie ſingl'r ſi pbās eēt ꝓ xp̄i amore illas exponere d̄beret. Cū dn̄s Jeſus hodie in cruce vitam ſuā oīni vita mundi no biliorꝫ pro eius amore tradiderit. Dico igit̄ concluſionabiliter ꝙ nullus hodie ſentiens dolores ⁊ penas ⁊ mortē ſaluatoris ſui pote rit vere dici xp̄ianus: niſi cordialiter ⁊ ſen ſibiliter ſi pbās erit ſuſcipiat in aīa ſua eius mortem dolores atq3 acerbiſſimā paſſioneꝫ Et ꝙ quiſq3 verus ⁊ fidelis xp̄ianus teneat̄ hodie precipue ſil' cordialiter velle pati velle flagellari velle mori ⁊ crucifigi cum xp̄o ſeu cuꝫ dn̄o Jeſu. Quadrupliciter ꝓbo. Prio auctībus. Secdo rōnibus. Tertio ſilitudi nibus. Quarto exemplis. ¶ Primo ꝓbo auctībus. ꝙ quilibet verus xp̄ianus tenetur hodie in corde ſuo ꝑ cōpaſſionē i ſe paſſionē ⁊ mortem ſui ſaluatoris ſuſcipere. Prima igitur auctoritas inuitans ⁊ inducens vnū quēq3 ad ſic faciendum eſt ipſius ſaluatoris Mat.10. dicentis. Qui non accipit crucem ſuam. ſ. hodie ⁊ ſequit̄ me non eſt me dign⁹. Quaſi dicat cum crux dicat̄ a cruciatu: ⁊ ego hodie pro mundi ſalute a capite ad pedes ⁊ ecōuerſo totus ſum cruciatus: quicūq3 hodie per cōpaſſionē ⁊ charitatē in ſe non ſuſcipiet cruciatū meū: talis profecto nūq̄3 erit me di gnus. i. nūq̄3 dignus erit grā ⁊ glīa mea. Et idem ſaluator etiam Mat.16. ſic ait. Si qs vult venire poſt me. ſ. in vitam eternam: ab neget ſemetipſum oēs. ſ. mundi voluptates propter me ꝯtēnendo: ⁊ tollat crucem ſuam vꝫ me in cruce poſitū ⁊ morientē. Et ſubiun git di. Qui enim voluerit aīam ſuā ſaluā fa cere. ſ. per ꝯtēptū crucis mee: ꝑdet eam: q aūt perdiderit aīaꝫ ſuā ꝓpter me. i. ꝑ cōpaſſionē hodie afflixerit: inueniet eam. i. ſaluabit eam. Et Luc.9. ait. Si qs vult p⁹ me venire ab. ſ. ⁊ tol. cru. ſuā quottidie ⁊ ſequat̄ me. Et Luc. 14. ait. Qui non baiulat crucē ſuā ⁊ venit p⁹ me non pōt meus eſſe diſcipulus. vbi glo. ait Qui non ſentit penā' mortis xp̄i non ſentiet glīam de reſurrectōe xp̄i. Alia auctas ad h̄ inducēs ē Moyſi Leui.16. figuratiue dicēt' Anima que non fuerit afflicta in hac die pe ribit de pplo ſuo. glo. i. excludet̄ a pplo ſaluan do. Alia auctas eſt apl'i ad phili.2. di. Frēs hoc' enim ſentite in vobis qd̄ ⁊ in xp̄o Jeſu qui ⁊c. Humiliauit aūt ſemetipſum. ſ. patri propter noſ. f. o. v. ad mor. mor. aūt cru. h̄ ibi. Itē.1. Pe.4. c. dicit̄. Chriſto igit̄ paſſo i car ne ⁊ vos eadē cogita: ar. q2 qui paſſus eſt in carne deſijt a peccatis vt iam non hominuꝫ deſiderijs ſed volūtati dei qd̄ reliquū eſt in carne iuuat temporis. hec ibi. Item Exod. 25. figuratiue dicitur. Inſpice ⁊ fac ſm̄ ex ēplar qd̄ tibi in monte. ſ. caluarie monſtratuꝫ eſt. Et Jo.12. ſaluator ait. Si quis mihi mi niſtrat. ſ. per fidem: me ſequatur. ſ. per cruceꝫ ⁊ vbi ſum ego. ſ. in eterna gloria: illic ⁊ mini ſter meus erit. Item apoſtolus ad Ephe.5. ait. Eſtote imitatores dei ſicut filij cariſſimi ⁊ ambulate in dilectione ſicut ⁊ Chriſtus di lexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſuꝫ pro nobis ob lationem ⁊ hoſtiam deo in odorem ſuauita tis. hec ibi. Item Augu. xj. diſtin. c. eccleſia ſticarum. ait. Scriptura ſacra quoſlibet fide les veros ſalutifere crucis Chriſti ſignaculo docet tam corpore q̄3 corde inſigniri. hec ibi Itē.56. diſt. c. dominus noſter. Hieronym⁹ ait. Qualicūq3 modo naſcamur: ideo naſci mur vt Chriſti veſtigia imitemur: ⁊ ab ipſi⁹ corpore non ſeparemur: cuis per fideꝫ mem bra effecti ſumus. hec ille. Item.12. q.1. c. cle ricus. Idē Hieronim⁹ ait. Qui dn̄m vult poſſidere dꝫ cuꝫ ꝓpheta dicere. Pars mea

dn̄s:ꝛ nihil extra deū̄ habere poteſt.ꝙ ſi qͥ-
piam aliquid habuerit ꝑter dominū: ps ei⁹
nō erit dn̄s.verbi gratia. ſi aurū ſi argentuꝫ
ſi poſſeſſiones ſi variā ſuppelectile:cū iſtis ꝑ
tibus nō dignat̃ dn̄s fieri pars ei⁹. Si autē
ego ps dn̄i ſum ꝛ funiculus hereditatis ei⁹
non accipio tales ptes: ſed habens victuꝫ et
veſtitū his cōtentus ero:ꝛ nudā crucem nu-
dus ſequar.hec ibi. Ideꝫ quoqꝫ Hiero.12.q.
2.c.gloria epi.ait.Diues in iudea templū nō
crucē ſed mēſas lucernas turribula,patellas
ſiphos ꝛ mortariola auro fabricata habebat
tūc eniꝫ hec ꝓbant̃ a dn̄o:qn̄ ſacerdotes ho
ſtias imolabāt:ꝛ ſanguis pecudū erat remiſ
ſio peccatoꝝ. Nunc vero cū pauptateꝫ do-
mus ſue paup dn̄s dedicauerit: portem⁹ ei⁹
crucē ꝛ delitias lutū putemus.hec ille. Item
libro de diligendo deo.ait.Dedecus eſt ꝛ cō
tra rationē ꝙ dn̄s triſtet̃ ꝛ moriat̃ ſeru⁹ ve-
ro viuat ꝛ letet̃. Iteꝫ ꝑme Petri.2.dicit̃. In
hoc eniꝫ vocati eſtis: qꝛ xp̄us paſſus eſt pro
nobis vobis rc.ex. v.ſ.ve.eius. Iteꝫ Tren̄.3.
Hiere.in pſona xp̄i ait. Recordare paupta
tis mee abſcintij ꝛ fellis. Itē Tren̄. j.in pſo
na xp̄i ait.O vos.o.q.t.ꝑ vi.at.ꝛ vi.ſ.ꝑ intel-
lectū ꝛ cordis cōpaſſionē.ſi eſt do.ſ. ſicut do.
meus. Deniqꝫ Matth.xi. ſaluator ipſe dul-
citer oēs inuitat ut oēs hodie ꝑ cōpaſſioneꝫ
cordialiter cū ipſo moriant̃ ꝛ crucifigant̃. di.
O vos oēs qui la.et.o.c.ve.ad me.ꝛ ego refi
ciam vos:tollite iugū meū ſuꝑ vos.quaſi di
cat O popule meus O gens mea electa O
xp̄iani mei O filij ꝛ fideles q me multiplici
ter offendiſtis:peto ut hoc mane mihi detis
corda veſtra ꝑ cōpaſſionē:ꝛ aliquā lachrimā
amore meo effundat̃: et ego reficiaꝫ vos mi
ſericordia mea impendēdo vobis liberaliter
remiſſionē omniū peccatorū veſtroꝝ:nec nō
reficiam vos gratia mea ꝛ gloria mea. Ecce
fidelis anima cū q̄ꝫta dulcedine ꝛ cordis te-
neritudine te petit ut cōpatiaris ei. Quis igi
tur erit hodie tam inſenſibilis:tam obſtina-
tus ꝛ induratus:qui videat dn̄m ſuū:tam af
flictū ꝛ crucifixū:ꝛ nō moueat̃ ad lachrimas
ꝛ cōpaſſionem. Precipue cū Seneca in pro
uer.ſuis dicat. Paterna gl'ia nos reddit in
glorios:cum ab eius veſtigijs diſſimilitudie
nos reſoluimus. Ecce fidelis anima ꝙ iā ha
buiſti auctoritates:te hodie dulciter inuitan
tes ꝛ inducētes ad ſentiendū cordialiter pe-
nas ꝛ dolores tui redemptoris. ¶ Secundo
etiā probo qnqꝫ rationib⁹: ꝙ quilibet verus
xp̄ianus tenet̃ hodie per cōpaſſionē in corde
ſuo ſuſcipere penas dolores ꝛ mortē ſui ſal-
uatoris. Primo rōne coniūctionis. Se-
cundo rōne intentionis. Tertio rōne acqui
ſitionis. Quarto rōne transformationis.
Quinto rōne gratificationis. ¶ Primo ra
tione cōiunctionis. Fundamentū ratiōis po
nit phus primo de regimine ꝑn.di. Simul
coniūcta naturaliter gaudent ꝛ triſtantur de
eiſdē:patet hec regula. Nam qꝛ oculi ſunt cō
iuncti cum capite ꝛ cum corpe hominis:ideo
ſi caput vel corpus habet in ſe aliquod nota
bile vulnus ſtatiꝫ per cōpaſſionē lachrimas
emittūt ſeu lachrimari cogūtur. Similiter ſi
caput langueſcat ſeu habeat intenſum dolo
rem:ſtatim oia membra corporis ei coniun-
cta ꝑ cōpaſſionē ſuſcipiunt cū eo triſticiaꝫ et
dolorem. Sic enim dr̃.6.q.j.ca.ſunt plurimi
§.verum.ꝛ c.ex merito. Capite langueſcente
facilius reliqua corpis membra inficiūtur ſi
cut ſcriptū eſt. Omne caput languidū: ꝛ om
ne cor merens. a planta pedis vſqꝫ ad verti
cem:nō eſt in eo ſanitas.hec ibi. Similr̃ mu
lier coniuncta viro etiā ſi fuerit cōcubina vel
meretrix:ſi vir eius infirmet̃:ſtatiꝫ ꝛ ipſa do
let ꝛ contriſtat̃. Quo ꝓſuppoſito: certū eſt ꝙ
dn̄s Jeſus eſt caput omniū xp̄ianorū: xp̄ia-
ni vero ſunt membra eius: dicente apoſtolo
ad Ro.12. Sicut in vno corpore multa mē-
bra habem⁹:omnia autē membra non eūdē
actū habent:ita multi vnū corpus ſumus in
xp̄o:ſinguli autē alter alterius mēbra. Et ad
Ephe.ꝑmo.ait.O ia ſubiecit pater ſub pedi-
bus eius videlꝫ xp̄i:ꝛ ipm̄ dedit caput ſuper
omnē eccleſiā:que eſt corp⁹eius ꝛ plenitudo.
Et ad Ephe.5.ait. Sicut vir eſt caput muli-
eris:ſic xp̄us eſt caput eccleſie ꝛ ſaluator cor
poris eius. Et ratio:quare chriſt⁹ dicit̃ caput
noſtrū eſt ſm̄ Tho. in tertia parte ſum.q.7.
Quia ſicut in materiali capite tria conſide-
rant̃:vꝫ ordo:īfluentia:ꝛ directio. Ordo.ſ.qꝛ
omnia alia membra ordinant̃ ad ipſum: in-
fluentia quia caput influit virtualiter in om
nes ſenſus interiores ꝛ exteriores. directio
quia dirigit omnia alia mēbra. Sic a ſimili
hec tria ſp̄ualiter ſunt in xp̄o tanq̄ꝫ in capite
noſtro:qꝛ primo oēs xp̄iani cuꝫ ſint ſub xp̄o
ordinant̃ per vitaꝫ ad xp̄um. Secundo ipſe
xp̄s influit in xp̄ianis gratias ſuas ſp̄uales
a deo. ut Joan.ꝑmo dicat̃. De plenitudine

eius .ſ. gratie omnes accepimus. Tertio ipſe xp̄us dirigit totam eccl'iam p̄ viam veritat' ⁊ diriget vſq₃ in finē mundi ne incidat in errorē. Proinde Matthei.28. ipſe promiſit di. Ecce ego vobiſcū ſum oībus diebus vſq₃ ad cōſummationē ſeculi. Quod ſi ſic ē: quia ſic eſt q᷑ nos ſumus mēbra xp̄i. xp̄s vero caput cū caput noſtrū. id eſt ipſe xp̄us ſit hodie totū afflictū vel vulneratū ⁊ doloribus plenū: igit' nos qui ſumus eius mēbra debemus p̄cipue hodie oēs eſſe in corde afflicti vulnerati atq₃ dolorati propter eius cōpaſſionē. q᷑ ſi hodie ſil' cū chriſto non ſumus amaricati ⁊ cordialiter anguſtiati: nequaq̄₃ dici poſſumus eſſe vera mēbra chriſti. ⁊ per conſeq̄ns qui hodie ei nō cōpatitur: tanq̄₃ mēbrū ab eo preciſum nequaq̄₃ poterit accipere aliqd de influentia gratiarū ſuarū. Sic enī₃ dicitur.23.q.7.capi. Quēadmodū mēbrū cum preciditur ab hominis viui corpore: non poteſt habere vitā corporis: ſic qui diuiſus eſt a chriſto nō poteſt habere ſpiritū gr̄e. O anima profecto ingrata eris ſi hodie cordialiter cū capite tuo chriſto crucifixo nō fueris. Vn̄ Calixtus papa diſtin.12. capi. non decet. ait Non decet a capite chriſto membra diſcedere: ſed iuxta ſcripture teſtimonia: oīa mēbra caput ſequūtur. Similis ſententia ponit'.xi. diſtin.capi.nolite. ⁊ de cōſecratione diſtin.3.ca. celebritatē. Itē.2.queſti.7.ca. ſicut laudabile. dicit'. Totū corpus morbus inuadit: ſi languor in capite ſuo extiterit. Et ap̄ls quelibet ad hoc inducēs ait. p̄me Corin.12. Si qd patitur vnū mēbrū: cōpaciūtur omnia mēbra ſiue gloriat' vnū mēbrū congaudent oīa mēbra. vos autem eſtis corpus chriſti ⁊ mēbra mēbro. Vbi glo. ait. Indecens valde eſt ut mēbrū carnis patiat' cū capite: ⁊ anima que eſt mēbrū chriſti nō patiat' chriſto patiente Aperi igitur o hō oculos mentis tue queſo: ⁊ noli te xp̄ianū credere etiā ſi baptizat' ſis ⁊ chriſtian' dicar': niſi id facias quod nomē xp̄ianitatis importat: que iportatio nihil aliud ē quā xp̄ū ſequi in cruce ⁊ paſſionib' ſuis. Propterea Auguſti. libro de doc. xp̄iana ſic ait. Chriſtian' non eſt q xp̄ū non ſequitur ⁊ qui ip̄ū in paſſione nō imitat'. Et Ambro. 22.queſti.5.c. Cauete. ait. Mendaciū eſt xp̄ianū ſe dicere: ⁊ opera xp̄i nō facere. Sed heu dubito q᷑ hodie in quibuſdā induratis chriſto non cōpatientibus tanq̄₃ iudeis non verificet' illud Apo. ad Phi.3. dicentis. Multi ambulant quos ſepe dicebā vobis: nūc autē ⁊ flens dico inimicos crucis chriſti: quorū finis interitus: ⁊ quo₂ deus venter eſt: ⁊ gloria in cōfuſione eo₂ qui terrena ſapiunt. hec ibi. ¶ Secundo etiā probo ratione intentionis q᷑ ſcil₃ quilibet verus xp̄ianus tenet' hodie precipue cordialiter cōpati dn̄o Ieſu xp̄o crucifixo ⁊ morienti. Fundamentū rōnis ponit ph̄us p̄mo Politico₂ di. Debem' ſimpliciter vti rebus ad id propter qđ date ſunt a ſapientiſſimo datore. patet hec regula. Si enī₃ papa cōſtitueret aliquē in ep̄um dando ei illud beneficiū ut precipue habeat diligentem curā anima₂: nequaq̄₃ liceret ei poſtmodū exercere artē militarē ſeu armo₂: ⁊ huiuſmodi: q2 ſi ſic faceret vtiq₃ illo beneficio cū priuaret. Nā beneficiū meret' perdere qui illo abutit'. Sic expreſſe habet' ext. 22.q.5.ca. de forma. circa finē. Et extra de ex.pla.c. grauem. Itē.xi.q.3.c. priuilegiū. Et extra de priuilegijs.c.tua₂. ⁊ c. ut priuilegia. Quo p̄ſuppoſito: peto o xp̄iane quare hodie dei fili' voluit flagellari ⁊ crucifigi. Et certū eſt q᷑ hoc ideo fecit nō tantū ut nos ſeu xp̄ianos ſaluaret: ſed inſup ut xp̄iani q̄ntū poſſunt imitentur eū: quia ut dicit' extra de elec.c. ſignificaſti. ⁊ 2.queſti.i.capi. deus oīpotens. O is xp̄i actio noſtra fuit inſtructio. Vlteri' peto q̄re deus o xp̄iane dedit tibi co₂ intellectuale et rationale: ⁊ clarū eſt q᷑ ideo tibi dedit ut ſibi ſemp ⁊ p̄cipue hodie offeras illud per cōpaſſionē. Ideo ꝓuer.21. illud petit di. Fili prebe mihi co₂ tuū: peto inſup cū deus poſſet facere te naſci de iudeo ⁊ iudea: de pagano et pagana: ⁊ de turcho ⁊ turcha: de ſaraceno et ſaracena: car ſingl'ariter te naſci voluit in xp̄ianiſmo de xp̄iano ⁊ xp̄iana: ⁊ te p ſacramentū baptiſmi facere xp̄ianum. Et certū eſt q᷑ ideo deus pater ex precipua charitate ⁊ gratia te voluit eſſe xp̄ianum: ut p charitatē et cōpaſſionē iugiter ⁊ precipue hodie xp̄m ei' filiū crucifixū in corde portares. Peto preterea cur tibi de' p̄r ſeu quo fine oculos dederit. Et certū ē q᷑ iō dedit ut lachrymer' mortē q̄ntū poſſibile eſt vnigeniti filij ſui crucifixi dicēte in pſona dei patris Hiere. ꝓpheta.c. ſexto. Filia ppl'i mei accingere cilicio ⁊ conſpergere cinere: ⁊ luctū fac tibi vnigeniti. ſcil₃ mei planctū amarū: hoc enī₃ faciebat ꝓpheta Dauid qn̄ ps.41. dicebat. Fuerunt mihi

lachꝛyme mee panes die ac nocte.d.d.mihi
co.v.e.d.t.Quaſi diceret:preuideo cū in cru-
ce moriturū:⁊ ſubiungit hec recordatus ſum
⁊ effudi animā meā ⁊c. hoc idē preuidendo
Hiere.9.c.dicebat.quis dabit ca. meo aquā
his oibus premiſſis ſi deꝰ pater filiū voluit
crucifigi:ut ad cōpaſſionē quēlibet induceret
⁊ inſup quēlibet fecit xp̄ianū vt ei ꝑbeat coꝛ
ſuū per cōpaſſionē:⁊ inſup oculos dedit hoc
fine ut quiſqꝫ lachꝛymet̄ moꝛtē vnigeniti ſui
concludo ꝙ de neceſſitate ſalutis eſt ut qſqꝫ
iugiter ⁊ precipue hodie amplectat̄ filiū dei
crucifixū in coꝛde ⁊ vulneratū per cōpaſſio-
nē.Quod ſi aliquis nō fecerit cū ingratꝰ exi
ſtat ⁊ cōtra intentionē ⁊ volūtatē dei patris
faciat:vtiqꝫ ab ipſo grauiter punient̄. Propte
rea ipſe ſaluatoꝛ Lu.12.dicebat. Seruus qui
ſcit voluntatē dn̄i ſui ⁊ non facit plagis va-
pulabit multis. Et Beda ſup verba Math.
18. Reddit vſqꝫ ad minimū quadrantē. ait.
Tot ſingulares penas ſuſtinebit q̄libet infi-
delis xp̄ianꝰ pro ingratitudine ſua quot ſin-
gulares penas xp̄s pro ipſo tulit.hec ille. O
igit̄ xp̄iana aīa cōpatere queſo filio dei mo-
rienti ⁊ flagellato: ⁊ coꝛdialiter lachꝛymare
ne ꝓ ingratitudine tua tot penas habere me
rearis qn̄ potius dicas cū ſanctiſſimo Job.
23.c. Veſtigia eius vꝫ paſſionis xp̄i ſecutus
eſt pes meus.viā.n.cuſtodiui ⁊ nō declinaui
ab ea a mandatis labioꝝ eius non receſſi: et
in ſinu meo abſcōdi verba oris illius.hec ibi
Dicaſqꝫ cū Ezechia rege.4.Re.18.Adheſit
dn̄o id eſt crucifixo coꝛ meū ⁊ non receſſit a
veſtigijs eius feciqꝫ oīa mandata eiꝰ que pre
cepit.¶Tertio etiā probo ratione acq̄ſitiōis
ꝙ quiſqꝫ xp̄ianus tenet̄ de neceſſitate ſalu-
tis triſticiā ⁊ cōpaſſionē in coꝛde ſuo habere
de moꝛte ſui ſaluatoꝛis. Fundamentū rōnis
ponit phs.3. Phiſicoꝝ di. Generatio vniꝰ
eſt coꝛruptio alteriꝰ:⁊ ecōuerſo. Sup q̄ ver-
ba Tho.ait. Ad generationē ⁊ ſuſceptionē
nobilioꝛis foꝛme ꝑ prius requirit̄ coꝛruptio
prioꝛis foꝛme.patet hec regula quadruplici-
ter. Primo naturaliter ſic. Si eniꝫ lignum
debet accipere foꝛmā ignis nobilioꝛē quoli-
bet ligno:neceſſe eſt ut foꝛma prioꝛ ligni coꝛ-
rūpatur. Similiter ſi granū debet generare
plura grana viua: opoꝛtet ꝙ prius coꝛrūpat̄
⁊ moꝛiat̄ dicente ſaluatoꝛe Joā.12. Niſi gra
nū frumēti cadens in terra moꝛtuū fuerit.i.
ſ.m.ſi aūt.m.f.m.fructū af. Et apo.j.Coꝛi.15.
ait. Inſipiens quod tu ſeminas nō viuificat̄
niſi prius moꝛiat̄. Scḋo patet hec regula di
ſciplinabiliter ſeu intellectualr̄. Nā videmꝰ
ꝙ in diſcipulis ſeu in ſciētijs intellectualibꝰ:
nō pōt qs ꝑficere ſeu ad nobilitatē ꝑfectio-
nis eaꝝ deuenire:niſi prius ſuſtineat maxi-
mos laboꝛes atqꝫ ſudoꝛes.dicēte Salomōe
Eccl'es ꝑmo.Dedi coꝛ meū ut ſcirē pruden-
tiā atqꝫ ſapiāꝫ:⁊ cognoui ꝙ i his quoqꝫ eēt
laboꝛ ⁊ afflictio ſp̄us:eo ꝙ in multa ſapiētia
multa ſit indignatio: ⁊ q̄ addit ſapiāꝫ addit
⁊ laboꝛē.hec ibi. Tertio pꝫ hec regula moꝛa-
liter. Nā videmꝰ ꝙ in virtutibꝰ moꝛalibꝰ nul
lus venit ad eaꝝ habitꝰ q̄ valde eſt delectabi
lis:niſi ꝑus grauatꝰ fuit laboꝛe maxio ⁊ dif-
cultate in acq̄rēdo ipm̄ habitū. Nā guloſus
ſeu luxurioſus q̄ ſunt in his hituati:nequaq̄ꝫ
acq̄rere pn̄t habitū abſtinētie ſeu pudicitie:
niſi cū magna difficultate. Quarto hoc idē
pꝫ artificialr̄. Nā vas vile,put eſt ferrū me-
tallū ⁊ hmōi:nō recipiūt nobilioꝛē foꝛmā ni
ſi prioꝛ fuerit coꝛrupta. Silr̄ mercatoꝛ paup
anteq̄ꝫ ꝑueniat ad magnū theſauꝝ:neceſſe ē
ꝙ die noctuqꝫ valde inſudet ⁊ laboꝛet. Quo
ꝓſuppoſito:cū in xp̄o fuerint duo vꝫ moꝛtifi
catio ⁊ glificatio:neceſſe fuit ꝙ an̄ acq̄ſitionē
glie coꝛpis eiꝰ coꝛpꝰ ipꝫ ꝑus fuerit verberibꝰ
attritū ⁊ etiā moꝛtificatū. Ex q̄ ſi ſic ē ergo i-
poſſibile ē ꝙ aliqs vnq̄ꝫ xp̄ianus ꝑticipet de
gloꝛia xp̄i niſi ꝑus in hac vita fuerit ꝑticeps
moꝛtis ⁊ paſſionis ſue recipiēdo.ſ.ipſam xp̄i
paſſionē in coꝛde ſuo ſaltē ꝑ cōpaſſionē. pro
ptera pau.2.Coꝛ.j.di. Si ſocij paſſionū eſtis
eritis ⁊ cōſolationū. Et alibi di. Si cōpatia-
mur ⁊ cōregnabimꝰ. Ex q̄ ꝯfirmās Hiero.
ſup verba Lu.xl. Nōne opoꝛtuit pati xp̄um
et ita intrare in gloꝛiam ſuam ait. Si xp̄um
deū ⁊ regē regū opoꝛtuit pati ut intraret in
gliāꝫ ſuā:q̄ꝫto magis oꝫ nos pati ⁊ cōpati:ut
intremꝰ in gliāꝫ alienā:hec ille. Que oīa con
cludēs ſaluatoꝛ Joan.16.ait. Amē amē dico
vobis:qꝛ ploꝛabitis ⁊ flebitis vos.ſ.paſſionē
meā: mundꝰ autē gaudebit:vos vero cōtri-
ſtamini:ſed triſticia veſtra cōuertet̄ in gau-
diū. Mulier cū parit triſticiā habet qꝛ venit
hoꝛa eiꝰ:cū autē peperit puerū iā non memi
nit ꝑſſure propter gaudiū:qꝛ natus eſt hō in
mundū. Et vos igit̄ nūc quidem triſticiam
habetis:ſed iterum videbo vos.ſ.dum fuero
gloꝛificatus ⁊ gaudebit coꝛ veſtrum ⁊ gau-
dium veſtrum nemo tollet a vobis. hec ille.

Ecce igitur aīa ꝙ nunq̄ꝫ mereberis cuꝫ xp̄o
gloꝛificari niſi pꝛiꝰ in hac vita didiceris coꝛ-
dialiter cū tuo dn̄o crucifigi. Et bene de hoc
rationē ponit Bona. in tertio di. ꝙ cū omne
meritū xp̄ianoꝛū ſimpliciter ꝓcedat a meri-
to paſſionis xp̄i: tanto magis vel minus de
merito eterne gloꝛie quiſqꝫ xp̄ianus poterit
accipere: q̄ꝫto magis vel minus in coꝛde ſuo
receperit per cōpaſſioneꝫ amariſſimas penas
ipſius chꝛiſti. ¶ Propterea legitur ꝙ apparēs
chꝛiſtus ſancto Alberto dixit: ꝙ octo erāt ei
magis grata q̄ꝫ cetera q̄ fieri poſſent in hac
vita ab hūana creatura. Vnū illoꝛū fuit qꝛ
dixit ſcito fili mi Alberte ꝙ ſi quis ſolaꝫ la-
chꝛimā effudit propter amoꝛē paſſionis mee
hoc mihi eſt gratius quā ſi poſt hanc vitam
fundēt tot lachꝛimas amoꝛe meo quot ſunt
gutte aque maris: ⁊ lachꝛimā effundenti da
bo premiū quod excedit omnia ſimul bona
preſentis vite: que ſunt erunt ⁊ vnq̄ꝫ fuerunt
ꝙ ſi ſola lachꝛima amoꝛe paſſionis xp̄i emiſ
ſa tantū premiū promeret: q̄ꝫtuꝫ premiū acq
res O anima xp̄iana: que nō ſolū lachꝛimā
vnam: ſed plures lachꝛimas amoꝛe dulciſſi-
mi Jeſu hodie effundes? ¶ Quarto etiaꝫ ꝓ-
bo ratione trāſfoꝛmationis: ꝙ quiſqꝫ verus
xp̄ianꝰ xp̄um diligens teneť hodie eius paſſi
onem in coꝛde per cōpaſſionem ſentire et la
chꝛimari. Fundamentū rationis ponit Dio
niſius libꝛo de di. no. di. Amoꝛ eſt quidā vis
tranſfoꝛmatiua copulās amantē in amatuꝫ
ſeu in ſimilitudinē amati. patet hec regula.
Nam ponať ꝙ hic ſint duo veri amici: cla-
rum eſt ꝙ ſi vni accidit aliquid triſtabile ſeu
delectabile: ſtatim alius trāſfoꝛmať quaſi in
triſticiā ſeu delectationē eandē: quia ſi moꝛiť
ei filius cum illo triſtať de eius moꝛte: ſi ve-
ro naſciť ei filius: cum eo delectať de eius na
tiuitate. ¶ Propterea phus. 9. Ethicoꝛum ait.
Amicus ſe habet in oībus ad amicū tanq̄ꝫ
ad ſeipſum: eo ꝙ amicus eſt alter ego. Si au
tem accideret ꝙ non doleret cū dolente: vel
gauderet cuꝫ gaudente: ꝑfecto talis cuꝫ non
eſſet in ſimilitudinē ſui amici trāſfoꝛmatus:
nequaq̄ꝫ dicendꝰ eſſet verus amicus ſed fal-
ſus ⁊ fictus. Quo p̄ſuppoſito: ꝙ verus ami-
cus traſfoꝛmať in ſimilitudinē ſui amati: ec-
ce anima ꝙ dn̄s Jeſus hodie ꝓ te moꝛiť fla
gellať atqꝫ crucifigiť. Aut igiť coꝛdialiter per
cōpaſſionē cōflagellaris ⁊ moꝛieris: ⁊ ſic cuꝫ
vere diligis: cum eius ſimilitudinē in te ſu-
ſcipias. Aut ei nō compateris: nec de moꝛte
eius doles ⁊ lachꝛimaris. Et ſic cuꝫ nequa-
q̄ꝫ vere ſed ficte diligis: cū in eius ſimilitudi
nē non trāſfoꝛmeris. Nam ſm̄ Grego. in
omelia penth. ¶ Probatio dilectionis exhibi
tio eſt operis. Amoꝛ dei nunq̄ꝫ eſt ocioſus.
operať enim magna ſi eſt: ſi autē operari re
nuit amoꝛ nō eſt. hec ille. Et Joan. 3. dicitur.
Filioli non diligamꝰ lingua neqꝫ verbo ſed
opere ⁊ veritate. heu infelix aīa quomō xp̄m
diligis: ſi dū videns cū hodie moꝛientē ⁊ to
tum a capite ad pedes ſanguinolentū ⁊ pro
eius amoꝛe nec vnā lachꝛimā fundis. Certe
ſi cum veraciter diligeres: ſicut fas eſſet infi
nitas lachꝛimas emittēs. O dn̄e Jeſu quō
te diligit aīa que lachꝛimať moꝛtē mariti fi-
lij fratris patris atqꝫ ſoꝛoꝛis. Immo que la
chꝛimať moꝛtē vel perditionē alicuius pecu-
nie equi: aſini: ſeu galline: ⁊ huiuſmōi. nec ta
men in moꝛte tua ⁊ paſſione ſolā lachꝛimaꝫ
effundis? An nō nobilioꝛ es tu in infinitum
quolibꝫ patre: filio: fratre: vxoꝛe: pecunia: eqs
aſinis: gallina: ⁊ huiuſmōi? clarū eſt ꝙ ſic: er
go tanto magis diligendus ⁊ in moꝛte tua
es lachꝛimādus: quāto magis pꝛedicta ſupe
ras in omni valoꝛe ⁊ bonitate. ¶ Quito hoc
ideꝫ pꝛobo ratione gratificationis. Funda-
mentū rationis ponit Seneca libꝛo de bn̄fi
cijs di. Quicūqꝫ equiualēs ꝓ bn̄ficio nō re
pēdit: vitiū ingratitudinis incurrit. patꝫ hec
regula. Nā videmus ꝙ ſi quis pauꝑ recepit
aliqd̓ beneficiū ſeu ſeruus a dn̄o pluries ex-
ponit ut ſit gratus vitā ſuā pꝛo illo ⁊ ſangui
nē fundit. Hoc idē etiā faciunt canes irratō
nabiles. Quo p̄ſuppoſito: conſidera anima
ad hoc ut ſis grata: an hodie coꝛdialiter de-
beas flere moꝛtē ⁊ paſſionē dn̄i tui. Naꝫ ip
ſe xp̄us pꝛout ponūt doc. ⁊ ſcriptura. 7. vici-
bꝰ amoꝛe ſalutꝭ tue voluit flere ⁊ lachꝛymari
¶ Pꝛio qdē ꝓ te fleuit amare ⁊ lachꝛimatus
eſt dicēs Jeſus qn̄ exiuit de vtero mr̄is ſeu
virginis glioſe. ꝓpter qd̓ Salomō in ꝑſona
dn̄i Jeſu Sapien̄. 7. ait. ¶ Pꝛimā vocē ſimilē
alijs emiſit ploꝛans. Ecce O anima xp̄iana
pꝛimū gaudiū ⁊ pꝛimā leticiā quā infantulꝰ
Jeſus totus quidē innocens ⁊ immaculatus
pꝛo te ſuſcepit dū fuit natus. Si tamē quere
res cur puulus Jeſus tunc ſic fleret amare
Reſpōdeo ꝙ nō propter oꝛiginalē culpam
quā nō cōtraxerat ſicut cōmuniter ceteri fa-
ciunt. Sed quia aīa illius pueri cōiuncta cuꝫ

diuinitate clare videbat oia peccata hoīuʒ p̄terita p̄ſentia ⁊ futura. Jō propt̄ hoc flebat q̄ꝛ p̄uidebat ꝙ in etate. 33. annoꝝ crucifigēdus erat vt p̄ri ſuo ſatiſfaceret ꝓ peccatis ſupradictis. Jō poterat dicere inocētiſſimꝰ Jeſus O aīa dura. o aīa obſtinata. o aīa impia. ecce ꝙ puulus ex̄ns pro te lachrymas acerbas ⁊ amaras fūdo ⁊ tu adulta ⁊ ſupba dedignaris amore meo ſolā lachrymaʒ effūdē. ¶ Scd̄o etiā o aīa pro te amare fleuit ⁊ lachrymatus eſt. d. Jeſus in circūciſione. q̄ꝛ eni dominus nr̄ vt dr̄ Mat. 5. nō venerat legē ſoluere ſed adimplere. Idcirco cū eēt preceptū legis ꝙ omnes maſculi octaua die circūciderent voluit ⁊ ipſe circūcidi. vn̄ Luc. 2. dr̄. poſtq̄ȝ ipleti ſunt dies octo vt circūcideretur. p. v. eſt. n. eiꝰ Jeſus. Cū ergo tēplo inciderentur eius tenerrime ⁊ delicatiſſime carnes qs dubitat ꝙ cū ſanguie egrediēte nō ſimul funderet puulus Jeſus ēt amaras lachrymas: pie credendū ē ꝙ vltra hoc q̄ſi ſentiret dolores mortis. Si igit dn̄s Jeſus in octo diebꝰ voluit lachrymas ⁊ ſanguinē pro te effūdere: eris o aīa hodie ingrata ꝙ ſaltē vel vnā lachrymā nō effūdas amore ſuo. ¶ Tertio ēt o aīa ꝓ te amare fleuit ⁊ lachrymatꝰ ē Jeſus i deſerto. Cuʒ eni vt habetur Mat. 4. ibi ſteterit. 40. diebꝰ ⁊. 40. noctibꝰ ſine aliquo cibo ⁊ potu m̄lti pie credēdū eſt ſm̄ doc. ꝙ tunc tēporis quaſi die noctuq3 fleuerit peccata nr̄a. Si igit Jeſus. 40. diebus ⁊ noctibꝰ pro te voluit flere: valde apparebis ingrata aīa ſi ſaltem hodie ꝑ horā vel per partē hore amore ſuo non fleueris ¶ Quarto ēt o aīa ꝓ te amare fleuit ⁊ lachrymatus ē Jeſus in reſuretiōe lazari. Cū eniʒ vt habet Jo. 11. Lazarꝰ frat Marie ⁊ Marthe mortuꝰ eēt ⁊ q̄triduanꝰ in monumēto ad p̄ces ſoroꝝ iuit. d. Jeſus ad monumētū ⁊ ibi tria nobiliſſima ſigna fecit dū eū ſuſcitare vellet. Primo eniʒ vt ibi dr̄ infremuit dentibꝰ Secundo lachrymatꝰ ē. Tertio poſt lachrymas vocem terribilē emiſit di. Lazare veni foras. Si Jeſū peteres o aīa q̄re hec tria ſigna ſuper Lazaro fetido feciſti. Rn̄det Aug. ī eiꝰ pſona ꝙ nō fleuit propter mortē Lazari ⁊ fetorē ſed ſimplicit propter ſpiritualē morte animaꝝ noſtraꝝ ⁊ pp̄ fetorē peccatoꝝ noſtrorū vt puta Fornicationum Adulterioꝝ Sodomie: ⁊ huiuſmodi. O infelix anima ſi xp̄s fleuit fetorem peccatoruʒ tuoruʒ: nunq̄d poteris cōtinere ꝙ hodie non lachrymeris dum videbis innumerabiles guttas precioſiſſimi ſanguis ſui a capite ad pedes fluentes in ira ¶ Quito iſup o aīa ꝓ te amar fleuit ⁊ lachrymatus eſt. d. Jeſus dn̄ica preterita duʒ Hyeruſalem ingrederetur. Sicut eni dicitur Lu. 19. Cum appropinquaret Jeſus Hyeruſalē videns ciuitatem fleuit ſuper eam di. Quid ſi cognouiſſes ⁊ tu. duplici eniʒ ex cā tunc fleuit Jeſus. Primo fleuit perditionē aīarum que per hyeruſalem interp̄tantur: p̄uidebat eniʒ ꝙ hyeruſalē q̄ erat pulcherrima ciuitas ꝑ Titū ⁊ Veſpeſianū debebat oio proſterni: ita vt lapis ſuper lapidē non relinqueretur ꝓpterea dicebat populo ſibi obuiaʒ venienti. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu: quaſi diceret. O hyeruſalē ſi videres quod video ⁊ intelligeres qd̄ intelligo: videlicet non tantum deſtructionem ciuitatis tue ꝑ Titū ⁊ veſpeſianū inimicos tuos. Sed inſuper perditionem ⁊ ꝓſternationē aīaꝝ i ciuitate exiſtentiū per demones inimicos veſtros ad infernum deducendarum: mecum profecto amariſſime fleres. ¶ Scd̄o inſuper fleuit miſeriā glorie humane cuiꝰ finis luctꝰ eſt. Sic enim dicit ſalomō ꝓuer. 14. Riſus dolore miſcebitur ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Jō Job. 30. c. dicebat. verſa eſt in luctum cithara mea ⁊ organū meum in vocem flentium. Poteſt igitur pie credere anima ꝙ ponēs tunc Jeſus manus ad oculos inſtāter plangebat. ppl's vero ⁊ apoſtoli quaſi de hoc mirantes dicebant Cur plangit iſte bonus homo cū magis gaudere debeat: videns totam ſimul ciuitatē cuʒ tāto triūpho ſibi obuiā adueniſſe. Ipſe autē ſi non voce ſaltē corde poterat cū Boetio reſpōdere. Nō eniʒ qd̄ ante oculos ſitū ē ſufficit intueri. ſed rex exitus ſēper prudentia metitur. Ecce poterat dicē. O pp̄le iudaice noli mirari ſi lachrymas fundo pro honore queʒ exhibes mihi: q̄ꝛ honor iſte vertet cito ī vituperiū meū. Ecce ꝙ me honoratis nūc cū pſonis ꝓprijs dū pſonaliter obuiā mihi veniſtis ⁊ in hyeruſalē me introduxiſtis: ſʒ heu p̄uideo ꝙ feria. 6. prime futura oēs de ciuitate hyeruſalē nō eq̄tando ſʒ crucē portādo me cōtumelioſe eiicietis: ⁊ inſup crucifigetis. Ecce inſuper ꝙ me honoratis cū verbis laudis dū me ſaluatorē deuʒ ⁊ regē appellatis. Saluatoreʒ quidē dum clamatis. O ſannaquod interpretatur ſalua nos. Deum quoq3 dum clamatis. Benedictus qui venit in nomine

C

domini.i.tanq̃ȝ habens rē ⁊ nomē veri dei. Regē etiā cuȝ ſubiungitis. Rex hyſrael.ſȝ heu preuideo q̄ feria.6.ſequēti amplius multiplicabit ignominia mea: q2 qui dixiſtis Oſanna poſtea clamabitis. Mathe.27. ſanguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Item qui dixiſtis. benedict⁹ qui.v.in no.do. poſtea clamabit' oēs. Crucifige crucifige eū. Inſup qui dixiſtis rex hyſrael: poſtea clamabitis nō habem⁹ regē niſi Ceſarē. Ecce q̄ me honoratis cuȝ operibus virtuoſis dum ſcinditis ramos oliuarū ⁊ palmaruȝ ⁊ flores ⁊ folia proſternitis in via: ſed Heu preuideo q̄ palme conuertentur in virgas ⁊ flagella ⁊ rami oliuarum conuertētur in crucē. Flores conuertentur in ſpineaȝ coronā. Folia vero conuertentur in clauos. Ecce deniqȝ q̄ me honoratis cuȝ rebus veſtris duȝ.ſ.cuȝ reuerentia exuitis vos veſtimenta veſtra ⁊ ea proſternitis ſub pedibus meis ⁊ ſub pedibus aſelli me ferentis. Sed heu preuideo quia feria.6. ſequēti auferetis a me veſtimenta mea ⁊ ſortem mittetis ſuper ea. De his omnib⁹ q̄ venient ſuper me prophetauit Iſa.52.c. Ecce iquit intelliget ſeruus meus ⁊ exaltabitur in populis eleuabitur ⁊ ſublimis erit valde. Sed ſic obſtupuerunt ſuper euȝ multi ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius. hec ille. ecce popule cauſas mei fletus. Si igitur chriſtus o anima fleuit per cōpaſſionē diſperſioneȝ tuā cur tu hodie per compaſſionem non defles paſſionē ſuaȝ. ¶ Sexto.ēt o aīa pro te amare fleuit ⁊ lachrymatus eſt dn̄s Ieſus in die Iouis ſancta cum eſſet in menſa cum apoſtolis Sic enim dicit glo.ſuper verba. Io.13. Ieſus autem infremuit ⁊ turbatus eſt ſpiritu. Dum ſic fleret interrogatus a diſcipulis cur ſic fleret reſpondit. Amē dico vobis q2 vnus veſtrum me traditurus eſt. Quaſi diceret non plango mortem meam ſed peccatum traditoris. vbi Augu. dicit q̄ chriſtus non ſoluȝ Iude ſed omnium traditorum tunc planxit peccata. o Ieſu quot traditores ſunt in mundo. An non traditores ſunt illi qui in baptiſmo dant fidem tibi ſemꝑ ſeruire ⁊ poſtmodū cūctis diebus vite ſue dyabolo inimico tuo adherent ⁊ ſeruiunt. o traditores chryſtiani: ſi Chryſtus fleuit peccata veſtra: ergo ⁊ vos hodie deflete paſſionē ſuā. ¶ Septimo deniqȝ o anima pro te amare fleuit ⁊ lachrymatuſ ē Ieſus dum eſſet in ligno crucis. vnde ad hebre.5. dicitur. Cum clamore valido ⁊ lachrymis in diebus mortis ſue exauditus eſt pro ſua reuerentia. vbi ⁊ glo. dicit q̄ tūc fleuit qn̄ luc.23. dixit. Pater ignoſce illis q2 neſciunt. quid faciunt. tunc eni accepit omneȝ potentiam omnes vires atqȝ omnem virtutem vocis ſue ⁊ cum lachrymis clamauit q̄tum potuit. O mi pater eterne o pater omnipotens o pater miſericordiaȝ. Recōmitto tibi populum meuȝ cōmendo tibi meas animas recōmendo tibi chryſtianos meos vt eis miſerearis. Et tunc credendum eſt q̄ lacrymas funderet vſqȝ ad terraȝ. Ecce igitur deuota anima ex quo ſepties pro te dominus amare fleuit: profecto ingratiſſima eris ſi ſaltem hodie ſemel pro amore ſuo non lachrymaberis.

Ex predictis igitur quinqȝ rationibus patet qualiter quiſqȝ verus chryſtian⁹ tenetur hodie lachrymare paſſionem domini. Ieſu.

Tertio etiam probo ſimilitudinibus tribus q̄ ſcilicet quiſqȝ verus chryſtianus tenetur hodie in corde ſuo per compaſſionem ſuſcipere penas dolores ⁊ mortem ſui ſaluatoris ¶ Prima ſimilitudo cuȝ ſit naturalis talis eſt. Conſuetudo enim eſt vt videmus ⁊ experientia docet q̄ quando moritur vn⁹ magn⁹ Rex ſeu dn̄s potens ſapiens iuſtus clemens ⁊ totus bonus. totum regnum ſuum: omnes ſui barones nobiles atqȝ familia ingentes lachrymas fundunt: ⁊ vltra hoc nigris obſcuris atqȝ lachrymoſis ſe induunt veſtimētis. reiectis a ſe omnibus veſtib⁹ vanis atqȝ delicatis. hoc idē fit quādo vn⁹ bonus pater familias qui bene rexit ⁊ gubernauit familiā ſuaȝ moritur: q2 tūc omnis familia ſimul cū filijs ⁊ filiabuſ amare ſuſpirat ⁊ lachrymatur Ecce anima q̄ hodie eſt dies illa in qua rex regū ⁊ dn̄s dominātiū qui ſua potentia cuncta de nihilo creauit ſuaqȝ bonitate ⁊ ſapientia oīa regit ordinat ⁊ diſponit mortuus eſt: ⁊ tu nunq̄d poteris te cōtinere quin lachrymeris? Certe qui hodie non lachrymatur chriſti mortē ⁊ paſſionē: oſtendit profecto q̄ nō ē de familia chriſti. ¶ Secūda ſimilitudo habetur de eccleſia que hodie propter chryſti ſponſi ſui morteȝ ſingulariter facit tria plena pietate ⁊ dolore. Primo facit denudare ⁊ ſpoliare omnia altaria ornamētis ſuis. Secundo non vult q̄ ſonentur campane quarum ſonus eſt cauſatiuus leticie. Tertio non vult q̄ miſſa hodie habeat aliquod princi

pium medium ⁊ finem. Non enim dicitur cō
fessio ⁊ introitus nec insuper hodie conse-
cratur nec insuper in fine dicitur vt moris ē
Benedicamus domino. Pretermitto ꝙ fa-
cit tenebras in nocte ⁊ officium tribus dieb⁹
⁊ insuper ꝙ tabule pro cāpanis percutiuntur
Que omnia ideo facit. vt hodie sine quasi
vllo principio medio ⁊ fine quisq christian⁹
inducatur ad flendum mortem domini sui.
¶ Tertia similitudo est Hiero. super verba
Zacha. 7. Posuerūt cor suū sicut adaman-
tem dicentis. Adamas est lapis durissimus
⁊ in tantum durus vt omnia metalla confri
gat ipse vero a nullo ꝯfringatur. vnde ⁊ a gre
cis indomabilis dicitur. Et si tamen duris-
simus sit hircino tamen sanguine frangibi-
lis est. Cor autē ipsius obstinati quod ⁊ car
neum est: ipso adamāte durius est quia a nul
lo frangi potest nec etiam chrysti sanguine
emolliri. hec ille. Si igitur sanguis hyrci con
terit durissimum lapidem: nunquid sanguis
chrysti hodie decurrentis in terrā tante po-
terit esse virtutis ꝙ conterat corda carnea
chrystianorū vt etiā illa conuertat in habun
dantias lachrymarū. Ex predictis etiam tri
bus similitudinibus pꝫ ꝙ quisq verus chri
stianus debet hodie cōpati chrysto Jesu mo
rienti: ⁊ pro eius amore acriter lachrymari.
¶ Quarto deniq probo exemplis ꝙ quisq
verus chrystian⁹ debet hodie cordialiter fle-
re ⁊ lachrymari mortem ⁊ passionē saluato
ris sui. ¶ Primum exēplū habemus de san
ctis angelis. Rem stupendam narrabo vo-
bis: legi in quodā lib. quod intitulatur Oro
logiū sapientie cuius auctori apparuit qui-
dam angelus qui hec sibi reuelauit: Angelus
igitur ille sibi apparens in oratiōe dixit. Sci
to frater mi ꝙ quando saluator chrystus pla
gatus in cruce pendebat: multi angeli de pa-
radiso egressi sunt ⁊ corpora humana susce-
perunt: stātesq iuxta crucē fortir lachrymati
sunt. Quod ideo factū fuit vt impleretur pro
phetia Jere. 33. dicentis. Angeli pacis amare
flebunt. Exemplo igitur angelorum quisq
chrystianus debet hodie singulariter affligi
⁊ mortem domini Jesu lachrymari. ¶ Se-
cundum exemplū habemus de sanctis apo
stolis qui lꝫ ex timore passionis tēpore a chry
sto se separauerint: tamen mortē domini sui
amarissime flebāt. ¶ De quibus cantat ecele
sia. Tristes erant apl'i de nece sui domini
⁊c. Fleuit tamen precipue Petrus de quo.
Mathe. 26. dicitur egressus foras petrus fle
uit amare. Et de quo dicit Inno. Quod con
tinue portabat secum sudariū vsq ad mor-
tē: ⁊ si millies in die recordatus fuisset passio
nis chrysti ⁊ negationis eius millies lachry-
mari cogebatur. hoc idem cogita de reliquis
apostolis. Sed inter ceteros omnes amari⁹
fleuisse creditur Joannes qui iugiter cū vir-
gine chrystū vsq ad mortē cōmitatus fuit
De paulo quid dicam qui licet chrystū mor
talē non viderit: tamen post chrysti ascensio
nē quasi iugiter ei⁹ mortē ⁊ crucē in corde
portauit. propter qḋ ad galla. 2. dicebat chry-
sto crucifixus sum cruci viuo autē iam non
ego viuit vero in me chrystus: ꝙ autē nūc vi
uo in carne i fide viuo filij dei qui dilexit me
⁊ tradidit semetipsū ꝓpter me. hec ibi. Et ad
galla. 6. ait. Mihi aūt absit gloriari nisi in
c. d. n. Jesu chrysti per. quē mihi mū. c. est et
ego mundo: ergo exēplo sanctorū apostolorū
plāge ⁊ tu anima amare hodie mortē tui sal
uatoris. ¶ Tertiū exēplū habem⁹ de sāctis
martyribus qui propter chrystū non tantū
lachrymas sꝫ sanguinē propriū effuderunt
De quibus cantat ecclesia viri sancti glorio-
sū sanguinem fuderunt pro domino amaue
runt chrystū in vita sua immitati sunt eum
in morte sua. pretermitto constantiā sancti
Jacobi intercisi cui cū membrati oīa mēbra
vsq penes cor precisa fuissent gaudēs dice
bat. O domine Jesu pro me crucifixe vtinā
haberē alia mille corpa quoniā oīa illa amo
re tuo exponerē morti precidēda. ¶ Quartū
exēplū habemus de sacris virginib⁹ q̄ oēs
q̄tum fas fuit mortē chrysti fleuerunt: ⁊ plu
res ex eis pro eius amore sanguinē ⁊ vitam
perdiderunt. Respice queso virginē Cateri-
nam que spreto regno suo spretisq minis et
verberibus carnificum: tandem sanguinem
capitis abscissione pro ipso chrysto fudit. hoc
idem dicas de beata. Agata. Agnete. Lu-
cia Cecilia ceterisq virginibus. ¶ Quintū
exemplum habemus de sāctis confessoribus
qui omnes quantū fas fuit chrysti mortem
lachrymati sunt: sed inter ceteros fuit beatus
pr̄ nr̄ Frācisc⁹ q vt habet i ei⁹ legēda adeo fle
uit passionē xp̄i ꝙ effect⁹ q̄si cec⁹ oculorū lu
mē perdiderat: cui cū medic⁹ diceret. Si vis
sanari oportet ꝙ a lachrymis te contineas.
Respondit potius paratus sum mille ocu-

ſos perdere ſi tot haberem q̃z ceſſare plangere mortem ſaluatoris mei. O mirabilis amor Franciſci ad dominum ſuum. Quid plura propter imenſam compaſſionem quã habuit ad paſſionem chryſti: meruit a dño ꝓprijs plagis ſtigmatizari. Pro inde Apoſto. in eius perſona ad gal. 6. ait. Decetero nemo mihi moleſt⁹ ſit. c. n. ſtig. do. Jeſu. in cor. m. p. Eccleſia de ipſo cãtat Celoruꝫ candor ⁊c. dic totũ ſi placet. Exẽplo ergo ſãctoꝝ cõfeſſoruꝫ quiſqꝫ debet hodie chriſti mortem plangere.

¶ Sextũ exẽplũ hẽmus de diuerſis generibus herecticorũ. Nã ad ſanctũ ſepulchrũ ſtãt octo diuerſa genera hereticoꝝ diuerſas linguas habentiũ: adeo ꝙ nullus intelligit aliũ ⁊ ſunt oẽs religioſi facientes diuerſa offitia ⁊ maximas penitentias: omneſqꝫ hñt aliquã hereſim preter fratres ordinis noſtri qui proprie habitant penes ſanctũ ſepulchrũ ⁊ de ipſo cuſtodiã hẽnt. Et ꝑmi qdẽ dicũt greci qui habitãt vbi xp̃s appuit Magdalene i mõꝫ ortulani. Scdi dicũtur Gorgij ⁊ hi habitant vbi chriſtus poſitus fuit in Cruce. Tertij dicuntur Endiani ⁊ hi habitant vbi chriſtus apparuit Petro lachrymanti. Quarti dicũtur Soriani ⁊ hi habitant vbi chriſtus fuit ſpoliatus. Quinti dicuntur. Neſtoriani ⁊ hi habitant quaſi penes fratres noſtros. Sexti dicũtur Abbaſſiti ⁊ hi habitant vbi chriſtus cecidit cum cruce. Septimi dicuntur Jacopite ⁊ hi habitant vbi chriſtus fuit depoſitus de cruce. Octaui dicũtur Maroniti ⁊ hi ſũt magis conformes fidei nr̃e q̃z omnes alie ſecte hi oẽs ſupradicti per totũ annũ dicunt offitium ⁊ ſepius lachrymantur chriſti morteꝫ precipue tamen in die veneris ſãcta pectora tondũt nihil comedũt: ⁊ quaſi iugiter lachrymantur. Si ergo predicti heretici ſic plorant paſſioneꝫ chriſti: q̃z magis quiſqꝫ verus chriſtian⁹ eandẽ mortẽ dꝫ lachrymari. ¶ Septimuꝫ exẽpluꝫ habemus de reb⁹ inſenſibilib⁹: que hodie ſuo modo morti chriſti compaſſionem oſtenderunt. Cum enĩ chriſt⁹ in cruce moreretur: ſtatiꝫ vt dicitur luc. 23. Sol obſcuratus eſt ⁊ tenebre facte ſũt in vni. ter. ⁊ velũ tẽpli corruit ⁊ petre ſciſſe ſũt ⁊ mõumẽta ſeu ſepulchra apta ſũt vt habetꝛ Mat. 27. ⁊ de ſolis obſcuritate. ẽt apoc. 6. dr̃. Sol fact⁹ ẽ niger tanq̃z ſaccus cilicinus que oia cõtra naturã hoc fecerunt vt creaturas ratiõales ⁊ ꝑcipue chriſtianos ad cõpaciendũ chriſto crucifixo inducerẽt. Et certe bene dura immo maledicta erunt illa corda chriſtianorum que hodie non flectentur ad plangendum mortem chriſti: exquo duriſſime petre propter ei⁹ cõpaſſionẽ ſciſſe ſunt. ¶ Octauum deniqꝫ exẽplum habemus de glorioſa virgine que etiã fleuit chriſti mortem. nonne ſi eſſet vna domina vidua que vnicum haberet filium bonum pulchrum ſapientem ⁊ iuuenem: ⁊ fili⁹ iuſte crucifigeretur amariſſime fleret. Certuꝫ eſt ꝙ ſic multo magis fleuit hodie virgo Maria que vidua remanſit: quoniam Joſeph maritus eius vt creditꝛ ante chriſti morteꝫ mortuus erat. Precipue fleuit dũ hodie vidit vnicum filium ſuum ſapientiſſimũ pulcherrimum ⁊ optimuꝫ in etate florida. 33. annoruꝫ ſic vituperabiliter mori ⁊ crucifigi. Extende te ad practicam in omnibus ſupradictis vt vis quam relinquo breuitatis cauſa. Exemplo tamen virginis quelibet precipue mulier debet propter eius amorem chriſti mortem lachrymari. Et adeo fuerunt eius lachryme efficaces ꝙ etiam nunc pro vt retulerunt mihi fratres noſtri qui viderunt: apparent adhuc in petris fixe in Hyeruſalem ⁊ etiam in aliquo quodam lapide qui tranſlatus eſt in ciuitate Conſtantinopolitana. Ex predictis igitur auctoritatibus rationib⁹ ſimilitudinibus atqꝫ exemplis audiſti anima chriſtiana primum miſterium paſſionis chriſti quod dicitur myſterium neceſſitatis. In quo clare videre potuiſti quomodo nullus poterit dici vere chriſtianus niſi hodie in corde ſuo ſuſceperit penas dolores atqꝫ anguſtias ſui ſaluatoris.

De ſecundo miſterio ſacratiſſime paſſionis chriſti quod dicitur miſterium acerbitatis.

ſ Ecundum inſuper miſterium de ſacratiſſima chriſti paſſione contemplãdum dicitur myſteriũ acerbitatis poſt q̃z vidiſti fidelis anima neceſſitatem paſſionis xp̃i. i. q̃liter vnuſquiſqꝫ fidelis chryſtianus tenetur cõpati chriſto morienti: nũc habeo tibi oſtendere maximam acerbitatem ipſius mortis ⁊ paſſionis chriſti: vt ex hoc magis inducaris ad flendum ipſam chriſti mortem ⁊ paſſionem. Accipe igitur concluſionaliter ꝙ chriſti mors ⁊ paſſio adeo fuit grauis amara ⁊ acerba ꝙ grauior fuit amarior ⁊ acerbior omni ſimul morte atqꝫ paſſione omnium ſimul martyrum beatoruꝫ. Et profecto ſi cõ

parentur mortes ⁊ paſſiones omnium ſimul
martyrum licet fuerint acerbiſſime ⁊ gra-
uiſſime morti ⁊ paſſioni domini Jeſu chri-
ſti: quedaꝫ certe non tormenta ſed refrigeria
apparebunt. Et licet omnia genera paſſionū
ſeu omne genꝰ mortis nō ſuſceperit chryſtus
in corpore ſuo: ſuſcepit tamen nō tantum eq
ualentiam ſed quaſi in infinitum ſuperequi-
ualentiam omnes penas mortis vel predicta
rū paſſionū ipoꝝ martyrū. Quod autē chry
ſti mors ⁊ paſſio fuerit per ſe grauior acer-
bior amarior doloroſior atqꝫ crudelior omni
ſimul morte atqꝫ paſſione beatorum marty-
rum nec nō ⁊ ſacratiſſimaruꝫ virginuꝫ tripli
citer probo. Primo auctoritatibꝰ. Secun
do rationibus. Tertio diſtinctione. ¶ Pri-
mo probo auctoritatibus. Naꝫ Jere. in chry
ſti perſona treñ. i. hoc aſſerit di. O vos om-
nes qui tranſitis per viaꝫ. a. ⁊. vi. ſi eſt dolor ſi
cut do. meus. glo. ſimilis. non eſt inuentꝰ do
lor nec inuenietur. Anſelmus inſuper libro.
cur deꝰ homo. c. 4. ait. Quelibꝫ parua leſio eti
am facta in corpore chryſti peior ⁊ damnabi
lior fuit q̃ꝫ eſſet deſtructio totius mundi: ⁊ q̃ꝫ
eſſet leſio quantūcunqꝫ magna vel mors infli
cta paſſibili cuilibet creature. hec ille. Deniqꝫ
glo. Ambro. ſuper verba ꝓphete. O ēs flu-
ctus tuos induxiſti ſuper me. ſic ait. cum tri-
plex fuerit in chryſto ſubſtantia videlicet car
nalis ſpiritualis ⁊ diuina: q̃ꝫuis diuina ſub-
ſtantia non ſit paſſa paſſa eſt tamen ſubſtan-
tia corporis ⁊ ſubſtantia inferior anime ſuper
omnem paſſibileꝫ paſſionē. ¶ Secundo hoc
idē probo duplici ratione. Primo ratione
nobilitatis. Secundo ratione perſonalita-
tis. ¶ Primo ratione nobilitatis. ꝙ paſſio
chryſti ⁊ mors fuit acerbiſſima ſuper omneꝫ
mortem ⁊ paſſionem ipſorum martyrum ſeu
aliarum perſonarum. Fundamentum ratio-
nis ponit phylo. li. de ſenſu ⁊ ſenſato. di. No-
biliores potentie ſunt magis apprehenſiue ꝓ
priorum ⁊ oppoſitorum contrariorum. patet
hec regula. Cum enim oculus ſit nobilior
potentia manu: manus vero ſit delicatior cal
caneo: hinc eſt ꝙ eadem percuſſio equaliter
facta in predictis: grauiorem incōparabiliter
penāꝫ ⁊ dolorem exhibebit oculo q̃ꝫ manui vl'
calcaneo. Quo preſuppoſito videlicet ꝙ quā-
to potentia vel cōplexio eſt nobilior tanto paſ
ſio doloris eſt in ea acerbior certum eſt ꝙ
chryſtus habuit nobiliſſimam cōplexionem
ſuper omnes humanas creaturas. Naꝫ no
bilitas complexionis reſpōdet nobilitati ani
me. Cū igitur chryſtus habuerit nobiliſſimā
animā concluditur neceſſario ꝙ etiam habu
it in ſua morte ⁊ paſſiōe maximaꝫ ſuper om
nes dolores afflictionem. ⁊ confirma iſtaꝫ ra
tionem ſic. Certuꝫ eſt enim vt dicit phs lib.
de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ omnis pena eſt princi-
paliter in tactu. Quod ſic patet: q2 quando ꝑ
ſona habet vnum menbrum freneticum vel
indormitatum: non ſentit quaſi nihil vl' mo-
dicum puncturas i eo factas: ⁊ propterea ha
bentes tactum nobiliorē magis ſunt paſſibi-
les. Quo conceſſo ꝙ quanto ſenſus tactus ē
viuatior tanto dolor eſt acutior: propter quod
in illis menbris in quibus magis viget ſen-
ſus tactus eſt dolor acutiſſimus: clarum ē ꝙ
chriſtus habuit ſenſum tactus ſuper omnes
creaturas viuaciſſimum: pro eo ꝙ corpus eiꝰ
fuit nobiliſſimuꝫ q2 virtute ſpiritus ſancti fu
it formatum: ⁊ illa que fuūt inmediate a deo
ſūt nobiliora meliora ⁊ perfectiora. Sicut pꝫ
de vino facto in nuptijs: vt habetur Jo. 2. q̃ꝰ
ſi ſic eſt ꝙ chryſtus habuit ſenſum tactus vi
uaciſſimum ſuper omnes reſpectu corporis
nobiliſſimi. concluditur per cōſequens ꝙ do
lor eius ſenſibilis fuit acutiſſimus ⁊ grauiſſi-
mus ſuper omnes dolores, mundi. Et ideo
quiſqꝫ verus fidelis tanto magis debet mo-
ueri ad eius compaſſionē quanto conſpicit
corpus illud nobiliſſimum per ſpiritus ſancti
operationem conceptum maiorē ſenſiſſe pe-
nā ⁊ paſſionem. ¶ Secundo etiam probo ra-
tione perſonalitatis ꝙ quelibet etiam mini-
ma leſio vel percuſſio facta in corpore chry-
ſti eſt grauior omne ſimul paſſione ⁊ morte
omnium ſanctorum martyrum. Et pro fun-
damento rationis in forma queſtionis que-
ro vtrum chryſtus fuit deus ⁊ homo ⁊ ꝑ cō-
ſequens vna tantum perſona ⁊ non plures
Ad quod breuiter reſpondet Seraphycus
Bonauen. in. 3. di. 7. ar. i. q. i. in corpore. q. d. ꝙ
ſic. Cum queritur inquit de hac locutiōe de
us eſt homo ⁊ econuerſo. vtrum ſit vera pre-
dicatio. Reſpondeo dicendum ꝙ ſm catho-
licam veritatem abſqꝫ dubio neceſſe eſt con-
cedere hominem eē deum ⁊ deum eſſe homi
nem pro eo ꝙ due nature ſunt ibi vnite ſimul
in vnam perſonam: que autem in vno ſuppo
ſito vniuntur neceſſario de ſe inuicem predi
cātur. Si accipiantur concrete propter illam

marimam philoſo. qua dicitur . Quecunq; vni ⁊ eidem ſunt inter ſe ſunt eade;:per quā etiam fundari habet virtus ſilogiſmi expoſitorij quod probat philoſophus in libro priorum. Ea que dicuntur de vno ⁊ eodem predicari de ſe inuicem . Si igitur vnus ē chryſtus qui eſt deus ⁊ homo:neceſſario oportet concludere deum eſſe hominem:⁊ hominem eſſe deum. Eſt tamen in hoc cum ſit predicatio deus eſt homo ſingularis modus predicandi. Non enim eſt talis predicatio per eſſentiam nec per cauſam nec per inherentiam ſ; eſt predicatio per vnionem. Ideo enim homo predicatur de deo quia vnitur ei in vnitate perſone. Et quoniam hec vnio eſt ſingularis non eſt mirum ſi ſingularem modum exigit predicandi. Et p hoc patet q; talis ꝑdicatio non reducitur ad alios modos predicādi conſuetos:habet tamen in ſe veritatem ſicut oſtendunt rationes ad hanc partem iducte. Et hoc quidem cōmuniter fatentur omnes doc.theologie:⁊ inſuper hoc atteſtantur ſanctorum auctoritates.vnde Athanaſius in ſimbo.ait. Sicut aīa ratioñal ⁊ caro vnꝰ ē hō: ita deꝰ ⁊ hō vnꝰ ē xp̄s. h Bo.verbal̃r. Quod aſſerēs ēt Alex.3.ex̃ de here.ca.cū xp̄s .ait.Cū xp̄s ꝑfectꝰ deꝰ ſit ⁊ ꝑfectꝰ hō:mādamꝰ ſub anatemate ne quis de cetero dicere audeat chryſtum non eſſe aliquid ſm q; homo:quia ſicut chryſtus verus eſt deus ita verꝰ eſt homo.ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens.hec ibi. Idem aſſerit Centurio Mathe.15.dicēs. Vere hic homo filius dei erat.quod confirmans inſuper Ber.lib.5.ad Eugenium ait. Tantam ⁊ tam expreſſā vniōis vim in ſe prefert ea perſona qua deus ⁊ homo vnꝰ ē chryſtus:vt ſi duo de ſe predices:non erres. Hec Augu. Et in Ench.ait.vtraq; ſubſtantia diuina ⁊ humana:filius ē vnicus dei patris. Rationem de hoc aſſignat Bonauen.vbi ſupra ad p̄tē affirmatiuā dicēs. Mediu; inqt quod optime iungit extrema ad vtrunq; extremorum comparatur ſm habitudinem ſubiciendi ⁊ predicandi. Si ergo chryſtus perfectus eſt mediator dei ⁊ hominum vel inter deum ⁊ hominem vt dicitur prime thimo.2. Et ad hebre.12.ergo deus ⁊ homo talem habent habitudinem reſpectu eiuſdem. Sed q̄ talem habent habitudinem reſpectu eiuſde; dicuntur neceſſario de ſe inicem:ergo homo predicatur de deo ⁊ deus de homine.hec ibi verbalr̃. Alexan.autē in tertia parte ſūme.i q.vtru; deus ſit homo ⁊ econuerſo.hoc ide; confirmat quod Bo. Et vlterius in.q.vbi q̄rit vtrum chriſtus ſm q; homo ſit perſona . Reſpondet in corpore.q.di.q; non.cū.n. inqt perſona dicat quaſi p ſe vnum ſonās:dico q; chryſtꝰ ſm q; hō non eſt perſona.eſt tamen īdiuiduu;.vnde ſi queritur vtrū chryſtus ſm q; hō ſit quis:ſi hoc nomē qs ſupponit generaliter ſbam generalem hoc dicere:ſi ſupponat̃ indiuiduum:dico q; eſt quis:ſi vero ſupponatur ſbam ſingularem non aliquando digniori cōiunctā ſed diſtinctā q; eſt perſona: dico q; ſm q; homo hoc mō non eſt quis.h. Alexan.verbaliter.his oībꝰ premiſſis ſeu hoc ſuppoſito q; chriſtꝰ deus ⁊ homo eſt tm̄ vna pſona:ponat̃ nūc caſus q; fiat vna pcuſſio vł leſio in corpe xp̄i certūꝰ eſt q; nō poteſt fieri illa leſio quin fiat in perſona diuina: que cum ſit in infinitum melior ⁊ nobilior omnibus humanis perſonis : neceſſe eſt omnino propter hoc concludere q; grauior eſt illa leſio p ſe quā ſimul eſſe poſſent omnes leſiones vł percuſſure que vnquam fieri poſſent in omnibus humanis corporibus: q2 ſicut prediximus non poteſt tangi vel ledi corpus chryſti quin tangatur vel ledat̃ perſona diuina. Quod cōfirmans Aug.,put recitat.Mag.i.3.di.21.ca. Recedēte.vero ait. Quicqd paſſus eſt homo non poteſt dici non paſſus deus:q2 deꝰ erat homo Quomō pōt dicere.non te paſſum iniuriā ſi veſtis tua cōſcindat̃ q̄uis veſtis tua nō ſit tu? Multo magis ergo quicqd patitur caro vnita verbo poteſt dici pati deus l; verbum nec corrumpi nec mori potuerit.hec Auguſtinus.ibi. Si igitur o fidelis anima tam q̄uis fuit ſola ⁊ minia pcuſſio p iudeos.i chriſti corpe facta: q̄to magis credis q; fuerit ſimł q̄uiores inūerabiles pcuſſiōeſ q̄ cū alapis ſpinis ⁊ flagellis facte ſūt i eiꝰ corpe bn̄dicto: Certe vt dr̃. Iſa.i. A plāta pedis vſq; ad verticē ñ erat i eo ſanitas Et Iſa.53:dr̃ vidimꝰ eū q̄ſi leproſu; o ꝑdicator ſup his fortiſſimis fūdamentis q̄ tibi feci potes te extēdere egregie per practicā inducēdo populū ad lachrymas pro vt vis. Ex predictis igitur duabus rationibus etiam patet qualiter paſſio chriſti vere ⁊ realiter fuit acerbiſſima ſup omnes paſſiones oīum hominū mūdi. ¶ Tertio hoc idē probo duabus diſtinctionibus. Prima diſtinctio eſt Alex.de alex.in tertia pte ſūme in tra

ceptatu vbi agit de q̃ʒtitate paſſionis chriſti dicentis. Cuʒ querit̃ an dolor chriſti fuerit maximus ſuper oẽs dolores. Reſpõdeo diſtinguẽdo ſm Damaſcenuʒ nãm i chriſto ⁊ etiã ratione. Si eni dolor chryſti cõſideret̃ ſʒ nãʒ maxim⁹ fuit dolor ſuper oẽs. Nã magnus ẽ dolor qui ẽ cõtra naturaʒ pacientis: maior q magis eſt cõtra nãm pacientis vel etiã ꝯtra voluntatẽ. Maior igitur fuit dolor i xp̃o quia magis fuit cõtra naturã pacientis quã in ceteris. vnde cum corp⁹ etiã fuerit optime cõplexionis ſuper omnes ⁊ optime cõueniens aie aia maxime doluit in eius flagellatione et ſeparatione q̃ʒ dolere poſſent oẽs alie anime Si vero cõſideretur maior dolor ſm q dicitur cõtra voluntatẽ pacientis hoc eſt duplicit Nã eſt voluntas naturalis ⁊ eſt voluntas ratiõis vel rõnalis. ¶ Primo mõ fuit maxim⁹ dolor in xp̃o. ¶ Secundo mõ non fuit dolor in xp̃o: qꝛ nunq̃ʒ fuit martir qui tm̃ informat⁹ charitate deſideraret mori ⁊ hoc fuit meritũ paſſionis. Si autẽ obijceres. paſſio q̃ magis hʒ ſibi cõiunctã delectationẽ mior ẽ ceteris: ⁊ q̃ maxime cõiuncta ẽ delectationi minima eſt: ſʒ cũ xp̃s ſemp̱ frueret̃ diuinitate: ergo minimã vr̃ habuiſſe paſſionem inter martyres. Rñdeo ⁊ dico q delectatio fuit in voluntate vt eſt ratio. paſſio vero in voluntate vt ẽ natura. ⁊ ideo nõ ex eadem parte fuit delectatio ⁊ paſſio. vnde oportuit q in vna pte haberet ſũmum gaudiũ vt voluntarie ⁊ ex charitate impleret paſſionẽ: ⁊ ex alia parte maximuʒ haberet ſup̱ oẽs dolorẽ ⁊ hoc vult Damaſcenus cũ loquit̃ de paſſionibus ſm naturam hec Alex. verbalr̃. Aliã diſt. ponit ſeraphyc⁹ Bo. in. 3. di. 16. ar. i. q. 2. in corp̱e. qõis di. Cum q̃rit̃ vtꝝ in xp̃o fuit dolor ſup̱ oẽs acerbiſſim⁹. Rñdeo q dolor paſſionis xp̃i inter ceteros dolores ⁊ paſſiones fuit acerbiſſim⁹: et hoc pʒ ſi illa ꝯſiderentur q̃ doloris paſſioneʒ acerbiorẽ reddũt. h ãt ſunt tria. ſ. cã paſſionis Mod⁹ paciẽdi: ⁊ cõditio pacientis. Si ꝯſideret̃ cã ob quã xp̃s paſſus ẽ fuit in eo doloris afflictõ magna: ñ eni patiebatur ꝓ culpa ꝓp̃a imo p̱ aliena: nõ ꝓ amicis tm̃ ſʒ etiã ꝓ inimicis: ⁊ ẽt ꝓ his quos videbat ingratos. Si aũt ꝯſideret̃ modus paciẽdi fuit i eo paſſio doloris acerbior: tũ pp̱ generalitatẽ: qꝛ in oib⁹ mẽbris affligebat̃: tũ ẽt pp̱ cõtinuitatẽ: qꝛ ſuſpẽdiũ ei⁹ cõtinuabat̃ ⁊ claui adeo affligebãt pẽdẽtẽ ſic affixerũt qñ man⁹ ei⁹ ⁊ pedes ꝯfodiebãt in qb⁹ maxia erat afflictio pp̱ neruos ⁊ muſculos ibidẽ cõcurrẽtes: in qb⁹ p̱cipue viget ſẽſus. Si vero ꝯſideret̃ q̃itas ſiue cõditio pacient(maxia vtiq̃ʒ erat afflictio pp̱ maxiaʒ cõplexiõis eq̃litatẽ ⁊ pp̱ ſẽſus viuacitatẽ. vñ qꝛ nullus potuit ei adeq̃ri nec i eq̃litate cõplexionis nec i viuacitate ſenſus. Idcirco dolor illi⁹ oiuʒ doloꝝ fuit acutiſſim⁹ ⁊ maxim⁹ ⁊ iõ dei gr̃as q̃ʒtas poſſum⁹ referam⁹: ſi quo mõ donet̃ nobis vt tã g̃uit paciẽti cõpaciamur. h Bo. verbalr̃. Ex p̱dictis igit̃ auctib⁹ rõnib⁹ atq̃ʒ diſtictiõib⁹ vidiſti aia xp̃iana ſcd̃ʒ miſteriũ paſſionis xp̃i qd̃ dr̃ miſteriũ acerbitatis i quo clare itellexiſti q xp̃i paſſio fuit grauior acerbior ⁊ amarior atq̃ʒ doloroſior oĩũ ſiml̃r morte ⁊ paſſione btõꝝ martyꝝ: pp̱ qd̃ tanto magis teneris ei ꝯpati: q̃ʒto magis ſup̱dcãm paſſionẽ ꝓ amore ſalutis tue paſſus ẽ.

De tertio miſterio ſacratiſſime paſſionis xp̃i quod dr̃ myſterium ſpetialitatis.

T Ertiũ deniq̃ʒ myſteriũ d̃ ſacratiſſima xp̃i paſſione ꝯtẽplandũ dr̃ myſterium ſpãlitatis. Poſtq̃ʒ itellexiſti aia duota neceſſitatẽ ⁊ acerbitatẽ paſſionis tui ſaluatoriſ hẽo tibi nũc oñdere ſpetialr̃ q̃t ⁊ q fuerint dolores illi acerbiſſimi q adeo ip̃m xp̃m anguſtiauerũt q ip̃m crudelit̃ mori cogerũt. hoſ tñ dolores xp̃i acutiſſimos. o tu euãgelice p̱dicator cã ꝓlixitat(euitãde tibi breuit̃ declarabo: ⁊ ẽt tu breuit̃ tranſcurrẽ poteris p̱dicando: qꝛ ſic ſm platonẽ i thimeo. Subiectis bñ diſpoſitis ſtati ⁊ ſine retardatiõe forma ip̃ri mit̃: ſic facilit̃ poteris iducẽ ⁊ quaſi cogẽ pp̱l̃ʒ ad lachrymãdũ: exquo ſufficienti auditores p̱ duo myſteria p̱cedẽtia ad fletuʒ ⁊ lachrymaſ fuerũt diſpoſiti. Accipe igit̃ o fidelis aia vt habũdãti⁹ ad lachrymas iducaris ꝓ eius paſſione ceteris omiſſis pro nũc ſeptẽ ſpãles acerbiſſimos atq̃ʒ acutiſſimos dolores quos xp̃s hodie ꝓ amore tuo atq̃ʒ ſalute ſuſtinere dignat⁹ ẽ. Quorũ p̱m⁹ dr̃ dolor ſatiſſactiõis. Scd̃s dr̃ dolor ſepatiõis. Terti⁹ dr̃ dolor flagellatiõis. Quart⁹ dr̃ dolor cõfuſiõis. Quit⁹ dr̃ dolor cõculcatiõis. Sext⁹ dr̃ dolor abbreuiatiõis. Septim⁹ dr̃ dolor mortificationiſ. ¶ Prim⁹ igit̃ dolor acerbiſſim⁹ amariſſimus atq̃ʒ acutiſſimus quẽ hodie ꝓ te o popule chryſtiane ſuſtinuit dñs Jeſus dr̃ dolor ſatiſſactiõis. ꝓ quo d̃clarãdo ſciẽdũ ẽ q i xp̃o fuit triplex diuerſa ſba. ¶ Prima fuit diuina: ⁊ hec hodie nec fuit paſſa nec pati potuit

vnde Aug.prout recitat Marchus in tertio
di.2j.c.recedente.ait. Si quis dixerit aut cre-
diderit dei filium paſſũ anathema ſit hec ille
¶ Secunda fuit corporalis ⁊ hec vt inferius
declarabitur acerbum dolorem paſſa eſt.
¶ Tertia fuit ſpecialis que nihil eſt aliud q̄ȝ
eius anima ⁊ h̄ ſ̄m ptē inferiorē grauiſſimũ
dolorē paſſa ē:⁊ adeo dolor mētis chriſti fuit
grauis ꝗ minimus dolor exceſſit incompa-
rabiliter oēs dolores ſui corporis:⁊ h̄ dolor
mentalis xp̄i tantus fuit in eius aīa pp offen
ſiões ꝯ prēm ſuũ celeſtē factas. Nā preuidit
anima xp̄i benedicta ab inſtāti creatiōis ſue
in vtero virginali:ex vnione cũ diuino verbo
omnia peccata hominum tam preterita quā
preſentia ⁊ futura. Et hoc ideo fuit quia re-
ſpiciens in verbo in quo omnia relucent tan
quā in ſpeculo quodam:habuit cognitionem
omnium rerum preteritarum preſentium ⁊
futurarum. Quoniam igitur omnia peccata
preterita preſentia ⁊ futura erant contra ho-
norem vel inoffenſionem ſui patris celeſtis:
⁊ etiam contra animarũ ſalutẽ. Ideo vt pa
tri celeſti pro eius offenſis ſatiſfaceret qui ne
quaq̄ȝ volebat peccatum aliquod dimittere
impunitum ⁊ inſuper a morte ad eternam vi
tam animas reuocaret:voluit nimia deuict⁹
charitate in ſe ⁊ in anima ſua tot ſingulares
dolores ſuſcipere quot ſingularia fuerant pec
cata cōmiſſa ſeu in poſterũ cōmittenda. Et
tantũ inſuper pro qualibet culpa dolorem in
anima ſuſtinuit:q̄ȝtum grauis erat ſui patris
iniuria. Et quia celeſtis pater infinite erat bo
nitatis. Iccirco culpa contra eum cōmiſſa:
erat infinita:⁊ per conſequens chriſtus vt pa
tri ſatiſfaceret pro qualibet iniuria ſingulari
ter infinitum dolorem voluit ſuſtinere. Et ſi
dolor vnus culpē tantus fuit ꝗ in infinitum
excederet hominum omnium penas: cogita
queſo anima quāta fuerit pena anime chriſti
que pro peccatis innumerabilibus innumera-
biles in ſe ſuſcepit penas. Proinde de mul-
titudine peccatorum videlȝ cordis oris ⁊ ope
ris que homines comittunt propha dicit. Di
numerabo eos.ſ.hominum defectus: ⁊ ſuper
arenam multiplicabuntur. Et ꝗ chriſtus in
anima ⁊ corde ſuo hodie tot penas dolores ⁊
vulnera ſuſceperit quot ſunt vel fuerunt om-
nia peccata hominũ preterita preſentia ⁊ fu-
tura:ſiue ſint peccata cōdis ſiue oris ſiue ope
ris quadruplr̄ probo. Primo auctoritate
Secundo ratione. Tertio ſimilitudine.
Quarto ſignificatione. ¶ Primo probo au-
ctoritate ꝗ chriſtus hodie ſatiſfecit patri ſuſci
piens in ſe ſingulariter tot penas quot fue-
runt peccata hominum preterita preſentia ⁊
futura. Unde Iſa.53.c.dicit. Vere langores
noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipſe por-
tauit: ⁊ nos reputauimus eum quaſi leproſũ
⁊ percuſſũ a deo ⁊ humiliatum: ipſe autē vul
neratus eſt propter iniquitates noſtras attri
tus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pa-
cis noſtre ſuper eũ cuius liuore ſanati ſumus
omnes nos quaſi oues errauimus:vnuſq̄ſq̄ȝ
in viā ſuā declinauit:⁊ poſuit dn̄s in eo iniq̄-
tem omnium noſtrũ. h̄ ibi. propterea Mat.
26.apoſtolis in orto exiſtētibus dicebat. Tri-
ſtis eſt anima mea vſq̄ȝ ad mortem vbi etiā
gloſa dicit tantam triſtitiā in anima ſuſcepit
chriſtus:quātam peccati malitiam homines
cōmiſerunt. ¶ Secundo hoc idem probo vni
ca ratione videlicet equalificationis. Funda-
mentum rationis ponit philoſophus.5.ethi-
corũ di. Pena taxatur in opere iuſtitie ſ̄m
quantitatem culpe. Quo conceſſo certum eſt
ꝗ culpa tanto eſt grauior quāto pſona con-
tra quam ꝯmittitur eſt nobilior prout expreſ
ſe habetur.22.q.j.c.monet. Item.12.q.2.c.glo-
ria. Item.27.q.j.c.nuptiarũ. Et extra de ſen.
exco.c.illorũ. Sed clarum eſt ꝗ nobilitas pa
tris celeſtis cōtra quē culpe cōmittuntur eſt
infinita:ergo oportuit hodie chriſtum tot pe-
nas pati quot peccata homines cōmiſerant
⁊ cōmiſuri erāt:⁊ precipue cum pater celeſtis
vt dr̄ Job.24.nihil inultũ pati volebat: ⁊ in
ſuper quia ipſe chriſtus cum eſſet deus ⁊ hō
⁊ per conſequens virtutis infinite ſolũ ſatiſ-
facere poterat. Quod totũ confirmās Moy
ſes deutero.25.dicebat. Scd̄m mēſurā de
licti erit ⁊ plagarũ modus. Cogita igitur hec
o fidelis anima. quot penas hodie ſagittas
⁊ vulnera i corde ſuo chriſt⁹ ſuſcepit. ¶ Ter-
tio hoc idem probo ſimilitudine.ſ.ꝗ chriſtus
vt patri ſatiſfaceret in ſe ſuſcepit omnes pe-
nas peccatis noſtris debitas. Nā ponatur
ꝗ eēt filius ſūmi regis vel imperatoris q vi-
deret dilectum patrem ſuum a viliſſimis ri-
baldis per lutū ⁊ ſtercus per capillos ⁊ bar
bam cōtumelioſe trahi:⁊ pugnis ⁊ calcibus
os ⁊ faciem eius contundi:quanta credis q̄-
ſo amaritudine repleretur:vtiq̄ȝ tanta quan-
tum diligeret eum:⁊ quanta in eo vulnera fa

cta fuiſſent. Q̄ð ſi ſic faceret talis filius.mul
to perfectius hoc facit chriſtus cum excede-
ret in charitate omnes filios hominū. O igi
tur quātos dolores:q̄ꝫtas ſagittas:q̄ꝫtas pe-
nas:quantaſqꝫ amaritudines hodie domine
ieſu vt patri ſatiſfaceres ⁊ nos redimeres in
corde tuo ſuſcepiſti.¶Quarto deniqꝫ ꝓbo ſi
gnificatione.ꝙ ſcilicet chriſtus hodie in cor-
de ſuo inumerabiles ⁊ infinitas penas pro
nobis ribaldis ⁊ peccatoribus ſuſcepit. Naꝫ
philoſophus.ſcðo priorum dicit.Signum eſt
propoſitio demōſtratiua faciēſ fidem ⁊ per ſi
gna corporis nobis nota ſilogizamus inquit
diſpoſitiones anime nobis ignotas . Quod
ſic patet. Nam per ſudores ⁊ ſigna que ap-
parent ab extra in corpore infirmi iudicat ſa
piens medicus de infirmitatibus que intrin
ſecus latent. Hoc modo quiſqꝫ chriſtianus
poteſt iudicare quot hodie chriſtus intrinſe-
cus in corde pro peccatis noſtris inmenſas
ſuſcepit penas dum conſpicit chriſtum ab ex
tra per corpus emittere inmenſum ſudorem
ſeu inmenſas guttas ſanguinis . Cum enim
vt habet Mat.26.chriſtus ter in orto ab apo
ſtolis ſeparatus oraſſet di. Pater mi ſi poſſi
bile eſt tranſeat a me calix iſte . Stati vt dici
tur luc.22.Factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſā
guinis decurrentis in terram.Qui vtiqꝫ ſu-
dor ſanguineuſ per genas oculos ⁊ totū chri
ſti corpus egrediens:vtiqꝫ ſignificabat ma-
ximas penas ſui cordis quas pro peccatꝰ no
ſtris tollerabat.Et licet ſenſualitas propter ti
morem mortis iminentis ſic diſſolueretur:
tn̄ rō faciebat ſic corpus in ſanguinem diſſol
ui propter ſatiſfactionem peccatorum noſtro
rum. Proinde Bernar.in ſermone de mirā
dis beneficijs humane redemptionis.qui in-
cipit Jeſū nazarenum.ſic ait. Anguſtias tui
cordis domine ieſu certiſſime īdicabat ſudor
ille ſanguineus pro nobis effuſus:qui oratio
nis tempore abūdāter de carne tua ſanctiſ-
ſima decurrebat in terram: Vt igitur amo-
ris erga te ⁊ gratitudinis ſtimulos habeamꝰ
veram ⁊ naturalem carnis infirmitatem his
indicijs ī te expreſſiſti quibus doceremur:qꝛ
vere langores noſtros portaſti ⁊ non abſqꝫ
ſenſu doloris vt quidam exiſtimant paſſionū
ſentes percurriſti.h̄ ille.Adde ꝙ licꝫ magnas
penas ſuſciperet pro peccatis proximorū ma
xime tamen dolorem ſuſcipiebat inmenſum
pro iniurijs ⁊ blaſphemijs:quas videbat fie-
ri debere contra matrem ſuaꝫ:precipue quia
videbat ꝙ aliqui eā appellarent meretricem.
aliqui figerent gladios in pectore:⁊ in oculoſ
hymaginis eius et huiuſmodi . Ex predictis
auctoritate ratione ſimilitudine atqꝫ ſignifi-
catione vidiſti anima primum dolorꝫ acer-
biſſimuꝫ tui ſaluatoris. In quo etiam lachry
mas ſanguinis ꝓ te effudit:vt ex hoc ⁊ tu ſal
tem pro ipſo lachrymas aquarum effundas
qui dicitur dolor offenſionis.

S Ecundus inſuper dolor acerbiſſimꝰ
amariſſimus,atqꝫ acutiſſimus queꝫ
hodie ſuſcepit chriſtus:dicitur dolor
ſeparationis.Inmēſum quidem dolorꝫ vl-
tra predictum chriſtus ſuſcepit:quādo a dul-
ciſſima matre ſua ſe propter nos ſaluandos
ſeparauit.Sicut eni dicūt deuoti tractatores
⁊ cōtemplatores dominice paſſionis:dulciſſi
mus dei filiꝰ die mercurij trāſacta poſtq̄ꝫ ce
nauit cū matre ſua dulciſſima in domo mar
the ⁊ Marie eadeꝫ ſequenti nocte iugiter cū
ipſa vigilauit.Cui ſingulariter totum curſum
⁊ miſterium ſue mortis ⁊ paſſionis aperte re
uelauit. Dicere nanqꝫ potuit. O amantiſſi-
ma mater o virgo benedicta qꝛ ſequenti ma
ne receſſurus ſum a te ⁊ velut agnus īnocēs
⁊ īmaculatus propter humani generis ſalu-
tem a iudeis ſum mortem ⁊ crucifixioneꝫ cru
deliter ſuſcepturꝰ. Decreui vltra mētales pe
nas meas tibi omnes futuros dolores mei
corporis pandere.Qui vtiqꝫ quaſi infiniti ⁊
inumerabiles erunt.Scis enim eſſe de me ꝓ
phetatum Iſay.primo.ꝙ a planta pedis vſqꝫ
ad verticem non debet in corpore meo eē ſa
nitas.hoc iccirco tibi ſtatui reuelare vt cū ea
videris conſtantius te munire poſſis armis
paciētie atqꝫ cōſtantie.vides igitur o inteme
rata mater vt a vertice incipiaꝫ hos capillos
meos pulcherrimos ⁊ nazerenos quos fer-
rum non tetigit quiqꝫ veluti fila auri appa-
rent certe craſtina die ab ipſis perfidis ⁊ ini
quis iudeis per modum triciarum in palatio
Cayphe ⁊ Pilati tota nocte trahentur ⁊ ſic
quaſi omnes euellentur que euulſio tātos ge
nerabit ī capite meo dolores quot capilli de
ipſo extrahentur . Et ſic extractio vnius ca-
pilli propter delicantiam ⁊ teneritudinem ca
pitis mei generabit in me inextimabileꝫ do
lorem:quantus ergo erit dolor meus quaſi
de omnium extractione:cum hoc videris ha
beas queſo pacientiam . Vides inſuper . O

amariſſima mater caput meū delicatiſſimū
nūc eſſe ſine vllo vulnere ⁊ pena:ſed heu me
craſtina die videbis ipſum mille ſpinis ma-
rinis perforatum: ita vt cerebrum de eo egre
diatur. Et inſuper videbis ipſum vulneratū
cum arundinis ⁊ baculis. Et ſi ſola ſpina ⁊
ſoli baculi ictus quaſi infinitam penam da-
bit in corde ⁊ capite meo:ꝗ̃to magis tot ſpi-
ne totꝫ baculorum percuſſiones. Cum hoc
videbis patientiam habeto queſo. ¶ Vides
etiā nunc dulciſſima mater aures meas que
audire ſolent angelorum cantus ſine vlla pe
na eſſe: ſed heu craſtina die audient iugi-
ter a iudeis crucifige crucifige hic eſt maleſa-
ctor ⁊ populiꝗ ſeductor. ¶ Vides ēt mater
nunc oculos meos letos eſſe claros ⁊ imacu
latos:ſed heu cras videbis eos a iudeis ve-
latos languentes lachrymoſos ⁊ clauſos in
morte:ita vt te amplius videre neqant. ¶ Vi
des etiam nunc virgo benedicta genas ⁊ ma
xillas meas imaculatas eſſe ⁊ ſine pena ſed
heu cras ſuſcipient quaſi alapas infinitas ⁊
luto ſputoꝫ putrido iudeorū penitus defor
mabuntur:cū hec videris habeas patientiā
queſo. ¶ Vides inſuper os meum omni dul
cedine plenū:ſed heu cras aceto ⁊ felle ama
riſſimo replebit. ¶ Vides nūc ſpatulas ⁊ hu-
meros meos nihil habere pene:ſed heu por-
tabunt cras ſuper ſe grauiſſimam crucem ꝓ
pter quam vt videbis cadam in terra. ¶ Vi
des nunc brachia ⁊ manus meas ſine pena
eſſe:ſed heu cras brachia extenſa erunt in cru
ce manuſꝫ eidem cruci magnis ⁊ crudelibꝰ
clauis tranſfire. ¶ Vides nunc pedes meos
⁊ dextrum latus ſine vllo dolore eſſe:ſed heu
cras videbis latus perforatū lancea:pedeſꝫ
magnis clauis cruci affixos. ¶ Vides inſup
barbam meam integrā eſſe:ſed heu cras vi
debis eam fere totam depilatam. ¶ Vides
nunc totum corpus meum ſanum eſſe: ſed
heu cras videbis eum ſm Bernar. ſex milli
bus ſex centis ⁊.66. plagis ad colūnam vul-
neratum. Quid plura: O mater dulciſſima
hodie me vides viuū: ſed heu cras me vide
bis in cruce capite inclinato ex nimio dolore
defunctum. Cum hec omnia videris queſo
patientiam habeas. Que ſimul omnia cum
diceret mater audiēs lugēs lachrymas emit
tebat. Que lachryme erant tot gladij tot ia-
cula tot enſes totꝫ nouacula ſeu raſorij cor
penetrantes ipſius chriſti ⁊ ſagittantes. Qui
bus dictis mater piiſſima dolore gladiata ꝗ̃
ſi loqui non valens:extendit brachia ſua ſu-
per colum filij ſui:⁊ ſtringens eum ſemimor
tua cecidit. Que amplexatio ⁊ ſi dulcis vide
retur tamē fuit amarior chriſto omnibꝰ paſ-
ſionibꝰ preſentis vite. Quoniam tunc vidit
chriſtus ꝙ anima virgis ſuſcipiebat in ſeipa
omnes dolores ſuos.i.in anima ſua ⁊ iō chri
ſtus tunc reaccepit omnes dolores matris
per compaſſionem. Reuerſa tandem poſtmo
dum in ſe dicebat. O dulciſſime filij vt quid
te concepi infelix ⁊ doloroſa mater. Ex quo
ſic crudeliter flagellari debes ⁊ mori. Si fieri
poteſt rogo te hanc ſententiam reuoces:tunc
chriſtus cum iam mane factum eſſet humi-
liter genuflexit ante matrē petens ab ea be-
nedictionem ⁊ di. Quod ſic fieri neceſſe erat
Tunc mr̄ ingemiſcens dixit heu fili mi. Que
vnquam mater eſſet que filium benediceret
eiꝫ licētiā daret vt iret ad furchas ⁊ ſuſpen-
dium. Cui filius. Dilectiſſima mater quoniā
ſic a patre meo diffinitū eſt de duobus vnū
elige. Aut benedic me vt crucifigi vadā ⁊ ſic
humanum genus ſaluabitur:de quo nullus
per ſex milia ⁊ ſex centum ānos potuit para-
diſi portam ingredi pro peccato primi paren
tis. Aut ſi non vis ꝙ crucifigar propter hoc
totum humanū genus dānabitur. Cui virgo
o fili mi quoniā nimis diligo ſalutem huma
ni populi iccirco ſm rationem licet nō ſꝫ ſen
ſualitatē contenta ſum ꝙ moriaris ⁊ crucifi
garis. Et ſi haberem mille filios:tibi ſimiles
omnes illos vellē crucifigi vt vel ſic hūanū
genus ſaluaretur. Quid plura: Ecce ꝙ ego ſi
neceſſe eſt etiam tecum pro humani generis
ſalute parata ſum crucifigi. O charitas imen
ſa. O amor ineffabilis o dilectio incompara-
bilis virginiſ glorioſe circa nos. Quis eſt iſte
o virgo tam ribaldus.⁊ infelix qui te non di-
ligat: Quis eſt qui te de cetero amplius blaſ
femare preſumat: His dictis extenſis bra-
chijs benedixit filium in omnibus membris
ſuis a capite ad pedes ⁊ ſimiliter omnia eius
membra non ſine maximo profluuio lachri-
marum dulciter oſculata eſt. Sentientes aūt
Martha ⁊ Maria atꝫ apoſtoli magnos ſin
gultus chriſti ⁊ virginis glorioſe venerūt ad
eos. Et proſtrata magdalēa dicebat. O Ma
giſter bone quid eſt hoc quo vis ire. An ne-
ſcis quia iudei conſiliū fecerunt vt te occidāt
Ecce ſi vadis in ieruſalem crucifigent te in-

dei. A noli queſo ire propter amorem meum ⁊ propter amorem dulciſſime matris tue: ſed hic ſta ad faciendum paſca nobiſcū. Cui chriſtus. O filia benedicta magdalena ardentē amorem tui cordis video: ſed non ſapis que pro ſalute humani generis neceſſaria ſūt: ſcito igitur ꝙ me oportet comedere paſca in ieruſalem ex precepto patris ⁊ ibi omnia que de me ſcripta ſunt adimplere vnum tantum a te peto ꝙ plus ſolito meam dulciſſimā matrem habeas cōmendatam: ⁊ ei cum ſit paupercula amore mei ſubuenias. Non eni tibi ingratus exiſtā. quibus dictis videns ꝙ non proficeret proſtrata cū maximis lachrymis pedes domini Jeſu perſtringēs oſculata eſt ⁊ petens benedictionem a chriſto eam benedixit. Hoc idem fecit Martha alieqꝫ Marie totumqꝫ collegium apoſtolorū. Poſt hec cum poſtularet mater Martha ⁊ Maria vt eis concederet ꝙ ſecum iret in ieruſalem renuit omnino di. ſolum apoſtoli mei ſi volūt mecum venire poſſunt. Qui omnes dixerūt eamus ⁊ moriamur cū eo. Tunc benedicēs matri cum ſolis apoſtolis receſſit dimittens tamen cor ſuū in pectore matris ſue: qꝛ ſm Bernar. anima plus eſt vbi amat ꝙ̄ vbi animat. Virgo autem ꝙ̄diu poterat videre filium poſt eum lachrymoſa ⁊ lamentabili voce clamabat di. O fili mi. o amor me⁹. o ſpes mea vnica. o refugium meum. O gaudium anime me. o dulce refrigerium corporis mei quo vadis? Que omnia verba audiens fili⁹ penetrabant animam ſuam: ⁊ erant tot ſagitte eius intima ſagittantes: ſeu tot raſorij cor eius dulciſſimum radentes. Ex predictis omnibus vidiſti anima ſcōꝫ dolorē acerbiſſimū tui ſaluatoris: quem habuit ex eius ſeparatione a ſua matre benedicta: qui dictus fuit dolor ſeparationis.

T Ertius inſuper dolor acerbiſſimus amariſſimus atqꝫ acutiſſim⁹ quē hodie pro hūani generis ſalute chriſtus ſuſcepit dicitur dolor flagellationis. vltra predictos dolores inmenſum dolorem etiam chriſtus habuit dum crudeliter flagellatus fuit: trib⁹ enim vicibus o fidelis anima pro te chriſtus flagellatus fuit ſeu triplex fuit chriſti flagellatio. Prima crudelis fuit. Secūda crudelior. Tertia crudelliſſima. ¶ Prima igitur flagellatio crudelis quam chriſtus ſuſtinuit facta fuit ei dum duceretur ab orto vſqꝫ ad domum Anne. poſtquā enim chriſtus a matre diſceſſit ⁊ in ieruſalem deuenit: ⁊ ibi in cena ſimul cum apoſtolis paſcalem agnum comedit: pedes diſcipulorum lauit: corpus ⁊ ſanguinē ſuum eiſdem apoſtolis dedit: eiſqꝫ ſermonem poſt cenam ſm Joannē plenum charitate fecit: poſtꝙ̄ eorū diſperſionem futuram eis predixit: poſtꝙ̄ ortum trans torrētem cedron ingreſſus ter patrē exorauit. Et in tertia oratione angelum de celo cum confortantem habuit. Ecce ꝙ traditor Judas cū magno exercitu armatorum in orto aduenit ipſumqꝫ chriſtū oſculatus eſt ⁊ ſalutauit di. Aue rabi: ⁊ cum ipſum chriſtum Judas ſalutaſſet ⁊ chriſtus ipſe dixiſſet. Quem queritis illiqꝫ omnes clamaſſent ieſum nazarenum: ſtatim vt dicitur Joānis. 18. Omnes retrorſum ceciderunt in terram. poſt quod factum cum chriſtus ſponte in eorum manibus propter ſalutem noſtram ſe ponere volens dixiſſet: dixi vobis qꝛ ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos abire: ſtatim poſt reſtitutam auriculam ſeruo pontificis quam ei Petrus abſciderat. Cohors vt dicitur Joan. 18. ⁊ tribunus ⁊ miniſtri iudeorū comprehenderūt ipſum ieſum ⁊ ligauerunt eū ⁊ adduxerunt eū primum ad domū Anne qui erat ſocer Cayphe qui Cayphas pōtifex erat āni illius. Dū autem duceretur ligatus vt dicit Joā. ab orto ad domum Anne: cogita queſo anima ꝑut dicunt deuoti tractatores dominice paſſionis quot percuſſiōes ⁊ flagella per illam longam viam chriſtus ſuſtinuerit. Cū enim eēnt pedes xp̄i nudi ⁊ diſcalciati ⁊ huc atqꝫ illuc ab eiſdem miniſtris ducerec̄ ⁊ traherec̄: piecredendū eſt ꝙ ſepius cum in lapides impingebat ſacrum ⁊ delicatum ſanguinem ꝑ viā effundebat. Conſidera etiam queſo qualiter aliqui cum baculis ⁊ fuſtibus ſeu lanceis percutiebant eius tibeas: alij vulnerabant eius brachia eius humeros eiuſqꝫ ſacratiſſimum caput: ⁊ adeo grauiter eum in predictis ledebant ꝙ quaſi eius tenerrima ⁊ delicatiſſima oſſa confringebant poſtquā autē cum predictis ⁊ pluribus alijs: percuſſiōibus ad domū Anne pontificis ieſum deduxerunt: tunc vt dicitur Joan. 18. Anna pontifex ipſū interrogauit de doctrina ⁊ diſcipulis eius. Cui cum reſpondiſſet ieſus. Ego palam locutus ſum mundo ⁊ ſemper docui in ſynagoga ⁊ in te-

plo in quo omnes iudei conueniũt ⁊ in occul to locut⁹ ſũ nihil: qd me iterogas iteroga eos q me audierũt. Stati his dicti vn⁹ aſſiſtẽs mini ſtrorum vz Malchus cui ipſe chriſtus ſm glo. auriculam abſciſſaz ſanauerat dedit ma gnam alapam Jeſu di. Sic reſpondes pon tifici propter quam alapam tam enormiter ſuſceptam omnes eius dentes cum in tener rimis oſſib⁹ ſeu ganaſſa radicati eẽnt contre muerunt ⁊ cõmoti ſunt. Et cum ſic eum per cucientem poſſet facere ſtatim a terra abſor bere: nihil mali ei fecit ſʒ humilit ei dixit. Si male locutus ſum: teſtimoniũ perhibe de ma lo: ſi autem bene qd me cedis. Moraliza tu p̄ dicator omnia ſupradicta prout tibi placʒ. Ex prefactis igitur vidiſti anima primam fla gellationeʒ ⁊ percuſſionem quam chryſtus i corpore ſuo amore tuo portauit. ¶ Secunda flagellatio quam etiam o chryſtiana aia fili⁹ dei pro te ſuſcepit facta fuit in domo caiphe Nam vt Jo. 18. dicitur. poſtq̄z chryſtus ala paʒ ſuſcepit in domo anne: ſtatim Anna eo dem ſero miſit eum ligatum vt ibidem dici tur ad cayphan pontificẽ: ante quem cuʒ fu iſſet adductus produxit Caiphas ante ipſum multos teſtes falſos. Et cum non eſſet cõue niens eorum teſtimonium: adducti ſunt duo alij falſiſſimi teſtes di. Ecce audiuimus eum dicentẽ. Ego diſſoluam tẽplum hoc manu fa ctum ⁊ poſt triduum aliud non manu factuʒ reedificabo. Item dixit q2 filius dei ſuʒ ego ⁊ q2 non licet cenſum dare ceſari. Et cum cõ tra predictos teſtes nihil chryſtus reſponde ret: tunc exurgẽs ſũmus ſacerdos. i. Cayphas vt dicitur Mathe. 14. dixit ad Jeſum. Non reſpondes quicq̄z ad ea que teſtificantur cõ tra te. Et cum chryſtus taceret rurſus Cay phas iterogauit eũ di. tu es chryſtus fili⁹ dei benedicti? Cui criſtus reſpondit. Tu dixiſti q2 ego ſum. Et iterum videbis filium hominis ſedẽtem a dextris virtutis dei ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc cayphas ſcidit veſtimẽta ſua ⁊ ait. Quid deſideram⁹ deſideramus te ſtes. Audiſtis blaſphemiam quid vobis vide tur. Tunc omnes clamauerũt. Reus ẽ morti Quib⁹ dictis xp̄s crudeli⁹ quam primo p̄ to tam illam noctem a miniſtris flagellatus fu it. Nã quinqʒ mala vt dicitur luc. 22. ⁊ Ma. 14. tunc ei fecerunt. Nã primo miniſtri de vo luntate cayphe cedebant eum vt dicitur Luc. 22. i. acriter per totum corpus eius percutie bant. ¶ Secundo velauerunt oculos eius. ¶ Tertio percutiebant eius faciem. ¶ Quar to illudebant ei. dicẽtes. propheti͡ça quis eſt qui te percuſſit. ¶ Quinto vt dicitur Mat thei. 14. iugiter conſpuebant in faciem eius hec quinqʒ ponuntur in dictis euangeliſtis. Duo alia iniquiſſima mala ponit ſanct⁹ An tonius de padua in ſermone veneris ſancti ⁊ dicit q̧ per totam illam noctem poſtq̄z cay phas iuit dormitum ſerui eius dyabolici ſub quorum cura chryſtum cõmiſerat fecerunt tricias de capillis Jeſu longiſſimis: ⁊ bar ba eius: ⁊ ſic noduʒ per terram hinc inde tra hebant. Et tunc quaſi cuʒ totum depillaue runt ac p̄ ſingula loca capillorum extractoꝝ ſanguis recentiſſimus egrediebatur. Et ad dit q̧ poſtquam eum ſic crudeliter vulnera uerunt ſtatim nudũ in vas ſeu dolium aqua frigidiſſima plenum eum ſubmerſerunt pro pter quod nimis ex hoc anguſtiatus patrem orabat di. illud p̄s. Saluuʒ me fac deus quo niam intrauerunt aque vſqʒ ad animam me am. Addunt aliqui dominice paſſionis com templatores q̧ virgo quando hec fiebant non erat ibi⁹ ſed in bethania propter quod. Joan. timens ne chryſtus propter nimia flagella moreretur ante mane ad ipſam iuit. Que cum poſtularet quid eſſet de filio quaſi loqui non valens vt cunqʒ reſpondit dicens Aymeo dña paradiſi ecce q̧ filius tuus iam eſt ad collum fune ligatus totuſqʒ flagellat⁹ ſanguineqʒ cruentatus et omnes diſcipuli cum ſolum in manibus illorum canum iu deorum reliquerunt. Tunc virgo ſemimor tua poſtulauit Madalenaʒ ⁊ alias marias. ⁊ ſimiliter cum Joãne circa mane iuit ad do mum Cayphe ibiqʒ inuenit petrum foras ex tra atrium amare flenteʒ ⁊ capillos cum bar ba pre dolore ſibi extrahenteʒ pectuſqʒ ſuum acriter percucientem. Quod ideo faciebat q2 ter dominum ſuum negauerat. Cui cum vir go diceret o fili Petre quid actum eſt de fi lio meo ipſe reſpondens ⁊ eã apud portam palatij ducens flens dixit. Audi mater quid fit de filio tuo. Tunc audiens virgo obpro bria ⁊ percuſſiones filij cum ingredi non poſ ſet nec fineretur vt euʒ iuuaret lachrymabili ter dicebat. o. fili mi quis mihi det vt moriar p2o te. o. fratres mei Judei eſtote queſo bñia ni erga filiũ meũ ⁊ alia mlta dicebat Extẽde re i p̄dictis, p̄ut tibi plʒ. Ex p̄fatis ẽt vidiſti ani

ma ſecundam flagellationem crudeliorem
prima quam chriſtꝰ in corpore ſuo amore tuo
portauit. ¶ Tertia deniqȝ flagellatio quam o
fidelis anima filius dei pro te ſuſcepit: ⁊ que
crudeliſſima fit ſuper duas predictas: facta
fuit in atrio pilati. Sicut enim dicitur Joan.
18. ⁊ Mat. 15. facto mane ſtati Cayphas cuȝ
ceteris ſenioribus ⁊ ſcribis totoqȝ concilio
adduxit ieſum vinctum ⁊ ligatum ad Pila-
tum vt eum ſententiaret ad morteȝ ſecuȝ du
cens predictos falſos teſtes vt contra ipſum
teſtificarentur. Sciens igitur Pilatus vt di
citur Mat. 27. ꝙ per inuidiā phariſei ei chri
ſtuȝ tradidiſſent: voluit eum plures liberare
quod etiam diuerſis modis temptauit. Pri
mo allegando ſuā inocentiā di. Ego nullam
cām mortis inuenio in eo. Vidēs aūt qꝛ hec
eā iudeos ad irā ampliuſ prouocaret accepit
ſcđam viā tranſmittendo eum ad herodem
tanq̄ȝ galileum ⁊ ſibi propria dn̄atione ſub-
iectum credens ꝙ herodes nō iudicaret euȝ
ſȝ liberaret ſubditū ſuū. Cūqȝ nec ſic profeciſ
ſet ſed magis illi eum dignum morte accla-
marent: tūc cogitauit ſaciare iudeorū īpieta-
tatem: ⁊ propterea vt dicitur Jo. 19. Juſſit eū
flagellari: ꝑꝑ qđ ad colūnā ligatꝰ ⁊ totus de-
nudatus: a capite ad pedes fuit acriter flagel
latꝰ. Que flagellatio crudeliſſima ⁊ amariſſi-
ma fit ſeptēplici reſpectu. ¶ Prio reſpectu te
neritudinis corporalis. cum enim xp̄s habe-
ret carnes tenerrimas ⁊ delicatiſſimas ſup
omnes creaturas. minima percuſſio in eis fa
cta eas miro modo dilaniabat. ¶ Scđo re-
ſpectu argumētabilitatis. Si eniȝ in ipſis p̄n
cipibus ſacerdotum ſcribis et ſenioribus po
puli in quibus debebat apparere maxia de-
ſcriptio maturitas ⁊ grauitas etiā in iudican
do ſceleratos. tantus fuit furor ⁊ rabies ꝙ ēt
in feſtiuitate ſacrorum dieruȝ cōtra omnem
conſuetudinem ⁊ mores nō erubuerūt cōtra
omnē iuſtitiā cōtra chriſtum exurgere inno-
cētiſſimū: q̄ȝtū credis queſo furorē miniſtros
diaboli omni vtiqȝ intellectu ⁊ diſcretione
priuatos in flagellando xp̄m habuiſſe. Relin
quo hec tibi anime deuote cogitanda. ¶ Ter
tia flagellatio xp̄i fuit crudeliſſima reſpectu
cōplacētie: qm̄ miniſtri xp̄m flagellantes: tan
to plus ſciebāt ſe phariſeis placere q̄ȝto acriꝰ
xp̄i carnes lacerabant. Jccirco ꝓpter hoc om
nē crudelitatem quā potuerunt in flagellādo
xp̄ȝ exercuerūt a quoruȝ nunia crudelitate ꝓ

pheta domini ait. Circundederunt me vituli
multi: thauri pingues obſederūt me. Aperue
runt ſuper me os ſuū ſicut leo rapiēs ⁊ rugi-
ens. ¶ Quarto fuit crudelliſſima reſpctu li-
bertatis. Qm̄ enim chriſtus poſitus fuit in li
bertate predictorum miniſtrorum ad flagella
dum nec eis fuit data aliqua temporis mēſu
ra. Jccirco tanto crudelius chriſti carnes la-
niabāt q̄ȝto iniquius xp̄ȝ odibant ⁊ cōtra eū
malam volūtatem habebant. ¶ Quinto fuit
crudeliſſima reſpectu cupiditatis qꝛ eni ſpes
et cupiditas lucri augēdi vt dicitur. 2. ethico-
rum. mouet agentem ad fortiter operandum
Jccirco miniſtri diaboli tāto crudelius ⁊ for
tius xp̄m flagellabant: q̄ȝtū ex hoc maius lu-
crum a phariſeis ſe habituros ſperabant.
¶ Sexto flagellatio xp̄i fuit crudelliſſima re-
ſpectu vniuerſitatis a capite enim ad pedes
vniuerſaliter chriſtꝰ fuit flagellatus. nam cru
ra ⁊ coſte corporis latera atqȝ dorſum ⁊ hu-
meri dura flagellatione afflicta fuerūt: ita vt
ſuperficies carnis ſue tenerrime atqȝ delica-
tiſſime lacerata penitus fuerit: brachia īſuper
dure fuerunt ligata atqȝ cōſtricta vt vene ē
aperirenť ⁊ hic ide añ ⁊ retro ꝯtumelioſe fue
rūt retorta tā in orto q̄ȝ in domo Anne Cay
phe Pilati atqȝ herodis. Jn predictis enim
locis vbiqȝ ligatus ductꝰ fuit. Os quoqȝ affli
ctum fuit tā repletione ſputorum fetidoruȝ q̄ȝ
etiā pugnoꝝ ꝑcuſſione. Facies aūt illa in quā
angeli deſiderant perſpicere propter vulnera
īflicta effecta ē tota palida ⁊ vulceroſa: adeo
ꝙ leproſus extimaretur. Fuit inſuper detur-
pata fetidis ſputis impiorū. Gene eius affli
cte fuerūt ⁊ tumefacte ac ſāguine ⁊ liuore cō
ſperſe propter diras ꝑcuſſiōes pugnoꝝ ⁊ ala
parū: oculi īſuꝑ eiꝰ fuerūt velati ⁊ afflicti: atqȝ
ex pugillis ⁊ alapis enormiter tumefacti ⁊ in
flati. Quid plr̄a ſȝ Ber. ⁊ Anſel. a capite ad
pedes facta fuerunt in xp̄i corꝑe ſex milia ſex
cēta ⁊ 66. vulnera. O aīa ſi ſic vidiſſes dn̄m
tuū cruētatū ꝑ cuius corpus vbiqȝ fluebat ſā
guis vſqȝ ad terram: arbitror ꝙ ꝓ eius amo
re nō tm̄ lachrymas funderes: ſed īſuꝑ ⁊ ſan
guinē libētiſſime ſꝑgere velles. ¶ Septio de
niqȝ flagellatio xp̄i fuit crudeliſſima reſpectu
coronatōſ. Nā vt dr̄. J. 19. poſtq̄ȝ xp̄s ſic fuit
in corꝑe flagellatus: milites ſtati fecerūt coro
nā de ſpinis ⁊ īpoſuerūt capiti eiꝰ ⁊ veſte pur
purea circūdederūt eū ⁊ dicebāt genuflecte
tes. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas per

putrido ſeu muſido vinum ponatur ſtat in vinum fit inſipidum. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ deitas coniuncta erat corpori chriſti non tantum viuo ſed etiam mortuo dicente Damaſceno. Anathema ſit inquit qui dicit verbum depoſuiſſe quod ſemel aſſumpſit Et leo papa dicit. Tanta eſt vnio dei et hominis vt nec ſupplicio poſſet dirimi nec morte diſtingui. hec ille. Hoc idem aſſerit expreſſe Bonauen. in tertio diſtincti. 21. argumen. 1. q. 2. Sed clarum eſt ꝙ deitas corpori chriſti coniuncta omnino erat incorruptibilis ergo per conſequens caro chriſti ſibi vnita nullatenus corrumpi poterat. ſi autem diceres ꝙ caro chriſti compoſita erat ex quattuor elementis contrarijs ſicut ⁊ noſtra ergo neceſſe erat ꝙ corrumperetur. Reſpondeo ꝙ putrefactio cuiuſcunqꝫ corpis ⁊ ſi proueniat ex contrarijs vel ex infirmitate illiꝰ nature que non poteſt amplius corpus continere in vnū tamen hoc non poterat contingere in corpore chriſti: quia vt predixi diuina virtus ſibi vnita eum roborabat ⁊ cōtraria ſuſpēdebat cōtra nām ne corpus illud corrūpi pmitteret Nota tū ꝙ xp̄s alios defectꝰ humane nature ſpōte aſſūpſit ⁊ pati voluit: tū vt opꝰ noſtre redēptionis oparet: tū ēt vt in his nobis mereret. Et ſi p̄dictos defectus aſſūpſerit: noluit tū corpus ſuū ſanctiſſimū putrefieri ⁊ reſolui duplici reſpectu. Primo reſpectu oñſionis ſue virtutis. Scd̄o reſpectu nr̄e vtilitatis vt. ſ. ex hoc haberet ſpes de futura reſurrectione ¶ Tertio ēt ꝓbo ſilitudinibꝰ ꝙ caro xp̄i ēt mortua oio erat icorruptibilis Primā ſilitudinē hēmꝰ de aīe cōparatiōe. Certuꝫ ē eniꝫ ꝙ aīa quouſqꝫ ē corpi cōiuncta: ipm nāliter reſeruat a corruptiōe. Qd̄ ſi ſic eſt ergo multo magis deitas corpi xp̄i cōiuncta cū ſit in infinitū potior aīa: ipſū a corruptione p̄ſeruaſſet alr̄ ſequeret ꝙ aīa eſſet nobilior ⁊ virtuoſior deitate qd̄ vtiqꝫ ē falſiſſimū. Scd̄aꝫ ſimilitudinē hēmꝰ de opatione balſami. Certū ē eniꝫ qꝛ qd̄ pōt virtꝰ finita determinato tp̄e: hoc ēt pōt virtꝰ infinita i finito hoc ē ſemp. Sed clarū ē ꝙ opatio balſami aliq̄ tēpoꝛ p̄ſeruat corpꝰ mortuū a corruptiōe. ergo a fortiori multo magis virtꝰ ifinita deitatis corpꝰ xp̄i ab omi corruptione p̄ſeruaſſet. Ex p̄dictis igit̄ auctoritatibꝰ rōnibꝰ ac ſilitudinibus pꝫ q̄liter ſanctiſſimuꝫ corpꝰ xp̄i nūq̄ꝫ corruptū fuiſſet icineratū vel putrefactū; dato ꝙ eiꝰ aīa ēt vſqꝫ ad finē mūdi ab eo fuiſſet ſepata. Et p ꝯn̄s patet triplex myſteriū de glorioſa xp̄i reſurrectiōe declarandū qd̄ dicebaꝛ miſteriū itegritatis. Et ēt p ꝯn̄s pꝫ ex p̄dictis Decima excellētia ipſiꝰ ſacratiſſime fidei q̄ dr̄ excellētia vnitat. In q̄ oñſum fuit qualr̄ aīa xp̄i a ſuo corpore p mortē realit̄ ſeparata veracit̄ cū eodē corpe p ſuā reſurrectionē fuit vnita ⁊ cōiūcta. Quā xp̄i reſurrectionē cōcedat nobis pater celeſt firmiter in preſenti vita p gratiā querere: ⁊ in futuro per gloriā eternaliter cōtēplari. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Feria ſecūda pꝰ reſurrectionē dn̄i de. xi. excellētia ſacratiſſime fidei: ſeu de certitudine future felicitatis atqꝫ vniuerſalis reſurrectionis.

Stulti et tardi corde ad credeñ in oibꝰ q̄ locuti ſūt ꝓp̄he nōne h̄ oportuit pati xp̄m ⁊ ita itrare i glīaꝫ ſuā. Scribūtur h̄ verba luc. 24. c. i euāgelio occurrētis ſerie. pꝰ ſacri euāgelij lr̄alē ⁊ moralē expoſitōnē egregij ciues erq̄ vt claruit in precedēti ſmone. Decimā excellētiā ſacratiſſime fidei ſufficiēter vt vidiſtis declarauimus. reſtat vt hodie Vndecimā excellētiā de ipſa ſacratiſſima fide ēt declaremꝰ. Que quidē dicitur excellentia certificabilitatis. in qua precipue oñdam certitudinē future vite ſeu future felicitatis. Quoniam igitur cauſa potiſſima ⁊ principalior: qua rōnales creature hodiernis tēporibꝰ i tot ⁊ tātis peccatis atqꝫ voluptatibus ſubmergunt eſt profecto incredulitas. ⁊ ifidelitas: de ipſa futura vita beatitudine ⁊ felicitate. iccirco decreui certitudineꝫ demonſtrare. Naꝫ cogitauit mundana carnalis imo heretica creatura ꝙ alia non ſit vita ⁊ felicitas q̄ꝫ preſens: ⁊ ꝙ mortuo corpore ſimul ⁊ anima moriatur ⁊ deficiat. ⁊ ſumit argumentum ꝙ ois cognitio ſimpliciter eſt a ſenſu. Quod ſi a ſenſu aliquid deficit: iaꝫ credere nolūt dicentes. Quo modo credere poſſumus que videre ⁊ palpare non valemus. Et propter hoc ſe ſponte implicant cunctis voluptatibꝰ preſētis vite: cūctaſqꝫ morales ⁊ theologicas virtutes deſpiciunt ⁊ deteſtantur. De talibus nempe Lactantius libro ſecundo. diuina. inſtituti. capi. ſic ait. Nam dum nonnulli exiſtimant deo nos non eſſe cure nec poſt mortem eſſe futu

ros totos ſe libidinibus adijciunt ⁊ dum ſibi
licere putant: haurie͂dis voluptatibus ſcie͂ter
incumbunt: per quas ĩpudentes laqueos eter
ne mortis incurrunt. hec ille. Cum quo con-
cordans Auguſti. lib. de fide ad petrum ait.
Omnia ſiquidez huius mundi mala ⁊ pecca
ta ideo proueniunt quia fides de eterna vita
tanq̃ʒ dubia ⁊ incerta habetur. Si enim ho-
mines futurã vitam firmiter crederent: nun-
q̃ʒ peccarent: ſed ſemper virtutibus adhere-
rent hec ille. Licet igitur ad confutanduz hũc
errorem peſſimum ſufficiat pura ⁊ ſincera fi-
des: que futuram vitã non cum conditione
ſed ſimpliciter ⁊ abſolute credere facit. quo-
niã vbi põit̃ ꝯditio de futura filicitate ibi per
ꝯñs põit̃ ⁊ infidelitas. Qꝛ vt dr̃ ex̃ de. here.
c. i. Dubi⁹ in fide infidelis eſſe ꝯuincitur ta-
men ad firmiorẽ crudelitatez ⁊ certitudinem
future vite probabo veritatẽ future felicita-
tis ẽt fortiſſimis ⁊ nãlibus argume͂tis accipe
ergo. o incrudela anima. 14. argumenta for-
tiſſima certitudinem future vite demonſtrã-
tia. Quoꝝ ſeptẽ ſoluz hodierna die declara-
bo. Alia vero ſeptẽ craſtina die declaranda.
reſeruabo. Quorum. ſeptem argumentoruz.

¶ Primũ dr̃ argume͂tũ Aſſimilationis.
¶ Secũduz dr̃ argume͂tũ Operationis.
¶ Tertiuz dr̃ argume͂tũ Participationis.
¶ Quartum dr̃ argume͂tum appetionis.
¶ Quintũ dr̃ argume͂tũ Juſtificationis.
¶ Sextũ dr̃ argumentuz Proportionis.
¶ Septimũ dr̃ argume͂tũ Preguſtationis.

¶ De ſeptẽ argume͂tis oñdentibus certitudi
nẽ future felicitatis ⁊ vite. ⁊ pͥmo de ꝓ quod
dicitur argumentum aſſimilationis.

p Rimũ igit̃ argume͂tũ vnũquẽqʒ certi
ficãs de futura vita ⁊ felicitate dr̃ ar-
gume͂tũ aſſi[m]lationis. Jn hoc argumen
to hẽo oñdere q̃lit̃ aĩa itellectiua cũ imediate
ꝓcedat a deo ꝑ creationẽ ẽ imortal': ⁊ ꝑ ꝯñs
corrupto corꝑe ĩpa nõ corrũpit̃. Fundame͂tũ
huius argume͂ti ponit ph̃s lib. de ĩgeneratiõe
⁊ cor. di. Omne cuius cã ẽ corruptibilis vel
ĩcorruptibilis: ipſũ q̊qʒ eſt corruptibile vel in
corruptibile. pʒ h̃ regula. Nã qꝛ aĩa ſenſitiua
aĩaliuʒ pendet ab ipſa mã carnis que vtiqʒ ẽ
corruptibilis: iccirco corrupto corpore aĩaliũ
corrũpitur penitus coꝝ aĩa ſanitas ⁊ ſcientia
que ab ipſo corpore egrediunt̃ dice͂te ph̃o li.
de longitudine ⁊ breuitate vite. c. i. Corruptis
inquit animalib⁹ corrũpitur et anima ⁊ ſcien
tia ⁊ ſanitas in eis. Similiter qꝛ arbor gene-
ratiua fructuum ẽ corruptibilis. Jccirco fru-
tus eius corrũpitur. Jtem ignis egredie͂s a li
gno corruptibili corrupto ligno corrũpitur et
ipſe ignis. Oppoſituz eſt de cauſa incorrupti
bili quoniã producit effectuz in corruptibilez
patet. Luz eniz eſſe͂tia ſolis ſm ph̃m. 2. de ce.
⁊ mundo ſit icorruptibilis: iõ effectus eius q̄
eſt lux ⁊ claritas vtiqʒ icorruptibil' ẽ. Quo ꝓ
ſuppoſito certum eſt ꝙ hõ cõponitur ex ſecũ
da ſubſtantia videlicet materiali que eſt caro
⁊ formali que eſt aĩa. Cum igit̃ caro ſimplicit
generetur de ſubſtantia corruptibili parentuz
Jccirco ⁊ ipſa corrumpitur poſt mortẽ. Ecõ
tra vero: qꝛ anima ratiõalis pro vt dicit Bo
nauen. in ſecũdo. di. 19. per creationẽ imedia
te a deo qui eſt cauſa incorruptibilis et imor
talis procedit ⁊ infunditur corpori. Jccirco
dato ꝙ corpus corrũpatur: nequaq̃ʒ ipſa ali-
quo pacto corrũpi poteſt. Et propterea rema
net ꝑpetua ⁊ immortalis. Et ꝙ anima intelle
ctiua non dependeat a corruptibili corpore: ſʒ
inmediate a deo ⁊ per conſequens ſit icor
ruptibilis audi ph̃m tertio de anima dĩtem
Jntellectus inquit non habʒ aliquod organũ
in corpore ſed eſt ſeparatus ab omni organo
Et in lib. de animalibus dicit. Solus intel-
lect⁹ intrat in nobis ab extrinſeco. ꝓpter q̊d
idẽ ph̃s primo de anima cõcludit aĩam intel
lectiuam eẽ incorruptibilẽ di. Jntellectus. ſ.
human⁹ eſt quid diuinuz ipaſſibile ⁊ incor-
ruptibile. Et. 2. de anima dicit. Jntellectus nr̃
eſſe alterum genus anime. vnde contingit eũ
ſeparari ab hoc. ſ. corpore ſicut perpetuũ a cor
ruptibili. Et. 3. de anima dicit. Jntellect⁹ eſt ꝑ
petuus ⁊ imortalis. Deniqʒ. 12. methiſice ait.
Anima nõ oĩs ſed ſoluz intellectualis manet
poſt cõpoſiti corruptionẽ. Si igit̃ vt patet ꝑ
argumentum ſe͂m aĩa eſt ĩmortalis ⁊ eterna
a parte poſt: ergo poſtq̃ʒ receſſerit a corꝑe ſuo
oportet omnino cõcludere ꝙ habeat aut eter
nã fecilitatẽ ſi bene egit in preſe͂ti: aut ſi ma
le egit eternaz miſeriaz ⁊ calamitatez. Quod
confirmãs Athanaſius in ſimbolo ſuo ait.
Qui bona egerunt ibunt in vitã eternã: qui
vero mala in ignez eternum.

De ſecundo argume͂to oñſiõis future felici-
tatis quod dr̃ argumentũ operationis:

ſ Ecunduz inſuper argume͂tuz vnum-
quemqʒ certificãs de futura vita ⁊ eter-
na felicitate. dr̃ argume͂tũ oꝑationis. Jn hoc

argumento habeo oſtendere: qualiť ex operatione quã aĩa facit poſt mortem ſeu poſt ſeparationem a ſuo corpore: certitudinaliť arguiť eſſe aliam vitam ⁊ felicitatẽ ꝗ̃ pſẽtẽ. Fundamentũ igitur hui⁹ argumẽti ponit phs .9. metaphi. di. O is actus ⁊ operatio pſupponit potẽtiã ⁊ eſſentiã ſue cãc. patet hec veritas. Nã ſi eſt inuenire pomũ eſt ẽt inuenire arborem Similiter ſi inueniť gladi⁹ vel pallaciũ neceſſario opꝫ inuenire cãm efficientẽ ipſi⁹ gladij vel pallacij. Similiť ſi inuenitur fili⁹: neceſſario reperitur pater ⁊ mater intellige naturaliter. Quo preſuppoſito dico ꝙ aia in egreſſu a corpore non videať cum ſit ſubſtãtia ſpiritualis oĩo improportionata ſenſibilibus oculis. Peto an anima ipſa poſt mortẽ cognoſci poſſit eſſe imortalis. Et certuꝫ eſt ꝙ ſic: ⁊ hoc ex operatione ⁊ effectib⁹ que poſt mortẽ operať. vnde phs. i. de aia. ⁊ primo poſteri. Et Ricar. in. 4. di. 48. ar. 2. q. i. diſtinguũt dicentes ꝙ dupliciter aliqd cognoſci poteſt. Primo ꝑ ſuaꝫ formaꝫ ⁊ eſſentiã: ⁊ hoc mõ non vr̃ anima naturaliter ante mortẽ nec poſt morteꝫ ſicut nec deus a nobis eẽntialiter nũc non vr̃ nullo ẽt habitus mẽtis. Scðo mõ cognoſciť aliquid per effectuꝫ ⁊ per operationẽ ab extra ⁊ ſic cognoſcunť habitus mentis ꝑ actus ⁊ actus per obiecta vt dicitur. 2. de anima. Et inſuper deus cognoſcitur per effect⁹ vꝫ ꝑ res creatas ⁊ per ordineꝫ eaꝝ ⁊ per motuꝫ celoꝝ ⁊ etiã in iuditio cognoſcitur a reprobis ꝑ penã ab ipſo deo ex iuſtitia eis inflicta. hoc etiam modo cognoſcitur aia noſtra ante mortẽ ⁊ etiaꝫ poſt mortẽ. Ante mortẽ quidẽ per ſenſuꝫ ⁊ motuꝫ: q2 aia facit mouere corp⁹ videre audire loqui odorare guſtare ⁊ huiuſmodi. Que oia ſunt effectus eius dicente pho. 2. de aia. Anima inquit ẽ cauſa oĩum motuum et operationũ que fiunt naturaliter in corpore. Et. i. de anima dicit. Aiatuꝫ ab inaiato maxime in duob⁹ differre videť. ſ. motu ⁊ ſenſu ⁊ hec duo accepimus a ꝓgenitoribus nr̃is. poſt morteꝫ ẽt cognoſcitur per effectuꝫ ⁊ operationem miraculoꝝ que facit: dicente Gregorio in. 4. dialogorum. O petre inqt ſi vitam manentis i corpore deprehẽdis ex motu mẽbroꝝ: cur non perpendis aĩe vitam poſt corporis morteꝫ per virtutem miraculorum. hec ille. Ecce vt practica vtar Dum ſanct⁹ Bernardinus mortuus eſſet aquile ⁊ exiſteret in cardeto in eccleſia fratreſqꝫ eĩ vt moris eſt officium facerent: ſtatiꝫ videntibus fratrib⁹ quidaꝫ menbris deſtitutus tangens corpus eius ſanatus eſt. Similiter quidam paralitic⁹ ⁊ qdam cecus euꝫ ibidem tangentes ſtatiꝫ ſanati ſunt. Pretermitto alia infinita eius miracula. Inter que. 400. in eius canõizatione coram papa Nicolao probata ſunt. De mortuis ſuſcitatis taceo. quoniam vt fertur. iꝫ. ſuſcitauit. In legenda autem ſancti Antonij habetur ꝙ. i7. mortuos ſuſcitauit. In legenda vero ſancti andree apoſtoli. habetur ꝙ. 40. mortuos in mari ſubmerſos ſimul ⁊ ſemel ſuſcitauit. In legenda vero ſãcti Jo. euãgeliſte legiť ꝙ Druſianaꝫ mortuã cũ ad eccleſiam deferretur reſuſcitauit. Similiter ibidẽ legiť ꝙ quẽdam Juueneꝫ corã populo reſuſcitauit Siľr Cirillus in epiſtola ad Augu. recitat q̃liter ſanctus Hyeronim⁹ in bethleẽ in preſẽtia ſua ⁊ popľi reſuſcitauit tres mortuos. Nã vt ideꝫ refert poſt mortẽ ſancti Hyeronimi ſurexerũt due hereſes. Prima ꝙ anime nullatenus beatificabãť ante iuditiuꝫ vľe: ſꝫ ſoluꝫ tunc ſimľ cuꝫ corpe beatificareť. Secũda ꝙ nullum erat purgatorium. Cirillus autẽ tunc epiſcopus Jeroſolimitanus fecit propter hec populo ⁊ clerici facere orationes ⁊ Jeiunia 3. diebus. Quibus completis apparuit ſanct⁹ Hyero. beato Euſebio. di. Dic Cirillo epiſcopo ꝙ heri ſunt mortui tres homines nũdum ſepulti fac ꝙ preſente populo faciat eos portare in bethleem ad preſepium domini: vbi iacet corpus meum: ⁊ tunc accipiens ſacculum meum tangat illos mortuos ⁊ ſtatim ſuſcitabuntur. Ipſiqꝫ dicent quomodo anima purgata etiam ante iuditium beatificať ⁊ quomodo eſt purgatorium. quoniam illos vbiqꝫ duxi. Quibus expletis auferentur hee due hereſes. Quod preſente populo totuꝫ viſibiliter fuit cõpletum. Ex premiſſis igitur effectibus ſupernaturalib⁹ quos operatur anima poſt egreſſum a corpore: arguitur neceſſario ꝙ anima ipſa penitus eſt immortalis et icorruptibilis. Quod ſi ſic eſt ergo per conſequens neceſſe eſt concludere ꝙ ſit alia vita preter iſtam: in qua anima habet aut eternã licitatem aut eternam penam vel calamitatem. Quod ſi opponeres. ego nõ vidi iſta miracula. ergo non debeo credere animam eſſe inmortalem ⁊ per conſequens nec futu-

ram vitam ꝛ felicitatem. Reſpondeo ꝙ ſicut non eſſet bona conſequentia dicere non vidi papam ergo papa non eſt: Immo ē ꝛ alij viderunt. Sic non ē bonum argumētum dicere nō vidi miracula ergo miracula credēda non ſunt. ꝓ eo ꝙ ꝛ ſi tu non vidiſti viderūt alij. Et certe impoſſibile ē ꝙ tot miraculis q̄ eccleſia etiam per teſtes approbauit ſaltem vnum verum non reperiatur qđ cum inueneris animam vnam poſt mortem illud feciſſe: neceſſe eſt ꝙ confitearis eſſe immortalē ꝛ per conſequens omnes alias animas eternas eſſe ꝛ inmortales: quia vt. 3. metha. omnes ſpecies equaliter predicant̄ de ſuis indiuiduis. Nec mireris ſi animam non vides egredientem de corpore: quia inter ipſam q̄ eſt quid ſpirituale ſicut ꝛ ſcientia: ꝛ inter oculos qui ſunt quid materiale: nulla eſt conuenientia ꝛ inſuper qꝛ ſap̄. 9. dicitur. Corpꝰ qđ corrumpitur aggrauat animā: ꝛ deprimit terrena inhabitatio ſenſum plura cogitantem Et ſic ex prefactis patet ſecūdū argumētū demonſtratiuū future vite et felicitatis.

De tertio argumento oſtenſiuo future felicitatis qđ dr̄ argumentum participationis.

t Ertium argumentum vnumquemqꝫ certificans de futura vita ꝛ eterna felicitate dicitur argumentum participationis. Fundamentum huius argumēti ponit philo. 2. de anima. 5. phi. ꝛ. 10. me. di. Medium naturaliter participat de natura extremorum. patet hec regula. Nā ſi homo ab vna parte ſit conuerſus ad ignē: ab alia vero parte ad frigidum aerē ſeu aquam vtriqꝫ ſimul et ſemel ſentit frigus ꝛ calorē. hoc idem pꝫ de pomo in arbore exiſtente: quoniā pars que lucem ſolis reſpicit fit alba ꝛ rubicūda: ꝛ ecōtra pars alia que verſus terrā reſpicit remanet nigra palida ꝛ inſipida. Hoc idē pꝫ in domino noſtro Jeſu chriſto qui cum fuerit mediator inter deum ꝛ hominem vt ſic eos ad inuicē pacificaret iccirco participauit de vtroqꝫ extremo: qꝛ fuit verus deus ꝛ verus homo dicente apoſtolo. i. thi. 2. vnus iquit deus ꝛ vnus mediator eſt dei ꝛ hominum homo chryſtus Jeſus qui dedit redēptionem ſemetipſum pro nobis. hec ibi. Et atha. i ſimbolo ait. Eſt ergo fides recta vt cre. ꝛ confi. qꝛ dominus noſter Jeſus chriſtus dei filius deus ꝛ homo eſt. ꝛc̄. Similiter quia anima chriſti erat media inter deitatem ꝛ carnem que vtriqꝫ erat coniuncta: iccirco in cruce poſita ſm partem ſuperiorem qua erat deitati vnita erat glorioſa ꝛ impaſſibilis. ſm vero partem inferiorem qua carni erat vnita erat doloroſa ꝛ patiebatur. Quo preſuppoſito. ꝙ videlicet mediū participat de extremis. Certum eſt ꝙ triplex reperitur ſubſtantia in creaturis. Quedam eſt ſubſtantia pure corporalis: corporalis: ſicut ſunt elementa celi planete ꝛ huiuſmodi. Quedam eſt ſubſtantia omnino incorporalis ꝛ ſpiritualis ſicut ſunt angeli dei. Quedam vero eſt ſubſtantia compoſita: que ſcilicet partim eſt ſpiritualis ꝛ hic eſt homo qui corporalis eſt ex parte corporis ꝛ ſpiritualis ex parte anime. Quarta ſubſtātia eſſe non potuit. ſcilicet ꝙ aliqua creatura eſſet nec corporalis nec ſpiritualis. Sed clarum eſt ꝙ creatura pure ſpiritualis videlicet angelica eſt immortalis ꝛ perpetua dicente platone in thimeo. O dij deorum quorū opifex deus eſt: vos opera eſtis natura quidem diſſollubilia. dei tamen voluntate indiſſolubilia ꝛ perpetua. hec ille. Similiter ꝛ creatura ſeu ſubſtantia pure corporea eſt etiam ī corruptibilis ꝛ eterna pro vt ſunt celi corpora celeſtia ſol luna ſydera elementa ꝛ huiuſmodi. dicente philoſopho lib. de motibus animaliū. Corpora inqt celeſtia neceſſario ſūt incorruptibilia. Et. i. de celo ꝛ mundo. ait. Celum eſt ingenerabile ēt inalterabile ꝛ inaugmentabile. nec eſt leue nec graue cum ſit elōgatus a contrarijs ꝛ non poteſt recipere periginas impreſſiones i. hec ibi. Et cōmentator. 8. methaphiſice ait. Corpora celeſtia nō habent materiam que eſt in potentia ad corruptionem: ſed materia eorum eſt aliquid in actu. ſcilicet corpus: ideo dignius habet hoc nomen ſubiectum vel ſubſtantia q̄ materia hec ille. Quod ſi ſic eſt ꝙ ſubſtantia pure ſpiritualis ꝛ pure corporea ſint perpetua: ergo creatura media ex vtriſqꝫ cōpoſita neceſſario ſimiliter erit perpetua ꝛ eterna. Aliter ſequeretur ꝙ media non eſſet ex quo non participaret de ſuis extremis. Et licet corpꝰ corrumpatur ꝛ non anima que participat de natura angelorum: tamen iterum reſurget ꝛ re integrabitur in iuditio generali ꝛ coniunctū cum anima ſimul recipiet aut perpetuā gloriam aut penā dicente apoſtolo. i. the. 4. Si

enim credimus ꝙ Jeſus mortuus eſt ⁊ re-
ſurrerit. Ita ⁊ deus eos qui dor.per Jeſum
adu.cum eo. Et infra ſubiungit. quoniam ip
ſe dominus in iuſſu ⁊ in voce archangeli et
in tuba dei deſcendet de celo.⁊ mor. qui in
chriſto ſunt re.primi. Deinde nos qui vi.q
re.ſu.ſimul rap.cum illis in nu. ob chriſto in
aera:⁊ ſic ſemper cum domino erimus hec
ibi. Et prime cor.15.ait. In momento i ictu
oculi i nouiſſima tuba ⁊c.hec ibi. Que ſimul
omnia confirmans Grego.4. dialogorum
dicit. Tres vitales ſpiritus creauit omnipo-
tens deus.vnum qui carne non tegitur ⁊ eſt
angelorum. Alium qui carne tegitur ⁊ cū car
ne moritur ⁊ eſt brutorū. Tertium qui carne
tegitur ſed non cum carne moritur ⁊ eſt ho-
minū:quorum anima perpetua eſt. Princi
pium quidem habuit ſed finem non habe-
bit.hec ille: Ex prefactis etiam patet tertium
argumentū demonſtratiuū future felicitatis.

De quarto argumēto oſtenſiuo future felici
tatis quod dicitur argumentū appetitionis

Quartū inſuper argumentum vnum
quemqꝫ certificans de futura vita et
eterna felicitate dicitur argumentum
appetitionis. Fundamentum huius argumē
ti ponit philoſophus quīto phiſicoꝝ.di. Om
ne quod mouetur ab alio mouetur qꝛ motus
ois requirit quinqꝫ.ſcilicet tempus: terminū
a quo:terminū in quem:mobile:⁊ mouens
proximum.patet hec regula in motu lapidis
ad cuius motum requiritur tempus: requiri
ritur termin⁹ a quo moueatur:requiritur ter
minus in quem ſcilicet collocetur:requiritur
ipſe lapis:qꝛ aliter in lapide non fieret motus
demū requirit neceſſario hō vel aliqd aliud
qui ꝓxim⁹ lapidi lapidē moueat.hoc idem
exemplifica ꝺ motu hūani corporis qꝺ aia mo
uet qm̄ predicta.5.etiā requirunt. Quo preſu
poſito certū eſt ꝙ aīa mouetur nālī appetitu
⁊ deſiderio ad volendū eternā felicitatē pro
eo ꝙ ſiue vigilado ⁊ dormiēdo ſiue laboran-
do ⁊ vacando atqꝫ in cunctis operib⁹ ſēper na
turale deſiderium hominis mouet ad appetē
dū quandā eternā felicitatem ⁊ beatitudi-
nem:dicente Boe.pſa.2.3.li. Ois mortaliū
cura quammultiplicium ſtudioꝝ labor exer-
cet diuerſo quidē calle procedit ſed ad vnū
tantū beatitudinis finē nititur peruenire. Id
autem eſt bonū quo qs adepto nil vlteri⁹ deſi
derare. queat Et infra ſubdit. Ineſt enī mē
tibus hominū veri bōi naturaliter inſerta cu
piditas ſꝫ ad falſa deui⁹ error abduc. hec ille
Et aug.10.de ciui.dei.c.1.ait. Oiū certiſſima
ſnia ē qui rōne quoquomō vti pñt oēs ho-
mines velle eſſe beatos ⁊ felices.hec ibi. Et
14.de trini.ait. Oēs hoies tā boni q̄ꝫ mali nā
liter appetūt beatitudinē. Et phs.1.ethi.ait be
ne enūciauerūt.ſ. Alij phi dñtes eē aliqꝺ.bo-
nū qꝺ oia appetūt. Et.7.ethi.dic̄ diuū quod
dā i ſe hñt oia a nā.i.iclinationē q̄dā ad ſuū
principiū tanq̄ꝫ ad finē a quo depēdēt. Et.2.
de aia ait. Eſſe diuū ⁊ ꝑpetuū oia nālr deſi-
derāt vt ipſo ſemꝑ eē participēt.⁊ cā illi⁹ agūt
q̄cūqꝫ agūt ſꝫ nāꝫ. Et.3.tho.dic̄.maxie bonū
maxie oēs appetūt.deniqꝫ.12.meta.ait primū
bonū ē nālr ab oib⁹ maxie appetibile. ꝓpha.
hoc ēt deſideriū hēbat cū dicebat. Queād
modū deſiderat ceru⁹ ad fontes aquaꝝ:ita de
ſiderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea
ad deū fontē.vi.q.ve.⁊ appa.ante faciē dei
⁊c. Quo etiam conceſſo ꝙ ſcilicet nālis appe
titus hōis mouetur ad appetendū q̄dam et
nā vitā ⁊ felicitatē.peto qs mouet hūanum
appetitum ad volendū eternā beatitudinē
vel quis dedit hōi hoc naturale deſiderium
Et certū eſt ꝙ ipſe deus dicente pho.3.de
aia. Mouens inquit eſt duplex.ſ.mouens i-
mobile qꝺ eſt appetibile ⁊ mouens motum
qꝺ eſt potentia appetitiua anie.hec ibi. Et.12.
meta.dicit. Primus motor mouet vt amatū
⁊ deſideratū. Et aucrois li.de ſubſtātia orbis
ait. Ois mot⁹ preſupponit primū mouēs qꝺ
eſt de⁹ ſine quo nullus eſt mot⁹. Quod cōfir
mans apoſtolus.2.cor.3.ait. Nō ſum⁹ ſuffici
entes cogitare aliquid a nobis.quaſi ex no-
bis ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Et ꝙ ſit
deus mouens appetitum hominis ad beati-
tudinem etiam phs.v.phi.ratione confirmat
di. In mouentibus ⁊ motis non eſt ꝓceſſus
in infinitum ſed eſt venire ad primum mo-
uens imobile. quod ſic patet. Nam manus
mouetur in virtute brachij brachiū ivirtute
cordis cor i virtute aie aia aūt neceſſarie mo
uet in virtute ipſi⁹ dei. Quib⁹ premiſſis ꝙ de
us mouet hūanū appetitū ad volendū futu-
rā ⁊ eīnā vitā vltra pñtē. Tunc vlteri⁹ q̄ro.
aut futura vita ⁊ felicitas eſt aut non. Si ſic
habeo intentum:qꝛ eſt alia felicitas q̄ꝫ pre-
ſens:ſi non:ergo deus ocioſe vane ſtulte et

fruſtra mouet appetitū hominis ad volēdū illud quod non eſt: et per conſequens fundat apppetitū noſtrum ſuper re falſa et īpoſſibili. Sed hoc eſt oīo impoſſibile quia vt dicitur .3. de anima ſcđo. celi et mundi. primo et .4. phiſicorum. Deus nihil facit fruſtra nec deficit in neceſſarijs, nec abundat in ſuperfluis. Quod ſi ſic eſt oportet ergo concludere quod ſit alia vita et felicitas quam preſens. quod confirmans cōmentator ſuper .2. metha. ait. Deſiderium naturale nō poteſt eſſe fruſtatoriū. Et philoſo. j. ethicorum. dicit. Appetitus eſt rei nō habite ſed poſſibilis haberi. Quod ſi obiceres. Ille naturaliter inclinatur ad luxuriam ergo neceſſe eſt quod ſit luxurioſus: ne iſtud deſideriū ſit fruſtratoriū. Reſpondeo quod iſtud deſideriū nō eſt ex natura pura ſed ex natura culpabili et corrupta. Nō eni loquor de tali deſiderio quia tale deſideriū pōt et debet eſſe fruſtratorium: ſed loquor de illo puro et naturali deſiderio innato ipſi anime ex primordio et origine ipſius humane creature. Quod ſi vlterius diceres quod ſm phm. .3. ethicorū. c. .5. voluntas eſt etiā impoſſibilium. Reſpondit Ri. in .4. di. .43. ar. j. q. j. in corpore. q. di. Licet appetitus volūtatis de liberatiue poſſit eē circa impoſſibilia pūt eſt appetitus volandi et huiuſmodi: hoc tamē de appetitus volandi et huiuſmodi: hoc tamē de naturali apetitu nullo modo vere poteſt dici: quia nullus naturaliter appetit id quod impoſſibile eſt haberi. Et quāuis in aliquo fruſtretur naturalis apetitus propter aliquod accidens vt in dānatis qui naturaliter appetunt felicitatem quā impoſſibile eſt eos conſequi propter ſuam obſtinationem: tamen nullus naturalis appetitus creature ratiōalis fruſtrari poteſt vniuerſaliter et per ſe: propter quod ſicut videmus quod deus circa alios appetitus naturales ne eſſent fruſtra et varni pūidit de remedio: vt appetitui mādūcandi et bibendi prouidit de cibo et potu: appetitui generandi prouidit de coytu in ſacramento matrimonij et ſic de ſingulis: ſic a fortiori circa appetitū beatitudinis qui eſt nobilior precedentibus deus prouidit de remedio. ne ſcilʒ talis appetitus fruſtra eſſet: quia videlicet ſibi dabit eternā beatitudinē. Et ſic ex prefactis patet quartū argumentū demonſtratiuum future felicitatis

¶ De quinto argumēto oſtenſiuo future felicitatis quod dicitur argumentū iuſtificatiōis

Quintum argumentum vnūquodque certificans de futura et eterna felicitate dicitur argumentum iuſtificationis ſeu iuſtitie. Fundamentum huius argumenti ponit philoſophus lib. de animalibus di. Omnis perfectio exiſtēs in ſecūdis cauſis perfectius eſt in prima cauſa. patet hec regula. Si enim pater et ſol vt dicitur ſcđo phiſicorum. hanc perfectionem habent quod perfectum hominem ſeu filium generant: a fortiori hec perfectio inueniri debet in prima cauſa que deus eſt: propter quod celeſtis pater ab eterno generauit filium ſuum omnibus filijs in infinitum nobiliorem. ¶ Similiter ſi inuenitur virtus iuſtitie in ratiōali creatura: multomagis inueniri debet in ipſo creatore precipue cum ſit preclariſſima omnium virtutū moralium vt dicit philoſophus .5. ethicorum. Immo tāta eſt nobilitas iuſtitie quod prius debet deſeri omnis amicitia quam ipſam iuſtitiā corrumpere velle: dicente philoſopho primo ethicorum. Duobus amicis exiſtentibus: ſanctum eſt prehonorare veritatem quia pro ſalute veritatis et iuſtitie neceſſe eſt omnē amicitiam deſerere. Et .3. ethicorū dicit. Melius eſt mori quam facere contra veritatem bonā. ſ. iuſtitie. Quo preſuppoſito quod tantus eſt amor iuſtitie in pluribus pſonis quod etiā omnis amicitia et propria vita cōtennitur: certū eſt quod infinitū eſt maior amor in deo quam in omnibus ſimul creaturis qui etiam ne iuſtitia perderetur voluit filium ſuū omnibus angelis ceteriſque creaturis nobiliorem crucifigi. Quod ſi ſic eſt: clarum eſt quod neceſſe eſt eſſe futurā vitam in qua fiat remuneratio bonorum et punitio malorū. Quod ſi nō eēt futura felicitas quia ſcilʒ mortuo corpore moreretur et anima quanta bona irremunerata remanerent: et quanta mala impunita. Nonne videmus in hac vita multos religioſos et religioſas qui propter deum mundum contēnunt: caſtitatem perpetuā et volūtariā paupertatem obſeruāt: quique reiecta propria voluntate vſque ad ſepulturā obedientie prelatorum ſe ſubmittūt. vbi eſt ergo tantarum virtutū et bonorum ſuorum renumeratio. certe non in hac vita: non in hoc ſeculo: ergo in alio: ergo anima eſt inmortalis: et per conſequens eſt alia preter iſtā eterna felicitas. Hoc idem intelligendum eſt eſſe de virtuoſis mūdanis qui precepta dei ob-

ſeruant:aduerſitates paciēter tollerant.quiqꝫ
omneſ mondanas delectatiōes atqꝫ peccata
contēnunt:preterea an non videmus in hac
vita malos homines ꝑuerſos iniquos blaſ-
ſematores ſuperbos luxurioſos bonis tempo
ralibus dignitatibus magnificentijs delecta
tionibus diuitijs atqꝫ omni mūdana gloria
abundātes:certe ſic. Sed nunquid videmus
eos pro ſuis peccatis ſicut iuſtitia exigit per-
cuti flagellari atqꝫ puniri: Clarū ē ꝙ nō:vbi
eſt igitur queſo o deus iuſtitia tua:certe non
in hac vita:ergo eſt in alia:ergo neceſſe eſt fu
turam vitam cōfiteri in qua ⁊ bona remune
rētur:⁊ mala puniātur. Quod cōfirmās Sa
lomon eccleſiaſtices vltimo.ait. Finez loquē
di omnes pariter audiamus:deū time ⁊ mā-
data illius obſerua:hoc eſt aūt omnis homo
Et cūcta q̄ fiūt adducet deus in iuditiuz pro
omni errato ſiue bonum ſiue malum ſit. hec
ibi. Et apoſtolus ſcd̄o cor.5.ait. Omnes eni
nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti:
vt recipiat vnuſquiſqꝫ propria corporis ſui ꝓ
ut geſſit ſiue bonum ſiue malum. propterea
Mat.16. Saluator ait. Reddet vnicuiqꝫ ſm
opera ſua. Et certe ſi deus predictā iuſtitiam
non faceret:valde iniqu⁹ ⁊ iniuſtus exiſteret
pro eo ꝙ contemptores ipſius dei:atqꝫ tranſ
greſſores ſuorum ſanctorum preceptorum
preferret in hac vita amātibus ⁊ timentibus
cum ⁊ ſeruantibus leges eius. Iniuſtior aūt
⁊ iniquior apparet deus ſi nihil penitus etiā
in hac vita daret amicis ⁊ cultoribus ſuis a
quibus exigit tot ⁊ tanta ſeruare ⁊ cuſtodire.
Iniuſtiſſim⁹ vero ⁊ iniquiſſim⁹ profecto exi-
ſteret:ſi amicis ſuis in eorum morte omnia
auferret ⁊ ꝙ plus eſt ſi eos ad nihiluz redi
geret atqꝫ in eternum ſua ⁊ angelorum ſotie
tate priuaret. Que omnia cum ſint impoſſi-
bilia quia ad quodlibet paruum inconueni-
ens in deo vt dicit Anſelmus li.cur deus ho
mo.ſequitur impoſſibilitas: neceſſario con-
cluditur ex hoc eſſe aliam futuram ⁊ eternaz
vitam. Ex prefactis etiam patet Quintuz ar
gumentum demonſtratiuum future vite ⁊
eterne felicitatis.

¶ De ſexto argumento oſtenſiuo future feli-
citatis quod dicitur argumentū ꝓportiōis.

ſ Extum argumentum vnumquenqꝫ
certificans de futura vita ⁊ eterna fe
licitate dicitur argumentum propor-
tionis. Fundamentū huius rationis pōit
Scotus ſuper ſecūdo de anima.di. Ex con-
ditione ⁊ qualitate obiecti cognoſcitur con-
ditio ⁊ qualitas ſue potentie.patet hec re-
gula. Si enim obiectum eſt corporale prout
eſt color vel corpus coloratum:ergo potentia
viſiua ipſius apprehēſiua eſt corporalis. Si
obiectum eſt ſpirituale ſicut eſt ſcientia: ergo
potentia intellectiua ipſius apprehēſiua ſpi-
ritualis erit. Si āt obiectū corporale.i.ſpūale
magnum fuerit:ergo potentia eius apprehē-
ſiua erit magna:⁊ ſi obiectum eſt corruptibi-
le potentia ipſuz apprehendens corruptibilis
erit. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ cum ſit
duplex potentia in anima videlicet intellecti
ua:⁊ volitiua. Obiectum potentie intellectiue
eſt ſimpliciter vniuerſalis veritas ⁊ incorru-
ptibilis dicente philoſopho ſcd̄o de anima.
Intellectus inquit eſt vniuerſalium. ſenſus
vero particularium. Et.3.de anima dicit. In
tellectus in homine duplex eſt ſpeculatiuus ⁊
praticus:⁊ differunt in fine:quia finis ſpecu-
latiui ē ſimpliciter veritas:preteriti autē finis
eſt opus. Sed claruz eſt vt predixi ꝙ talis ve
ritas eſt incorruptibilis ſicut probat Augu.
in ſoliloquijs.cum ſit talis nature ꝙ etiā ipſa
negatio veritatis veritatem ponit. dicente
philoſopho.j. poſteriorum ⁊.2.priorū. Ex fl̄is
bene ſequitur verum ſed ex veris nō niſi ve-
rum. Quod ſi ſic eſt:ergo potentia intellecti-
ua ipſaz veritatem apprehendens eſt omni-
no icorruptibilis ⁊ per ꝯſequēs ſic veritaſ eſt
eterna ſic animam intellectiuam oportz eter
nam eſſe. Quod confirmans Aug. vbi ſupra
in ſoliloquijs ait. Omnis ſubſtantia compre-
henſiua veritatis inq̄ztū eſt veritas:eſt i mor
talis.h ibi. Veritatem hic intellige eſſentiam
rei inq̄ztum eſt abſtracta a materia ⁊ ab om
nibus malis conditionibus prout ē cū appre
hendit homo qui predicatur de omnibus ho
minibus. Obiectum aūt potētie volitiue ſm
eundez philoſophuz eſt vl̄e ⁊ icorruptibile bo
num propter quod cum ipſa ſit capax predi-
cti boni vniuerſalis ⁊ incorruptibilis:quia vt
dicit Augu.eo anima imago dei eſt quo eius
capax eſt ⁊ particeps eſſe poteſt:ſeqtur ex hoc
ꝙ non tm̄ anima nō ē corruptibilis ſed vltra
hoc oportet ꝙ ſi deuſ ordinate ꝓcedit repleat
predictam capacitatem humane voluntatis.
Quod ſi non repleret poſſet deus cauſari vt

de impotentia quaſi hoc non poſſit facere ſi-
cut de eo qui cepit hedificare ⁊ non potuit p-
ficere: vel de malitia ſicut de patre filium ſuũ
famelicum non paſcente: vel de inſipientia ſi
cut de illo qui credit habere modicum vinũ
tempore vindemie ⁊ magnum vas prepararet
hec aũt nullo mõ ſunt dicenda de deo. Quia
ipſe eſt ſũme potens dicente propheta. Om
nia quecunq̃ voluit dominus fecit in celo ⁊
in terra Et ſũme bonus. Mat.19. Nemo bo
nus niſi ſolus deus ⁊ ſume ſapiens. eccleſia
ſtici.j. Omnis ſapientia a dño deo ē. propter
que oia neceſſario cõcluditur q̃ aia humana
eſt incorruptibilis ⁊ inſuper replebitur in fu
turo eterna felicitate ⁊ oibus bonis. Cũ bea
titudo vt dicit Boe. proſa.2. tertij libri ſit ſta-
tus omnium bonorũ agregatione perfectus
⁊ per conſequens ex prefactis patet ſextũ ar
gumentum demonſtratiuũ eterne vite ⁊ fu-
ture felicitatis.

¶ De ſeptimo argumẽto oſtenſiuo future fe-
licitatis qđ dicitur argumẽtũ preguſtatiõis

Septimũ argumentũ deniq̃ vnum
quẽq̃ certificãs de futura vita ⁊ eter
na felicitate dicitur argumẽtũ pregu
ſtatiõis. Fundamentũ huius argumẽti ponit
philoſophus.j. de aia. di. Accñtia ɔferunt ma
gnã partem ad cognoſcẽdum de ſbo q̃ quid
eſt. patet hec regula. Nã medic⁹ q̃z plurimũ
ex accidẽtibus que adueniunt in corpore in-
firmi: cognoſcit cãz infirmitatis eius: quã alr
nõ cognouiſſet. Similiter aſtutus iudex co-
gnoſcit ex accidentibus apparentibus in fa-
cie latronis vel homicide ipſum latronẽ vel
homicidã ſicut eſt cum videt eũ tremeſcẽ pa
leſcere. hr̃e loquelã cõfuſaz. ⁊ huiuſmodi. Si
militer mulier cognoſcit plerũq̃ ſe grauidaz
eẽ ex accidẽtibus que ſibi adueniũt lʒ nihil fe
tus in corpore ſentiat. Sicuti eſt qñ nõ hʒ ap
petitũ cõſuetũ: qñ veniũt ſibi laſſitates: quã-
do appetit cibos cõtrarios ⁊ hmõi. Fallit tñ
regula aliquãdo in quibuſdã: reſpectu mr̃icis
que cũ ſit ꝓna ad generandũ: facit replere vẽ
trem vento vſq̃ ptus tempus. Cognoui quã
dã vxorẽ magni militis que p nouẽ menſes
grauida videbatur: propter qđ iam fuerãt in
uitati cõpatres ⁊ cõmatres ⁊ parata etiã fue
rant omnia ad nuptias neceſſaria. Que cum
dẽberet parere fece vno fiolio puzolẽto ouero
vno ſaco de corege longe longe longe ⁊ nihil
aliud peperit. Et hoc veriſſimũ fuit. hec tamẽ
recreatiõis gratia ꝓ nunc dicta ſint. Quo p̃
ſuppoſito q̃ videlicet accidentia oſtenſiua ſũt
ſuarum cauſarum. Ecce q̃ vnus iuuenis.25.
annorum eſt in mundo plenus diuitijs ⁊ om
ni genere delectationum ornatus veſtimen-
tis ⁊ ſic đ ſingulis. Quid plura habet omnia
ad nutũ. hic aũt relinquit mundum imenſas
diuitias omnes mũdi voluptates ⁊ religio-
nem ingrediens pauperrime viuit: magis cõ
tentus paupertie q̃z ſint omnes diuites ⁊ ma
gnati omnibus diuitijs ſuis atq̃ dignitati-
bus. Qui inſuper facit infinitas vigilias. Je-
iunia ⁊ abſtinentias cũ tã in mundo: nec vna
die ⁊ nocte poſſz ieiunare ⁊ vigilare. Cui ⁊ la
chryme iuges prius amariſſime: nunc fiunt
ſuper omnes voluptates mũdi dulciſſime di
cente Jero. Dulciores inquit ſunt lachryme
penitentium: q̃z omnes ſimul delitie diuitum
Cui tandẽ omnia que plus erant ei delectabi
lia: fiunt odioſa. Et econtra omnia que prius
erant ei odioſa ⁊ videbantur impoſſibilia fiũt
ei amabilia facillima atq̃ delectabilia. his igi
tur premiſſis peto que fuit cauſa tante muta
tionis: nunquid talia facere eſt ſm̃ naturaz cor
ruptã: certe non: imo natura mundi eſt con-
traria predictis. Nunquid natura exigit ali-
quẽ deſerere bõa q̃ hʒ ꝓ his q̃ nõ ſũt certe nõ
talia g̃ facẽ eſt oio ɔ nãm. Si petis igit̃ q̃ ſit
precipue cã tãte mutatiõis: audacter dico q̃
eſt quoddã accñs ꝓueniẽs a deo i corde tal'
iuuenis: qđ vtiq̃ eũ certificat đ bõis eternis
⁊ felicitate futura: ꝓpter quã certitudinẽ om
nia ſupđcã relinq̃t vt eterna bõa nõ amittat
Qđ egregie confirmãs Grego. i omelia de
cõi virginũ ſic dic̃. Qui celeſtis vite dulcedi
nẽ inq̃tũ poſſibilitas admittit ꝑfecte cogno-
uerit: ea q̃ in terris amauerat: libenter cũcta
derelinquit: in cõparatione eius vileſcũt om
nia deſerit habita cõgregata diſpergit inar
deſcit in celeſtib⁹ animus nihil i terrenis de
forme conſpicit q̃cq̃d de terrene rei placebat
ſpecie: q2 ſola ſpecioſe margarite claritas ful
get in mente. De cuius dilectione recte per
Salomonẽ dicitur. cãt. 8. Fortis eſt vt mors
dilectio: quia videlicet ſicut mors corpus in-
terimit: ſic amorem rerum corporaliũ eter
ne vite charitas occidit. Nam quem perfe-
cte abſorbuerit ad terrena foris deſideria ve
lut inſenſibilem reddit. hec ibi. Qđ ɔfirmãs

ſaluatoꝛ Jo.4.ſamaritane dicebat.omnis q
biberit ex aqua hac.ſ.mundana delectatione
ſitiet iterum:qui autē biberit ex aqua quā
ego dabo ei non ſitiet in eternum:ſed aqua
quam ego dabo ei fiet in eo fons aque ſalien
tis in vitam eternam.hec ibi.Super que ver
ba Auguſti.ait.Qui biberit de fluuio dulce-
dinis paradiſi cuius gutta maioꝛ eſt oceano
reſtat vt in eo omnis ſitis mundane delecta
tionis extinguatur.hec ibi.Cauſa igitur preci
cipua vt elicitur ex predictis quare multi vo-
luptates mundi ſequuntur in experientia ſu
perni accidentis ideſt ſuperne gratie que eſt
quedam arra ſeu certitudo ipſius felicita-
tis.Econtra vero cauſa precipua quare mul
ti ſe ſubtrahūt a predictis:eſt ſpecialis quedā
experientia diuine gratie per quam certifica
tur perſona de futuris bonis.Et ideo philo-
ſophus primo metha. dicit. Experiētia facit
artem inexperientia vero caſum . Et idem
dicit.experientia nihil differt ab arte quātū
ad agere:ſed expertos magis perficere vide-
mus habentibus rationem ſine experientia
quia experientia eſt cognitio ſingulariū: ars
vero vniuerſalium.Et ideo experti circa ſin-
gula iudicant de re:inexpertis autem poſſibi
le eſt latere vtrum opus ⁊ res bene vel male
fiat.hec ibi.Et ſic ex preſatis patet ſeptimū.
argumentum ſimul cum ſex ſupradictis futu
re felicitatis oſtenſiuum.Quam futuram fe-
licitatē concedat nobis clemētiſſimus deus
experiri per gratiam in preſenti:⁊ per gloriā
poſſidere in futuro:qui felix ⁊ glorioſus i celis
⁊ vbiq; regnat p infinita ſecl'a ſecl'oꝝ. Amē.

¶ Feria tertia poſt reſurrectionem domini.
Item de vndecima excellentia ſacratiſſime
fidei ſeu de certitudine future felicitatis.

Vid turbati
q
eſtis ⁊ cogitatiōes aſcendūt
i corda veſtra:videte manus
meas ⁊ pedes q2 ego ipſe ſū.
Scribuntur hec verba luc.
24.caplo.⁊ in euangelio oc-
currentis ferie. Poſt ſacri
euangelij litteralē ⁊ moralem expoſitionem
ſpectabiles ciues: exquo heſterna die ſufficiē
ter vt vidiſtis ſeptem argumenta fortiſſima
certitudinem future vite ⁊ eterne felicitatis
declarata ſunt:habeo in preſenti ſermone ſe
ptem alia foꝛtiſſima argumenta que reſtant
certitudinem fututure beatitudinis oſtenden
tia ſingulariter declarare. Que quidem non
parue vtilitatis erunt:cum errores peſſimos
forte a coꝛdibus multorum extirpabunt:⁊ vl-
tra hoc veras mentes fidelium in fide ſua:⁊
per conſequens in bonis operibus miro mo
do roborabūt:quoꝝ quidem argumentorum.
¶ Primum dicitur argumentum nobilita-
tionis.¶ Scđm dicitur aurgumentum for-
tificationis.¶ Tertium dicitur argumentū
oppoſitiōis.¶ Quartum dicitur argumentū
perfectionis.¶ Quintum dicitur argumen
tum ſuſceptionis. ¶ Sextum dicitur argu-
mentum multiplicationis.¶ Septimum di-
citur argumentum obiectionis.
¶ De ſeptem alijs argumentis oſtendentibꝰ
certitudinem future felicitatis ⁊ vite:⁊ primo
de primo qđ dicitur argumētū nobilitatiōis.
Rimū igit argumētū ſ; octauū i ordi
p
ne vnūquēq; certificās đ futura vita
⁊ eterna felicitate đr argumētū nobi
litationis.Ante declarationem huius argu-
menti:O incrudele ⁊ beſtialis ad deſtructio
nem erroris tui atq; perfidie volo vti quodā
argumento quo vſus fuit quidam religioſus
contra quēdam philoſophū qui omnino ne
gabat animam eſſe inmortalem: ⁊ per conſe
quens non eſſe futuram vitam. Audi igitur
queſo me.aut anima ē mortalis: aut vere eſt
inmortalis. Si anima eſt vere mortalis ⁊ tu
per fidem credis firmiter eam eſſe inmorta-
lem nullum inde ⁊ propter hoc proueniet ti
bi malum ⁊ incōmodū. Si autem eſt inmor
talis ⁊ eam credis pertinaciter eſſe mortalē
aliquod poterit propter hoc tibi venire ma-
lum ⁊ incōmodum in futuro.Quibus prepo
ſitis melius eſt ex omni parte vt anima fir-
miter credaſ eē inmortalis: ⁊ per conſequēs
eſſe futuram vitam:⁊ ratio eſt:quia ſm phi-
loſophum in diuerſis locis ⁊ precipue tertio
thopicoꝛū. q2 ſi ex prepoſitus duobus:⁊ iſti-
us ſit conſecutiuum bonum:illius vero ma-
lum:magis eligendum eſt id cuius conſecu-
tiuum bonum eſt q̃3 illud cuius conſecutiuū
eſt malum.Hanc eandem ſententiam refert
Tuliꝰ in libro de ſenectute.Catonē ad q̊ſdā
dixiſſe, Si anima iquit mortalis eſt qui cre-

dunt eaſ mortales eſſe non erunt poſt hanc
vitā vt nos ↄfūdāt de ↄ̄ria opiniōe. Si vero
aīa imortalis eſt nos q ſumus huius opinio
nis poterimus eos confundere ⁊ deridere
qui ſunt contrarie opinionis. his premiſſis
dico ꝙ quicunqȝ eſt ſani intellectus etiam ſi
ne alijs argumentis firmiter ⁊ indubitanter
credet ⁊ animam eſſe immortalem ⁊ etiam
aliam vitam ⁊ felicitatem vt tamen quiſqȝ
firmius adhuc credere poſſit. Venio ad de
clarationem argumentorum premiſſorum.
Fundamentum igitur primi argumenti qḋ
dicitur argumentum nobilitationis. ponit
philoſophus.17.de animalibus. di. Omnis
ſubſtantia viuens naturaliter eſt melior ⁊ no
bilior non viuente. patet hec regula. Nam fo
lium arboris vegetatiuum eſt nobilius natu
raliter omni auro mundi. vermiculus autem
qui vltra animam vegetatiuam habet ſenſi-
tiuam eſt nobilior naturaliter omni auro et
omnibus arboribus mundi: loquor quantuȝ
ad naturam non quantum ad vſum. Simi-
liter eccleſiaſtes .9. hoc idem exēplificat. Sa
lomon dicens. Melior eſt canis viuus quo-
libet leone mortuo. Quo preſuppoſito ꝙ
ſubſtantia viuens nobilior eſt qualibet non
viuente: peto an celi ⁊ corpora celeſtia habe-
ant animam ſeu vitam. ⁊ certum eſt ꝙ non
dicente damaſceno lib.2.c.5. Celi inquit ſunt
penitus inanimati ⁊ inſenſibiles Et bona.
in ſecundo. di.14. ar.3. q.2. in cor. q. dicit. Cum
queritur vtrum motus celorum ſit a propria
forma ⁊ anima vel ab intelligentia. Reſpon
deo ꝙ quidam philoſophi poſuiſſe videnᷓ:
ꝙ celi habent animas: ⁊ ꝙ celum eſt ma-
gnum animal ⁊ ꝙ mouetur a propria forma
perfectiſſima: ſicut mouetur anima. ⁊ hāc ani
maȝ motricem poſuerunt regi ⁊ dirigi a deo
mediante itelligētia ſȝ hec poſitio falſa ē ⁊
erronea: quia celi ſunt inanimati ⁊ inſēſibi
les. ⁊ ꝙ dicunt deum aliquando benedice-
re. hoc eſt dictum per proſopopeam ⁊ iſta eſt
cōis ſententia ſcōrum. Idō Aug. retractat illḋ
verbū qḋ dīc i lib. de imortalitate aīe. ꝙ mū
dus aīatur ⁊ celū. Et ſi aliq ſancti hoc videā
tur dicere ſic Hyero. ſup ezechielē: hoc totuȝ
itelligēdū ē eſſe dictū methaforice. Nō ſolū
aūt hec poſitio ē cōtra catholicos doctores
ſȝ ēt cōtra phīcos tractatores: q ponūt ꝙ ſba
itellectualis nō vnitur corpi niſi mediāte ve

getabili ⁊ ſēſibili. Et ſic ſi celuȝ perficeretur a
ſba ſpirituali hēret ſētire ⁊ vegetari: ⁊ ita nā
li' poſſet corrūpi qḋ falſuȝ ē: ꝓpterea dicēdū
eſt ꝙ celi mouētur ab itelligētia ſeu ab ange-
lis. hec Bona. verbal'r. hoc idē dicit Ric. in
2. di.14. Et in.4. diſtin.43. ar.1. q.1. in cor. q. Li
cet igiᷓ vt ꝑtactū eſt celi ſint iaiati: tñ deus
vt i heſterno ſermone dictū fuit: cōicauit eis
eē ꝑpetuū icorruptibile ⁊ eternū. Sȝ clarū eſt
ꝙ hō ē nobilior oibꝰ celis ⁊ mundo: ꝑ eo ꝙ
hō habet triplicē aiaȝ. vegetatiuā ſenſitiuā ⁊
intellectiuā ꝑꝑ quā non tm̄ ē nobilior celis ſȝ
ēt cūctis aiantibꝰ. dicente auctore lib.6. phi.
Animātiora inqᷓt ſunt ſimpl'r nobiliora ⁊ paſ
ſibiliora: vt aial arbore: ⁊ rationale nō rōnali
Qḋ ſi ſic ē ꝙ hō ſit nobilior omni celeſti cor
pore: ergo ſi iſta erūt eīna: multo magis ipſe
hō dȝ eē eternus. Et cōfirmaᷓ iſta ratio. cer-
tuȝ ē eniȝ vt dr̄.2. phi. ⁊.3. topicoꝝ. ꝙ finis eſt
melior oibꝰ que ſūt ad finē. Qḋ pȝ. qꝛ domi-
nus ad quē ordinanᷓ ancille ⁊ ſerui: nobilior
ē oibus ſeruis ⁊ ancillis. Tūc vltra quero q̄-
re deus fecit ſolem ſydera ⁊ celos cū oē agēs
vt dr̄.2. phiſi. agat ſimpl'r propter finē. Et cer
tū eſt ſm̄ tho. in.2. di.1. Et ſm̄ Bona. in.2. di.
15. ar.2. q.1. ꝙ ea deus fecit duplici fine. primo
ꝑꝑ oſtenſionē ſue potētie ſapientie ⁊ bonita-
tis. iuxta illud prouer.16. Oia ꝑꝑ teipſū ope
ratꝰ es domine. Scḋo ea fecit ſimul cū oibꝰ
inferioribus ꝑꝑ ipſuȝ hoiem. vt. ſ. ſint ad ſuuȝ
auxiliuȝ ⁊ ad ſuuȝ adiumētū. ꝑꝑ ꝙ phs ſecū-
do de aia dicit. Finis quodāmodo oiuȝ. ſ. ani
maliuȝ reruȝ inferioꝝ ⁊ corporū celeſtium eſt
hō. Et ꝑmo. politicorū dīc. Nā fecit oia ꝓpᷓ
hoies. ⁊ ꝓpha dicit. Oia ſubiecisti ſub pedi
bus eiꝰ. ⁊c. Et ꝙ ēt iferiora ſint facta ꝑꝑ finē
hōis. rationē aſſignat Ric. in.4. di.48. ar.2.
q.6. di. Qḋ poſt iuditiū oēs creature iferio-
res deficiēt ⁊ nihil amplius generabiᷓ: eo ꝙ
deficiente cā. ſ. hoie propter quē facte ſūt: de
ficient ⁊ effectꝰ. i. inferiores creature q̄ erant
ad vſū eius Quo etiam cōceſſo ꝙ hō ē finis
oiuȝ creaturaꝝ inferiorū. g̊ ꝑ ↄn̄s ꝑ ſuꝑdictā
regulaȝ ē nobilior eis. Quod ſi ſic eſt: ergo
nobiliorē finē hr̄e dȝ eis. Si āt diceres ꝙ de
us ſimpliciter fecit hominem: vt in hac vi-
ta comedat bibat finaliter moriatur: ⁊ vlte-
riꝰ de ipſo nō ſit mēoria: ſeqreᷓ hoc icōueni
ens ꝙ ira elemēta arbores beſtie celi nobili
ora eēnt ipō hoie: qḋ cū ſit ↄ̄ oēȝ philiſophiā

iccirco oportet cõcludere hominem futurum eſſe inmortalem ⁊ perpetuum: quia fruſtra aliter conditus eſſet a deo:⁊ de ceteris brutis ⁊ creaturis maioꝛ cura fuiſſet deo q̃ꝫ de rationabilibus creaturis:quod ⁊ certe falſiſſimum eſt. Dic michi queſo. Nunquid aliquis dominus ⁊ pater non prouidebit filio q tam diligenter prouidet ſeruo filij:certum eſt ꝙ ſic:ergo a ſimili eſt ḋ anima ⁊ ceteris creaturis propterea dominus ieſus Mat.6.inſinuare volens maioꝛem curam eſſe deo de hominibus quam.de omnibus alijs inferioribꝰ creaturis dicit reſpicite volatilia celi quomodo non ſerunt neqꝫ metunt: neqꝫ congregant in hoꝛrea ⁊ pater noſter celeſtis paſcit illa:⁊ ita ſubdit. De veſtimento qd ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia cãpi qũo creſcũt. non laboꝛãt neqꝫ nent. dico autem vobis qm̃ nec Salomon i tota gloꝛia ſua cooꝑtus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si aũt fenuꝫ agri qḋ hodie eſt ⁊ cras in clibanũ mittiť deuſ ſic veſtit:q̃ꝫto magis vos mĩme fidei. h ibi. q̃ſi dicere velit. Si deus habet tantã caraꝫ de irrõnabili creatura dãdo ei fineꝫ ſuũ:a foꝛtioꝛi hẽbit de rõnalibꝰ hoie ad hymaginẽ ⁊ ſiĺitudineꝫ facto:dãdo ei nobilioꝛẽ finẽ. Supꝛadicta oĩa cõfirmãtur ꝑ tertũ aureũ ⁊ egregiũ Lactãtij. 7.li.di.iſti. dicẽtis. Quis eſt eni tã ineptus: vel tã ocioſus vt agrediatur aliqd facere fruſtra:ex quo nullam vtilitatem:nullum cõmodum ſperet. Qui domum edificat non ideo edificat vt tantũmodo domus ſit:ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauem fabꝛicat non ideo aſſumit opaꝫ vt tm̃ nauis appareat:ſꝫ vt i ea nauigetur. Itẽ qui vas aliquod inſtituit ac foꝛmat:nõ ꝓpterea id facit vt tm̃ feciſſe videatur ſed vt vas illud effectũ capiat aliqḋ neceſſariũ. Siĺr cetera quecũqꝫ fiũt nõ vtiqꝫ in ſuꝑuacuũ:ſed ad vſus aliquos vtiles laboꝛantur Mũdus igiť a deo factus eſt nõ vtiqꝫ ꝓpter ipſũ mundum:neqꝫ enim aut caloꝛe ſolis aut lune:aut aſpiratiõe ventoꝝ:aut humoꝛe ymbꝛiũ:aut alimonia frugũ cũ ſenſu careat indiget. Sed ne illud quidem dici põt ꝙ ꝓp ſeipꝫ fecerit mũdũ:qm̃ põt eẽ ſine mũdo ſic fuit antea. Ex his oĩbus q̃ in mũdo ſũt ⁊ q̃ in eo generãtur deus ĩpe nõ vtiť. Appet ḡ aĩantium cã mũdũ eẽ cõſtitutũ:qm̃ rebus his qbus cõſtat aĩantes fruũtur:que vt viuere ⁊ cõſtare poſſint:oĩa his neceſſaria tẽpoꝛibꝰ certe ſubminiſtrant. Rurſus ceteras aĩantes hoĩs cã eſſe factas ex eo clarũ eſt ꝙ homini ſeruiũt:⁊ tutele eiꝰ atqꝫ vſibꝰ date ſũt.⁊ iſra. Sic ergo mũdũ nõ ꝓp ſe deus fecit qꝛ cõmodis eiꝰ nõ indiget:ſꝫ ꝓp hominẽ q eo vtiť:ita ipm̃ hominẽ propter ſe. Que vtilitas deo i hoĩe inquit Epicurrus vt eũ ꝓp ſe facẽt.ſ.vt eẽt q opera eius itelligeret:qui ꝓuidẽtiã diſponẽdi: rõeꝫ faciendi:virtutẽ cõfirmãdi:⁊ ſenſuꝫ admirari ⁊ voce proloq poſſet. Quorum omniũ ſũma h eſt vt deum colat. Sꝫ colit q intelligit. Is artificẽ reꝝ omniũ ſe pr̃em ſuũ verũ debita veneratiõe ꝓſeqť:qui virtutẽ maieſtatiſ eius de ſuoꝝ opuꝫ inuentione inceptiõe ⁊ ꝑfectione metit. Qḋ planius argumẽtuꝫ ꝓferri põt ⁊ mũdũ hoĩs:⁊ hoĩes ſua cã deũ feciſſe:q̃ꝫ ꝙ oĩbus exaĩantibus ſolus ita foꝛmatus eſt:vt oculi ad celũ directi:facies ad deum ſpectãs vultus cũ ſuo parente cõis ſit:videaturqꝫ hominem deus q̃ſi poꝛrecta manu ab humo leuatũ ad ꝯtẽplationẽ ſui excitaſſe. h lactãtius.

¶ De ſcḋo argumẽto oñſiuo future felicitatꝭ quod diciť argumentũ foꝛtificatiõis.

S Ecũdũ iſuꝑ argumẽtũ ſꝫ nonũ i oꝛdide vnũquẽqꝫ certificãs de eterna vita ⁊ futura felicitate dicitur argumẽtũ foꝛtificatiõis. Fũdamẽtũ huius argumẽti põit phs li.ḋ aĩalibꝰ.di. Foꝛtioꝛeſ potẽtie ſimplr̃ ſũt magis aꝑhenſiue oboꝝ. patꝫ h regula. Nã oculus aqle cũ ſit vigoꝛoſioꝛ oculo hoĩs ⁊ cuiuſlibꝫ aĩalis iccirco videt clarius ſolẽ in rota q̃ꝫ oculus hoĩs ⁊ ceteroꝝ aĩalium. Siĺr auris petri clarius ꝑcipit ſõnũ ⁊ vocẽ q̃ꝫ auris Martini.⁊ hoc reſpectu maioꝛis diſpõis Siĺr cuꝫ in hoĩe ſit oculꝰ coꝛꝑis:⁊ oculus aĩe q eſt itellectꝰ:claꝝ eſt ꝙ itellectus aĩe magis ꝑcipit ẽentiã rei q̃ꝫ oculus nãlis:ꝓ eo ꝙ nomẽ intellectus quãdã itimã cognitionẽ ipoꝛtat. Proinde diciť intellectus rẽ itelligẽ.i.q̃ſi intus legẽ:⁊ hoc manifeſtat dr̃iaꝫ ſenſus ⁊ intellectus. Nã cognitio ſenſitiua vt nr̃a ⁊ brutoꝝ ſolũ occupať circa q̃litates ſenſibiles exteriores vt videre colorẽ ⁊ nõ coꝛpus:vł ſbaꝫ interioꝛẽ. Itẽ guſtare ſolũ ſapoꝛẽ rei. Itẽ auris olũ audit ſonũ ⁊ nõ penetrat verba. Cognitio aũt itellectiua penetrat vſqꝫ ad ẽtiam rei:ꝓ eo ꝙ obm̃ intellectus eſt qḋ qd ẽ:vt dr̃ ꝑ poſterioꝝ:⁊ tertio de aĩa. Sũt aũt mł̃ta genera eoꝝ q̃ interiꝰ latẽt,q̃ nõ nãlis oculꝰ ſed ſolũ itellectus penetrare põt. Naꝫ ſub oĩbus accidẽtibus latet vbiqꝫ nã reꝝ ſbaliũ:ſub verbis latẽt ſiĝcata verboꝝ. In figuris latet res

figurata ſic̄ ſb ligno crucifiri itellegit̄ ipẽ xp̄s
Siĺr in cāis latēt effectus: vt i potētia gnati
ua hoīs: latet fili⁹ gnāndus: ⁊ in arbore latet
fruct⁹. Siĺr in effectib⁹ latēt ſue cāe. Que ve-
ritates a ſenſibilibus oculis nō pcipiunt̄. Si
eni direris aiali ſeu preponas oculis nr̄is qd
cōſiſtit ſub accſitibus hoſtie cōſecrate nō pci
piūt. Itē ſi preponas auribus nr̄is atq; bru-
toꝝ qd ſignificēt iſta verba deus ē ſūmū bo-
nū: ſonuz qdem audiēt: ſ; veritatē nō pcipiēt.
Quo p̄ſuppoſito: q̄ .ſ. pfectior potētia magis
eſt apprehēſiua obi: certū ē q̄ obm cuiuſlibet
hūani itellectus eſt verū dn̄te pho. 6. ethicoꝝ
Bonum ⁊ malum ſunt in rebus: veruz ⁊ fal-
ſum ſunt in intellectu. Sed clarum eſt q̄ veri
tas magis apprehēditur ab vno intellectu q̄z
ab alio: non quia eſſentia vnius itellectus ſit
ab origine naturaliter pfectior altera: ſ; hoc ꝓ
uenit p triplex accidēs. v; p accidēſ pfectioris
diſpōnis corporalis: p accidēs doctrine: p ac
cidēs cōſuetudinis vel expientie. De quo tri-
plici accidēte. 10. ethicoꝝ phs ait. Bonos ⁊ i-
genioſos nos qdam fieri exiſtimat: hi quidem
a natura: hi a doctrina. hi vero ꝯcōſuetudine
Adde ⁊ q̄rtuz accidens nobilius ſupradictis
videlicet accidens infuſionis ſupernaturalis
gratiē dei. Quod ſi ſic eſt q̄ veritas alic⁹ rei
clarius percipitur ab vno itellectu q̄z ab alio.
Ecce q̄ prepono tibi o icredule de futura vi-
ta ſolum intellectū Aug. ſeu Ambroſij ⁊ que
ro a te quis habuit maiorem intellectū tā per
accidens naturalis diſpōnis q̄z p accidēs do
ctrine vel ſcientie acquiſite ⁊ inſuper expiētie
⁊ qđ magis eſt infuſionis ſupnaturalis grē
an tu an ipſi. Et certū eſt q̄ ipſi. Vade ⁊ trā
ſcurre eoꝝ inumerabilia opa q̄ cōpoſuerūt
in quibus q̄ſi infinitas veritates poſuerunt ⁊
cognouerunt: ⁊ videbis ignorantiam tuam: ⁊
eorum ſciaz. Et etiā percipies q̄ nō tm̄ plus
intellexerunt de veritatibus reruz q̄z tu incō
parabiliter: ſed etiā plus q̄z fere inūerabiles
hoīes tibi ſimiles. Quod ſi ſic eſt quis dubi-
tat qn magis veritatez vel falſitatē de futura
vita cognouerit Aug. q̄z qcūq; alij cū oēs q̄ſi
vt p; in oibus opibus ſuis in ſcia ſupnatura
li diuinoꝝ ſupauerit. Certe ſi futura vita non
eēt itellect⁹ Augu. valde ſubtilis plus ceteris
hoc cognouiſſet. Nā vt. 4. dr̄ meta. Sapien-
tis ꝓpriū eſt oppoſita ſic medicia ſpeculatur
ſanū ſpeculari ⁊ egrū. O igit̄ tu q millies mi
nus de veritate cognoſcis futuroꝝ q̄z Augu.
crede q̄ Aug. q millies plus veritatē future vi
te cognouit q̄z tu. Quid dicemus de ꝓfundi-
tate intellect⁹ beati Jo. euāgeliſte. lege q̄ſo euā
geliū ſuū ⁊ precipue In pncipio erat verbuz
vbi ⁊ Jero. in ꝓlogo ait. Si parū altius Jo.
intonāſſet arbitror q̄ totus mūdus cape nō
potuiſſet. lege ⁊ queſo Apochalipſi; quam ei
xp̄s reuelauit i pathmos inſula. dū ibi in exi-
liuz a Domiciano imꝑatore miſſus fuiſſet: ⁊
⁊ videbis ꝓfūditatē intellectus ſui: ꝓpter qđ
Jero. in ſcđo ꝓemio ſuper apocal. ait. apocali
pſis Joā. tot h; ſacrā quot verba: parū enim
dixit ſ; ꝓ merito voluminis huius laus ois iſe
rior ē. In verbis ſingulis m̄ltiplices latēt in
telligētie. h Jero. Si igit̄ Jo. ſic fuit ſpeclatiu⁹
in cognitiōe veritatū: q̄ q̄ſi trāſcēdit oēz hūa
nū itellectū: cur nō magis ei credit̄ ſeu credi
dis q̄z itellectui tuo? Qui ēt nō intelligit non
tm̄ dei ſed nec vniuſ vermiculi ꝓprietatē. Ta
ceo de intellectu pauli q cum iudeus eēt ⁊ do
ctus plurimū in nāli phia ⁊ iudeoꝝ lege: per
gamalielē tādē conuerſus miraculoſe vt ha-
bet actuū. 9. p vocē xp̄i ſibi dicētē. Saule ſau
le qd me pſeq̄ris: ego ſū xp̄us nazaren⁹ quē
tu pſequeris durū ē tibi ꝯ ſtimulū calcitrare
nō tm̄ p ſciam nālez ſ; p experiētiā ſupnālis
viſionis ⁊ reuelatiōis cognouit q̄ſi infinitas
veritates de ipſo deo ⁊ angelis eius: nec non
⁊ de futura felicitate ꝓut in epl̄is eius ꝯtinet̄
ꝓpterea. 2. cor. 12. ait. Si gloriari oz. non expe
dit qdē. veniaz aūt ad reuelatiōes ⁊ viſiones
dn̄i. Scio eni hominē in xp̄o an̄ ānos. 14. ſi-
ue in corpe ſiue ex̄ corpus neſcio deus ſcit ra
ptū hmōi vſq; ad tertiū celū in paradiſū: ⁊ au-
diuit archana verba q̄ nō l; hōi loq ꝓ hmōi
aūt gl̄iabor. h ibi. Dic mihi q̄ſo cui magis e
heretice credēdū eſt an paulo q expiētiaz ha-
buit ⁊ ſciaz de futura felicitate: an tibi cū mul
tis alijs q nec ſcientiaz nec expiētiā de ipſa
futura felicitate hēs? ⁊ certū eſt q̄ paulo: pre-
termitto ēt itellectū ſubtiliſſimū ſacroꝝ theo-
logoꝝ ceteroꝝq; catholicoꝝ doctoꝝ q ſimul
oēs ſi nō eēt futura vita ⁊ felicitas magis cre
dēdū eſt q̄ infinitis cognouiſſent q̄z tu. Qui
bus ꝓ cōſequens magis credendū eſt infini-
ties q̄z tibi cuz illi ſapiētiores fuerūt in omni
ſciētia q̄z tu qui ſtultiſſimus es dū fantaſiaz
ſolā preponere preſumis collegio tantoꝝ ſa-
piētiſſimoꝝ ⁊ doctiſſimoꝝ viroꝝ. Taceo q̄ ſi
duobus vel tribus teſtibus fides pleniſſima
adhibetur ſicut habet̄ Mat. 18. ⁊ extra de ꝓ-

batiōibus.c.qm̄ ꝫ falſam. Et extra de teſtib⁹ ⁊ atteſtatiobus.c.cā ꝙ vertitur. ⁊ extra de tebus cogēdis vel nō.co.c.cum ſuper cā. A fortiori fides eſt adhibēda tāte multitudini ⁊ tot teſtibus: quot ſunt patriarche ꝓphete apoſtoli confeſſores virgines cunctiqꝫ ſacri eccleſie doctores atqꝫ theologi: q ſimul oēs futuram vitā cōfeſſi ſūt ⁊ pro illa fecerunt q̄cūqꝫ fecerunt. Itē ſi in capitul' ⁊ conſilijs maiori pti creditur: ſicut expreſſe tex. habet̄ extra de his que fi. a ma. parte ca.c.cuꝫ in cūctis eccleſijs ⁊ extra de elec.c.licet. Cur nō magis credendum eſt tot chriſtianis q ſunt ⁊ fuerūt q̄ꝫ vni heretico. Immo etiam cōmuniter vniuerſitas paganorum preteritorum ⁊ etiaꝫ īfideliū preſentium tenuit ⁊ tenet futuram eſſe vitam ⁊ felicitatem pro qua etiam poſſidenda nōnulli ſe morti expoſuerunt. Unde Augu. li.22. de ciuitate dei. recitat ꝙ qdā philoſoph⁹ cui nomen erat Theobrocus lecto libro platonis de imortalitate anime: de muro ſe precipitem dedit mortēqꝫ ſuſcepit. Et lactantius. tertio. d. inſti. ait. Multi ex his qui animaſ eē eternas ſuſpicabantur: tanq̄ꝫ in celuꝫ ad eternam vitam migraturi eſſent ſibiipſis man⁹ in mortem tulerunt: vt cleantes ⁊ criſpus ⁊ zenon ⁊ empedocles qui ſe in ardentis ethne ſpecu intempeſta nocte deicit: ⁊ cum repente non apparuiſſet abiſſe ad deos crederetur hec ille Jo. Cōcluſionaliter tenendum eſt ꝙ impoſſibile eſt tantam multitudinem chriſtianorum ⁊ etiam infidelium poſſe errare q̄ꝫtuꝫ ſcilꝫ ad credulitatem future vite precipue cuꝫ philoſophus. 7. ethicorum dicat. Fama quā omnes famāt nō omnino deperditur. Iccirco valde iniquus eſt imo ſtultus qui tātis vt prediri ſapientiſſimis viris credere recuſat. Proinde Leo papa. 24. q. 3. c. quid auteꝫ. ait. Quid autē iniquius eſt q̄ꝫ impia credulitate ſapere: ⁊ ſapientioribus doctoribuſqꝫ nō credere: ſed in hāc inſcipiētiam cadunt quicūqꝫ ad cognoſcendam veritateꝫ aliquo impediūt abſcuro. hij nō ad ꝓphicas voces nō ad apoſtolicas lr̄as: nec ad euāgelicaſ auctoritates ſꝫ ad ſemetipſos recurrūt: ⁊ iō magiſtri erroris extitūt q2 veritatis diſcipuli nō fuerūt. hec ille

¶ De tertio argumento oſtenſiuo future felicitatis. quod dicitur argumentum oppōnis.

Ertium etiam argumentuꝫ ſed deci-
t mū in ordine vnūquēqꝫ certificās d̄
eterna vita ⁊ futura felicitate dr̄ argumentum oppoſitionis. Fundamentum huius argumenti ponit philoſophus ſecundo de celo ⁊ mundo. dicens. Si eſt reperire vnū contrarium in natura eſt reperire ⁊ reliquum. patet hec regula. Nam ſi reperitur triſtitia ⁊ calor: etiā reperitur letitia ⁊ frigus. Similiter ſi reperitur obſcuritas malum ⁊ mors: reperitur etiam claritas bonum ⁊ vita. Propter qd̄ eccleſiaſtici triceſimotertio. dicitur. Contra malū eſt bonum: ⁊ contra vitam mors. Quo preſuppoſito certuꝫ eſt ꝙ reperitur locus inferior vbi eſt vita plena omni miſeria dicēte Salomō prouer. 9. In profundis inferni cōuiue eius. Et Iſa. 7. dr̄. Locut⁹ ē dn̄s ad Achaꝫ dicēs. Pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo i ꝓfūdū iferni ſiue i excelſū ſup̄ Et Iſa. 14. dr̄. Detracta ē vſqꝫ ad iferos ſupbia tua cecidit cadauer tuū ſubt⁹ te: ſternet̄ tinea: ⁊ operimentum tuuꝫ erunt vermes: quomodo cecidiſti de celo Lucifer qui mane oriebaris corruiſti in terraꝫ qui vulnerabas gentes qui dicebas in corde tuo: in celum conſcendam: ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum: ſedebo in mōte teſtamēti in lateribus aqlonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſſimo. Uerūtn̄ ad infernuꝫ detraheris in profundum laci. hec ibi. Et apoc. 20. dicitur. mors ⁊ infernus dederūt mortuos ſuos tempore iudicij. Et Job. 21. dicitur. Tenent tympanum ⁊ cytharam ⁊ gaudēt ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos: ⁊ in puncto ad inferna deſcendūt. hec ibi. Qd̄ ſi ſic eſt ꝙ infernns reperitur qui eſt plenus omni pena: ergo neceſſe eſt reperire locum ſibi contrarium qui eſt paradiſus in quo inueniat̄ omnis letitia ⁊ beatitudo: ꝙ ſimul duo confirmans propheta dicebat. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiam: ſi aſcendero in celuꝫ illic es ſi deſcendero in infernum ades. Que etiam duo loca contraria ſaluator eſſe teſtatur luc. 16. per exemplum diuitis epulonis ⁊ Lazari mendici di. Factum eſt autē vt moreretur mēdicus ⁊ portaretur ab angelis in ſinu habrae: mortuus eſt auteꝫ diues ⁊ ſepultus eſt in inferno: eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis vidit habraam a longe ⁊ Lazarum in ſinu eius: ⁊ ipſe clamās dixit pater habraam miſerere mei ⁊ mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit

illi habraã. Fili recordare quia recepiſti bõa
in vita tua ꝛ Lazarus ſimiliter mala. Nunc
autem hic conſolat̃ tu vero cruciaris: ꝛ ĩ his
omnibus inter nos ꝛ vos chaos magnũ fir
matũ eſt: vt hij qui volũt trãſire hinc ad vos
nõ poſſint neq̃ inde huc trãſmeare. hec ibi.
Quod ſi diceres demones nõ vidi nec locũ
inferni. ergo per oñs paradiſũ ſibi õriũ eſſe nõ
credo. Rñdeo q̃ velis nolis tẽ infernum cre
des eſſe qñ ipſi demões in morte tua: ad ipſũ
infernum cum ceteris incredulis et dãnatis
te deducẽt: ſic Mar. vltio. c. ſaluator teſtatur
di. Qui crediderit. ſ. viã eternam: ꝛ baptizatꝰ
fuerit ſaluus erit: qui vero nõ crediderit con
dẽnabit: ꝛ merito tales debẽt dãnari cũ arti
culꝰ fidei dicat: carnis reſurrectionẽ ĩ vitam
eternam Amen.

¶ De quarto argumento oſtẽſiuo future feli
citatis quod dicitur argumẽtum perfectiõis

Quartum argumẽtũ ſed vndecimũ ĩ
ordine vnũquẽq̃ certificãs de eter-
na vita ꝛ futura beatitudine: dicit̃ ar
gumẽtum perfectiõis. vz charitatis. Fũdamẽ
tũ huius argumẽti põit phs. 8. ethicorum. di.
Amicitia bonoꝝ erga bonos permanet vſq̃
quo boni ſũt. patz hꝰ regula ẽt erga bruta ani
malia. Nã equꝰ tã diu a dño diligit̃ quouſq̃
durat bonitas eiꝰ. hoc idẽ facit erga ſeruum.
Quo preſuppoſito certum eſt vt in preceden
ti ſermone oñſum fuit. q̃ aïa eſt imortalis ꝛ
eterna: ꝛ per oñs eius bonitas ſubſtantialis
ꝛ ẽt accidẽtalis ꝓ vt eſt illoꝝ q̃ moriuntur cũ
virtutibus ẽ eterna. Quod ſi ſic eſt ergo dilectio
dei ad ipſam aïam dz eẽ eterna: q2 alr impfe
cta eẽt. pp qđ Tulius li. de amicitia dic. Per
fecte ꝛ vere amicitie ſempiterne ſũt: ꝛ phs. 8.
ethicoꝝ. ait. Amicitia bonoꝝ ꝛ honeſtoꝝ eſt
intrãſmutabilis. Et eccleſiaſtici. 17. dr. Om
ni tẽpore diligit q̃ amicus eſt. Proinde dio.
li. de di. no. di. Amor dei eſt quaſi quidã cir
culus principio ꝛ fine carẽs. qđ ſi ſic ẽ q̃ dilec
ctio dei ad aïaz imortalẽ eſt eterna: clarũ eſt
q̃ talis dilectio nõ eſſet vera niſi eidẽ aïe etiã
cõmunicaret quãdaz eternam felicitatẽ: ꝓ eo
q̃ vera amicitia cõſiſtit in cõicatiõe bonorũ
ſuorum. Vnde phs. 9. ethicoꝝ. Cõicatio bo
noꝝ cũ amicis eſt de eſſentia amicitie: quia
in bonis amicus ſe dz habere ad aïcũ ſicut
ad ſeipſum. Et Grego. in omelia pẽteco di.
Probatio dilectiõis exhibitio eſt opis. Qđ
ſi forte diceres. O exquo deus permittit aïaz
cũ corpore mori ꝛ corrũpi. Ideirco nõ eſt ne-
ceſſe q̃ tali aïe deus det eternã felicitatẽ. Re
ſpõdeo dic mihi queſo. Nõne in hoc mũdo
quiſq̃ fidelis amicus ſi poteſtatẽ habeat: ami
cũ ſuũ a morte preſeruat ꝛ defendit: certum
eſt q̃ ſic: ergo a fortiori credẽdũ eſt q̃ deus ami
cos ſuos ſeruat ab eterna morte in qua oĩo
nõ pereãt: mors igit̃ corporalis amicorum dei
nõ eſt mors ſed potius ſõnus vel tranſitꝰ qui
dã ad meliorẽ vitam. pp qđ Jo. ij. dixit chri-
ſtus. lazarus amicus noſter dormit. ꝛ Mat.
22. dicitur. Nõ eſt deus mortuorũ ſʒ viuẽtiũ.

¶ De quinto argumẽto oſtenſiuo future feli
citatis. quod dicitur argumentũ ſusceptiõis.

Quintum argumẽtũ ſed duodecimũ
in ordine vnunquẽq̃ certificans de
eterna vita: ꝛ futura felicitate: dicit̃ ar
gumentum ſusceptionis. videlicet mortis. pro
cuius argumenti declaratiõe peto quid ẽ ho
mini carius in hac vita ſuper omnia? certũ
eſt q̃ nõ ſunt diuitie nõ dignitates tẽporales
ꝛ ſpirituales nõ vxor nõ multa familia nõ in
finite poſſeſſiões ꝛ palatij non filij nõ paren
tes nec ceteri huiuſmodi: ſed ſimpliciter pro-
pria vita eſt cuilibet carior omnibus ſupradi
ctis pro qua cõſeruanda daret homo infini-
tos mundos ſi haberet: ꝛ vlterius citius per
mitteret omnes homines mũdi mori q̃z vel-
le propriam vitam perdẽ. Que omnia confir
mantur per illud Job. 2. Pellẽ pro pelle ꝛ cũ
cta que habz homo dabit pro anima ſua. Et
Boeciꝰ. proſa. ij. tertij lib. ait. Omne animal
tueri ſalutem deſiderat: mortem vero perni-
tiẽq̃ deuitat. Et. 3. ethicorum. phs ait. Mors
ideſt ꝑditio vite eſt vltimũ terribiliũ. ſ. pena-
rum. Hoc igitur conceſſo q̃ vita cuilibet eſt
ſic cara: certum eſt q̃ mlti martyres vitã per
diderunt pro acgrenda eterna felicitate. Nec
credendũ eſt q̃ vitã tam nobilẽ perdere vo-
luerint cũ prudentiſſimi eſſent pro dubia re
vel pro re falſa ꝛ incerta: quin potius pro re
certiſſima firmiſſima atq̃ veriſſima. Quod
ſi aliter feciſſent vtiq̃ ſtultiſſimi fuiſſẽt ex eo
q̃ rem certam ꝛ veram pro re incerta ꝛ falſa
tradidiſſent. Si igit̃ petis. O Bartholomee
apoſtole cur voluiſti decoriari? Clamans re
ſpondebit pro eterna felicitate. Et tu o Lau-
renti cur voluiſti corpus tuũ ſuper craticulã
igne cremari? Reſpõdet pro felicitate eterna.
Et tu o Petre ꝛ paule cur voluiſtis. Vnus
crucifigi ꝛ alter decapitari. Reſpondent pro

felicitate eterna. Et tu glo͞sa virgo katherina cur regnū tuū reliqſti: cur rotari ⁊ tandẽ decapitari voluiſti: R̄ndit pro eterna felicitate hoc idem dicas de beata Agnete Agatha ⁊ Lucia. Et tu o beata virgo Urſula cur voluiſti a p̄ncipe barbaroꝝ vna cum vndecim milibus virginibus ſagitrari ⁊ martyrizari. R̄ndit pro eterna felicitate. Et tu o glo͞ſiſſime Mauritij cur voluiſti vna cū tota legiōe tua thebea: vz ſex milibus ſexcentis ⁊.66. a Diocliciano ⁊ Maximiano imꝑatoribꝰ trucidari ⁊ martyrizari: R̄ndit pro eterna felicitate. Hi oēs martyres cū infinitis alijs q̄bus vita ſic erat precioſa ſicut ⁊ tibi o incredule de futura felicitate: nequaq̄ꝫ vitā ꝑdidiſſent: ſi vitā aliā certitudinalr̄ eſſe non cognouiſſent dn̄te ſcō Maximo in ſermone pl'ioꝝ martyꝝ. Nouimꝰ itaqꝫ inq̄t: q2 nō ſine magno diſcrimine de religionis veritate diſputamus: quam tantoꝝ martyꝝ ſanguine ↄfirmatā videmus magni periculi res eſt ſi poſt prophaꝝ oracula: poſt ap̄loꝝ teſtimonia: poſt martyꝝ vulnera: veterē fidē quaſi nouellam diſcutere preſumas: ⁊ poſt tam manifeſtos duces in errore ꝑmaneas: ⁊ poſt morientiū ſudores ocioſa diſputatiōe ↄtendas. Et iſra ſubdit. Mater inquā martyrij fides eſt: veneremur ḡ i ſcōꝝ martyꝝ gloria fidē noſtraꝫ q̄uo fideꝫ noſtrā: Ab illis eni dū mortis tollerantia indubitanter excipit̄: ſpes imortalitatis euidenter aſſerit̄. Nunq̄ꝫ eni hanc vitaꝫ tam ↄſtanter martyres expenderēt niſi eſſe alterā incōparabiliter beatiorē ꝑfecta diffinitione ſentirent. h̄ ille. Et Greg. 4. dialo. ait. Nūq̄ꝫ ſancti ap̄li ⁊ Chriſti martyres ſic preſentē vitā deſpicerēt: ⁊ in mortē carnis aīas ponerent niſi vlteriorē ⁊ meliorē aīaꝝ vitaꝫ ſubſequi ſentirent. h̄ ille. Deniqꝫ ꝙ oēs martyres pro certitudine future vite p̄ntem vitā tradiderit: teſtat̄ Aug. 22. c. ſuoꝝ ſolilogoꝝ. di. Obſecro dn̄e vt oia mihi amareſcāt ⁊ ſolus dulcis appareas aie mee q es eterna dulcedo ſcōꝝ tuoꝝ: per quā cuncta amara dulcorātur. Tua eni dulcedo Stephano torrentis lapides dulcorauit. Tua dulcedo craticulam Laurentio dulcē fecit: pro tua dulcedine ibāt ap̄li gaudentes a conſpectu ↄcilij: q̄m digni habiti ſunt pro noie Ieſu cōtumeliam pati. Ibat Andreas ad crucē ſecurus ⁊ gaudens: q̄m ad tuā dulcedinē ꝓperabat: hec tua dulcedo ipſos ap̄loꝝ p̄ncipes ſic impleuit: vt ꝓ ipſa crucis patibulū vnus eligeret: alter vero ferientis gladio caput ſupponere nō timeret pro hac emenda pellē ꝓpriā dedit Bartholomeꝰ: pro hac guſtanda veneni poculū itrepidus potauit Ioānes. hāc guſtauit Petrꝰ quādo inferioꝝ oblitus tanq̄ꝫ ebrius clamauit di. Dn̄e bonū eſt nos hic eſſe: faciamꝰ tria tabernacula: hic moremur: hic te contemplemur: quia nullo alio indigemus: ſufficit nobis dn̄e videre te: ſufficit tanta dulcedine ſaciari. Unā ſtillam dulcedinis iſte guſtauit ⁊ oēm aliam dulcedinē faſtidiuit. q̄d putas dixiſſet ſi magnā illam dulcedinē diuinitat̄. tue guſtaſſet quā abſcondiſti timentibus te hanc dulcedinē ineffabilem guſtauerat illa virgo de qua legimus ꝙ letiſſime ⁊ gratulanter ibat ad carcerem ⁊ quaſi ad epulas iuitata: agonem ſuū dn̄o precibus cōmendabat. hāc vt reor ⁊ ille guſtauerat qui dicebat q̄ꝫ magna mltitudo dulcedinis tue dn̄e quā abſcondiſti timentibus te. Quiqꝫ monebat di. Guſtate ⁊ videte q̄ꝫ ſuauis eſt dn̄s. h̄ eſt illa beatitudo deus noſter quā expectamus datuꝝ te nobis pro qua tibi cōtinue militamus ⁊ pro qua mortificamur tota die vt in eterna vita viuamus. hec ibi.

¶ De ſexto argumento oſtenſiuo future felicitatis q̄d dr̄ argumentū multiplicatiōis.

Sextum argumentū ſꝫ decimūtertiū i ordine vnūquēq̄ꝫ certificās de eterna vita ⁊ futura btitudine dicitur argumentū multiplicatōis. ſ. incōuenientium. Fundamentuꝫ huius argumēti ponit ph̄s. j. phyſi. di. Incōuenienti vno ſignato multa iconuenientia ↄtingūt. pꝫ h̄ regula. Qui eniꝫ ſanus exn̄s cibū intēperatū ſumit ſtatim ſequtur infirmitas ⁊ ex ↄſequenti mors: ⁊ p̄ ↄn̄s talis poſtmodū nihil boni pōt opari. Quo p̄ ſuppoſito: certū eſt a ſili ꝙ ſi det̄ hoc incōueniens ꝙ nō ſit futura felicitas ſubſequuntur quaſi infinita alia incōuenientia: q̄ videre potes in ſermōe imediate ſequēti: iter cetera tū accipe nunc tria: quoꝝ Primū dicit̄ incōueniens offenſionis. Scōm dicit̄ incōueniens ꝑditiōis. Tertiū dicit̄ incōueniens falſificationis. ¶ Primū inconueniens q̄d ſequeret̄ ſi futura vita non eſſet dicit̄ offenſionis. Nam liceret vnicuiqꝫ ipm dn̄m blaſſemare: eius mandata rumpere: ⁊ inſup ꝓximos ſuos in omni genere offenſionis offendere. ¶ Scōꝫ incōueniens q̄d ſequeretur ſi

felicitas non eſſet dicitur pditionis. Si eniʒ non eſſet futura felicitas:fruſtra pater celeſtis feciſſet filiuʒ ſuũ incarnari trigintatribꝰ ãnis peregrinari ꝛ tandẽ mori ꝛ crucifigi: qđ nequaqꝫ credendũ eſt:cũ ſola ſanguinis gutta preualeat in precio infinitis mundis.¶ Tertium incõueniens qđ ſequeretur ſi futura felicitas non eẽt dr incõueniẽs falſificatõis. vltra enim hoc ꝙ oẽs virtutes falſe dici poſſẽt ſequeretur etiã hoc incõueniens ꝙ oẽs viſiões ꝛ reuelatiões quas deus ſanctis patribꝰ veteris ꝛ noui teſti oñdit de beatitudine futura aiaꝝ falſiſſime fuiſſent:qđ vtiqꝫ nephas eẽt dicere ꝛ credere. Pone h tu predicator quaſuis viſiones etiã in hac vita ſanctis ꝛ bonis aiabus oñſis:ꝛ inter ceteras dicere potes mirabileʒ illã viſionẽ quã xps i monte aluerne i ſpecie hois ꝛ ſeraphin pr̃i noſtro Frãciſco oñdit:dum ei etiã ſicut eccl'ia approbauit ꝓpria ſtigmata impreſſit:ꝑpter qđ eccl'ia cantat.Celoꝝ candor ſplenduit ꝛc.Referã vltra predicta vnicã viſionem quã parentes beate Agnetis viderũt:de qua ſic dicit Ambroſiꝰ prout recitat eccl'ia in feſto ſancte Agnetis. ¶ Scđo igitur inqt,dũ parentes beate Agnetis aſſiduis ꝑnoctationibꝰ vigilarent ad tumulũ eius viderũt in medio noctis ſilentio exercitum virginũ que oẽs auro textis cicladibus indute cũ ingenti lumine preteribãt:inter q̃s vident beatiſſimã Agnetẽ ſili veſte fulgentẽ ꝛ ad dexterã eius agnũ niue candidiorẽ. hoc itaqꝫ dũ viderent parentes eius:ꝛ qui ſimul erant ſtuporẽ mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat ſanctas virgines parũp gduʒ figere:ꝛ ſtans parentibus ſuis dixit. Videte ne me quaſi mortuã lugeatis: ſed cõgaudete mecũ ꝛ cõgratulamini:qꝛ cũ his oibus lucidas ſedes accepi.Et illi ſum iuncta in celis : quẽ in terris poſita tota animi intentõe dilexi:ꝛ his dictis ptranſijt. Et h viſio publice ab omnibꝰ qui viderãt quottidie diuulgabatur hec ibi verba tr. Que tria incõuenientia cum ſint impoſſibilia arguitur per cõſequẽs ꝙ impoſſibile eſt ꝙ non ſit futura felicitas.

¶ De ſeptimo argumẽto oſtenſiuo future felicitatis:qđ dicitur argumentũ obiectionis.

SEptimũ deniqꝫ argumentũ ſed decimũquartũ in ordine vnũquẽqꝫ de eterna vita ꝛ futura felicitate certificans dicitur argumentũ obiectiõis.Fundamẽtũ huius argumẽti ponit phs.i.phyſi.di. Forma eſt qđ diuinũ ꝛ optimũ appetibile a mã mãm dignitate excedens.pꝫ hec regula. Nã forma domus data lapidibus eſt nobilior q̃ eſſent lapides ꝯgregati ante ſuſceptionẽ ipſius forme.ꝛ rõ eſt:qꝛ ꝑpter formã domus lapidibus datã habitat in domo ꝛ ſic ꝯſeruatur ab imbribus calore frigore ꝛ hmõi. Quo p̃ſuppoſito:certũ eſt ꝙ hõ eſt cõpoſitus ex mã ꝛ forma:corpore vꝫ ꝛ aĩa. Sꝫ clarũ eſt ꝙ deꝰ ſinglis potentijs humani corporis: qđ certe eſt quaſi vaſculũ qđdã oi fetore ꝛ putredine plenũ:ꝛ etiã cibus futuꝝ vermiũ dedit q̃ſi innumerabilia genera obiectoꝝ tã celeſtium q̃ꝫ terrenoꝝ:vtputa potentie viſiue dedit diuerſa gnã coloꝝ:ſicut eſt ſolis lune roſarum lilioꝝ ꝛ hmõi. Potẽtie auditiue dedit diuerſa gnã ſonoꝝ cantionũ ꝛ hmõi. Guſtui dedit diuerſa genera ciboꝝ. Tactui etiã dedit duroꝝ ꝛ leniũ calidoꝝ ꝛ frigidoꝝ. Qđ ſi ſic ẽ peto qđ eſt obiectũ aĩe ꝓportionatũ. Et certum eſt ꝙ nullũ eſt de predictis:ſed ſinglr ſolus deus. dñe Aug.lib.ꝯfeſ. Feciſti nos dñe ad te et inquietũ eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. Ergo ſi deus dat ſua obiecta mortuo. Multo magis daturus eſt poſt hãc vitã ſuũ obiectũ aĩe i eternũ victure. Qđ obiectũ cum ſit eternũ eo ꝙ deus eſt neceſſe eſt concludere aĩam ipſaꝫ eternã eſſe. ꝛ per ꝯñs habiturã quãdam felicitatẽ eternã. Aliter ſeq̃retur hoc incõueniens ꝙ deo maior eẽt cura de corpore mortuo q̃ꝫ de imagine ſua imortali ꝛ in eternũ victura. Qđ incõueniẽs ſaluator excludit Matth.io.cũ dicit. Nolite timere eos qui occidũt corpus: aĩam aũt non poſſunt occidere:ſꝫ potius eũ timete ꝛc. Qđ egregie ꝯfirmans Aug.2j.c.ſuoꝝ ſolilo. dicit O dñe ex viſibilibus his tua inuiſibilia comprehendimꝰ.ſi eni pro hoc corpore ignobili ꝛ corruptibili qđ te nõ cognoſcit nec diligit tã magna ꝛ mira bñficia pſtas a celo ꝛ ab aere a terra ꝛ a mari luce ꝛ a tenebris: a calore vmbra rore imbre ventis ꝛ pluuia:a volucribus piſcibus beſtijs arboribus ꝛ multiplicitate herbaꝝ ꝛ germinũ terre cũctarũqꝫ creaturaꝝ miniſterio nobis ſucceſſiue per ſua tẽpora miniſtrantiũ vt alleues faſtidiũ.qualia queſo q̃ꝫ magna ꝛ inumerabilia bona ſunt que preparaſti aĩe diligenti te ꝛc. Vide hãc auctoritatẽ complete in hoc quadrageſimali fere poſt p̃mam dñicam quadrageſime in ſine ſcđe rõnis. Ex predictis igitur ſeptem ar

gumentis cum alijs ſeptem precedentibus clariſſime p3 quał̃r ineffabiliter vltra pñtē ē alia futura ⁊ eterna felicitas. O igiť aīa icredula: o aīa hētica: o aīa pfida: o ifidelis ⁊ iſenſata: o aīa ptinax: o aīa a fide catholica ⁊ a tota militāte ecclīa excōicata: o aīa ſiſmatica: o deniq3 aīa a deo ab angelis ⁊ a tota celeſti curia reprobata: nūqd de cetero viſis tot fortiſſimis argumētis poteris de eterna felicitate dubitare? Nūqd de cetero poteris credere aīam eſſe mortalez: ⁊ moriente corpore aīam mori aſſerere: ⁊ eā ſilēm volucrib⁹ piſcibus ceteriſq3 aīantibus brutis diffinire? Vhe tibi de cetero ſi credes. vhe tibi ſi deinceps huic opinioni adherebis. vhe tibi o aīa dico ſi hoc vlterius falſa ⁊ temeraria ratiōe predicare preſumas. Si ſic vlterius credes: magna pfecto apparebit ſupbia arrogantia atq3 elatio tua: cū pcipue nō aſſentiš cōi oīu3 fere hoīu3 opinioni. Nunqd tu ſola prudentior atq3 ſapientior es oībus hoībus mūdi? nequaq3. Immo qḋ peius eſt infelicior iſcipientior imprudentiorq3 eris oībus hoībus mundi qui ſunt fuerunt ⁊ futuri ſunt: ſi i tuo errore peſſimo permaneas. Depone igiť q̄ſo o aīa errorem tuū: depone opinionē tuam: depone defectum falſitatis tue: ⁊ ſubeūte cōi fideliū ⁊ sanctoꝝ patru3 opinioni: firmiterq3 teneas indubitanter credas ⁊ nullaten⁹ dubites aliam eſſe vitam futuramq3 felicitate3 vltra pñtem: quā tibi ſimul ⁊ mihi oībuſq3 fidelibus cōcedat oīpotens ⁊ clementiſſim⁹ deus in pñti per grām: ⁊ in futuro per glīam qui felix ⁊ glorioſus viuit ⁊ regnat p infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen. Patet inſup ex predictis vndecima excellentia ipſius ſacratiſſime fidei: q̄ dicta fuit excellentia certificabilitatis. ſeu certificationis future vite. Amen.

¶ Feria quarta poſt reſurrectionem dñi de duodecima excellentia ſacratiſſime fidei ſeu de certitudine dānationis oīum infidelium.

MAnifeſtauit ſe itez Jeſus diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis. Scribūtur hec verba Jo. xxi. c. Et in euangelio occurrentis ferie. Poſtq3 deuotiſſimi ciues fauente diuina gratia declaraui vt vidiſtis vndecim excellentias ſacratiſſime fidei: habeo pñti die ⁊ in ſequētibus ſingulariter declarare duodecimā ⁊ vltimā excellentia3 de ipſa ſacratiſſima fide: que diciť excellētia dānabilitatis. In qua precipue oñdere habeo qūo certitudinaliter oēs inimici xpiane fidei vtputa iudei teucri ſarraceni atq3 heretici in eternū dānabunť. hoc ideo dico ad remouēdum diuerſos errores etiā a mentib⁹ ipſorū fidelium. Nam ſunt pleriq3 erronei ⁊ a ſua cecitate decepti qui occaſione diuerſaꝝ legū atq3 ſectaꝝ: ſiue ex verbis macometi aut aliorum errantiū quaſi firmiter credunt ⁊ opinātur vnūquēq3 in ſua fide ſeu ſecta ⁊ lege poſſe ſaluari: dūmodo credat eam eſſe bona3 et iuſtam. Miranť enim tales q hi debeāt dānari qui pro deo faciunt quicqd faciunt: arbitrantes in his ſe obſequium preſtare deo. Mirantur quoq3 potiſſime de his q p deo ſiue ppter deū ſupplicioꝝ genus omne tam patienter q̄3 gaudenter ſuſtinēt q dānari debeant: ſicut de multis hereticis patet: q ignē ⁊ alia tormenta magis pro defendenda ſua hereſi q̄3 ppter deum libentius ſuſtinuerūt ⁊ ſuſtinent tota die. Contra tales igitur ſic credentes ſeu dubitantes ⁊ opinātes erit hodiernus ſermo cum ſequentib⁹: ſeu tota hec duodecima ⁊ vltīa excellentia ipſius ſacratiſſime fidei. Cuius duodecime excellētie declaratio talis erit.

¶ De duodecima excellentia ⁊ vltīa ſacratiſſime fidei: que dicitur excellentia dānabilitatis.

DUodecima igitur ⁊ vltīa excellentia ſacratiſſime fidei in ordine declaranda dicitur circunſtantia dānabilitatis. Cogit enim fides ſacratiſſima vnumquēq3 verum fidelem firmiter ⁊ indubitāter credere q oēs infideles extra vnicam vera3 ⁊ catholicam Chriſti fidem exiſtentes veraciter in eternum dānanť: ⁊ qui aliter crederet ſeu etiam dubitaret dato q ſub Chriſti fide eſſet ⁊ viueret ſimul cum ipſis tāq̄3 infidelis dānareť: q2 veraciter omnes infideles dānentur: nec eis aliquid proſint eorum moralia opera ad ſalutem. qntupliciter pbo. Primo auctibus. Scdo rōnib⁹. Tertio incōueniētijs. Quarto ſilitudine. Quinto exemplo. ¶ Primo pbo auctibus q oēs q non credunt in Chriſtū nec tenent xpianam fidem ſimul certitudinaliter dānabunť. Nā

Deute.18.dr̃. Prophetã ſuſcitabo eis.glo.i. xp̄m de medio fratrum tuoꝝ ſilẽm tui. Qui aũt verba eius.ſ.fidei que loquet̃ in nomine meo audire noluerit:vltoꝛ eius exiſtã in eternum.hec ibi. Que verba aſſumens Petr⁹ Act.4.ait.Ois aia que non audierit ꝓphã illum.ſ.xp̄m exterminabit̃ de plebe dei. Et ſubdit. Non eni eſt in aliquo alio ſalus: nec nomẽ eſt aliud ſub celo datũ hominibus in quo opoꝛteat ſaluos fieri credentes. hec ibi. Item Jo.3.dicit̃. Niſi qs renatus fuerit ex aqua.ſ.baptiſmi ⁊ ſpũ ſancto nõ põt intrare in regnũ dei. Et infra ſubiungit. Sic eni dilexit mundum deus vt filiũ ſuũ vnigenitum daret:vt ois qui credit in eũ non pereat-ſed habeat vitam eternã. Non eniꝫ miſit deus filium ſuũ in mundũ vt iudicet mũdũ:ſed vt ſaluet̃ mundus per ip̄m: qui credit in eũ nõ iudicat̃:qui aũt nõ credit iam iudicatus ẽ: qꝛ non credit in noie vnigeniti filij dei.hoc ẽ aũt iudiciũ mundi:qꝛ lux venit in mundum ⁊ dilexerũt hoies magis tenebras q̃ȝ lucem. hec ibi. Et Jo.etiã.3.dicit̃. Qui credit hȝ vitam eternã:qui aũt incredulus eſt filio dei nͥ videbit vitam:ſed ira dei manet ſup eũ.h ibi Et Jo.8.dicit̃. Si nõ credideritis in me:qꝛ ego ſum.ſ.filius dei:moriemini in pctõ vr̃o. Et Jo.15.dicit̃. Si non veniſſem ⁊ eis locutus fuiſſem pctm̃ non haberent. Nũc auteꝫ excuſationem nõ hñt de pctõ ſuo. Et Mar. vltimo dicit̃. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit ⁊c̃. Qui aũt non crediderit ⁊ bap.⁊c̃. Iteꝫ Aug.lib.de fide ad Pe.ait. Fides xp̄i eſt bonoꝝ oiuꝫ fundamẽtũ:humane ſalutis initiuꝫ ſine qua nemo põt ad filioꝝ dei numeꝝ puenire:qꝛ ſine ipſa nec i hoc ſeculo quiſq̃ȝ graꝫ iuſtificatiõis ꝯſequit̃:nec in futuro vitã poſſidebit eternã. Et ibidem ait. Neqȝ antiquoꝝ quantũcũqȝ iuſtoꝝ quiſq̃ȝ potuit vnq̃ȝ p̄ter xp̄i fidem ſalutẽ inuenire. Nemo eni liberat̃ a dãnatione que fcã eſt ab Adã niſi p fidem xp̄i. quotquot igit̃ extra xp̄i fidem ſupſũt tot ⁊ dãnãtur.hec ibi. Item Iſa.60.dicit̃. Gẽs ⁊ regnũ qd̃ non crediderit ⁊ non ſeruierit tibi.ſ.xp̄o peribit. Item Anaſta.in ſimbo. ſuo ait. Quicũqȝ vult ſaluus eſſe ante oia opus eſt vt te.ea.fi. Quã ni.q.ſ.fir.q.cre. ſalu⁹ eſſe nõ po. Item Greg.nonus ex̃ de fide ca.j.§ vna.ait. Vna vero eſt fidelium vlis eccleſia extra quã nullus oio ſaluatur:in qua idẽ ip̄e ſacerdos eſt ⁊ ſacrificiũ. Item Aug.ex̃ de heretic̃.c.firmiſſime.ait. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites oẽm hereticũ ⁊ paganũ vel ſiſmaticũ cum diabolo ⁊ angelis eius eterni ignis incendio cõcremandũ: niſi ante finem catholice vite fuerit incoꝛpoꝛat⁹ ⁊ reintegratus eccle. Omni igit̃ hõi qui nõ tenet eccl'ie vnitateꝫ neqȝ baptiſmus: neqȝ elymaꝫ q̃tũlibet copioſa:neqȝ moꝛs ꝑ xp̄i noie ſuſcepta proficere poterit ad ſalutẽ.hec ibi. Item.24. q.j.c.quicũqȝ.dr̃. Quicũqȝ ab vnitate fidei et ſocietatis Petri apoſtoli quolibet ſemetipſos ſegregauerint:tales nec vinculis peccatorum abſolui nec ianuam regni celeſtis igredi poterunt. Idem q̃ȝ Aug.de pe.di.7.c. nullus.ait. Si quis ab omni pctõ caueat ⁊ oẽȝ virtutẽ opet̃ nõ pp̄ deũ ⁊ fidẽ xp̄i nõ ſaluat̃. h ille. Siľr ſnia ponit̃.j.q.j.c.cũ Paulus dicat. Itẽ Grego.24.q.j.c.qꝛ ex ſola.ait. Niſi qs fidei xp̄iane ſoliditatẽ tenuerit diuinam p̄ntiaꝫ nũq̃ȝ agnoſcet:de q̃ ſoliditate dñs dic̃ Sup hanc petrã edificabo ecc̃liam meã.ſola quippe eſt p quã ſacrificiũ dñs libenter accipit:ſola que ꝑ errantibus fiducial'r itercedit hec ille. Ex p̄dictis auc̃tibus pȝ q̃ľr exñtes ex̃ xp̄ianam fidẽ:ſeu ipſam nõ tenentes:ſȝ i aliqua hereſi ſe maculantes in eternũ peribũt ⁊ cruciabũt̃. ¶ Secdõ h idẽ ꝓbo triplici rõne.

Primo rõne localitatis. Secdõ rõne ꝓpropoꝛtionabilitatis. Tertio rõne equalitatis.

¶ Primo ꝓbo rõne localitatis.ꝙ oẽs infideles dãnant̃ dato ꝙ credant fidem ſuã eſſe bonã. Fundamentũ rõnis ponit phus.2.de aia.4.phyſi.⁊.4.de celo ⁊ mũdo.di. Loc⁹ cõtinet ſimpl'r ⁊ cõſeruat locatũ eo ꝙ i ꝓp̄is locis nã maxime ſaluat̃.pȝ hec regula. Nam videmus ꝙ res ex̃ locũ ſuũ total'r deficit et moꝛit̃:qd̃ pȝ de piſcibus:qui ſi exiſtunt in aq̃ que eſt locus coꝝ viuunt ⁊ ꝯſeruant̃.ſi auteꝫ extrahunt̃ ⁊ ponãt in terra que non eſt eoꝛũ locus neceſſario moꝛiunt̃. Siľr roſa q̃ȝdiu ẽ in ſpina recens ꝯſeruat̃. Si aũt a ſpina decerpit̃ ⁊ in manu ponit̃ qui non eſt pꝛopꝛius locus ſtatim marceſcit:⁊ h eſt cã quare leuia tendunt ſurſum ⁊ grauia deoꝛſum.ꝓut dr̃ 4.celi ⁊ mundi.qꝛ vadunt ad ꝓp̄a loca in qbus ꝯſeruant̃ ⁊ tanto foꝛtius mouent̃. Quo preſuppoſito: certum eſt ꝙ ſic eſt in ſpiritualibus ſicut in coꝛpoꝛalibus. Sed clarum eſt ꝙ locus conſeruatiuus animaꝝ in paradiſo Chriſtus eſt qui pro ipſis ſanguineꝫ fudit et moꝛtuus eſt: ꝓpter qd̃ Jo.10.dic̃. Amẽ amẽ

dico vobis qui non intrat per hoſtiū ī ouile
ouium:ſ3 aſcendit aliunde ille fur eſt ⁊ latro
qui autem intrat per hoſtiu3 paſtor eſt ouiū:
⁊ huic hoſtiarius aperit ⁊ oues vocem eius
audiunt ⁊ vocat eas noiatim: ⁊ infra ſubdit.
Amen amen dico vobis:q2 ego ſum hoſtiu3
ouium:per me ſi qs introierit ſaluabit: ⁊ in-
gredietur ⁊ egrediet ⁊ paſcua inueniet. h ibi.
Cu3 igitur oēs infideles ⁊ heretici extra hūc
locum ſint eo ꝙ in ipſum Chriſtū nō credūt
vel falſo credunt.neceſſario ꝯcluditur ꝙ oēs
ſimul a paradiſo excludentur ⁊ eterna morte
morient.C Scdo hoc idem ꝓbo rōne ipro-
portionabilitatis. Fundamentū rōnis ponit
phs.2.de aia.di. Inter obiectū ⁊ potentiā re
quirit ꝓportio.patet hec regula. Cum enim
ſol ſit maxime ⁊ acute claritatis: ideo reqrit
ad eum videndū potentiā viſiuam fortem ⁊
acutam:ꝓpter qđ niticorax ſeu noctua cum
habeat debilem viſum nequaꝗ vt dic phs
2.metha. pōt eius radios intueri. Quo pre-
ſuppoſito certū eſt ꝙ obiectū potentie intel-
lectiue ⁊ volitiue eſt veritas ⁊ bonitas infini
ta.Qđ ſi ſic eſt ergo requirit ꝙ hee due po-
tentie habeant aliquā infinitam virtutē qua
poſſint apprehendere tale obiectū īfinitum.
Sed cū fides oiu3 hereticoꝝ atq3 infidelium
ſit ſimplr acqſita ⁊ non a deo infuſa.⁊ ꝑ cō-
ſequēs ſit ſimplr finite ⁊ terminate veritat.
cōcludit neceſſario ꝙ impoſſibile eſt ꝙ vnꝗ
ſaluent.ꝙ ſi non ſaluant ergo in eternū dā-
nabunt.C Tertio hoc idem ꝓbo rōne eqta-
tis. Fūdamētū rōnis pōit Dionyſius lib.de
diui.no.di.Qui de deo recte ſentiūt omnia
ei attribuūt:ideſt oēs ꝑfectiones:⁊ oia ab eo
remouent.i.oēs imꝑfectiones. Quo ꝯceſſo
certū eſt ꝙ iuſtitia q̄ reddit vnicuiq3 ſ3 opa
ſua eſt ꝑfectio quedā:dicēte Grego.12.q.2.c.cū
deuotiſſimā.Sūmū inquit i rebus bonū eſt
iuſtitiā colere:que ſolet vnicuiq3 ſua iura ſer
uare. Qđ ſi ſic eſt:ergo neceſſe eſt ꝙ ſi deus
debet eſſe iuſtus ꝙ puniat incredulitatē inſi
delium vel falſitatē. Sed cū eoꝝ falſitas ſit
durabilis poſt mortem in eternū: ergo o3 ꝙ
crucientur in eternū:propter qđ ꝓpha dicit.
Iuſtus dñs ⁊ iu.di.eq.vidit vultus eius. Et
Matt.25.ſaluator dicet eis. Diſcedite a me
maledicti ⁊c. Et Aug.lib.de veritate credēdi
ait.Si deus infideles ſaluaret in ſua infide-
litate morientes nec xp̄o crederem nec eius
euangelio.C Tertio hoc idem ꝓbo.12. incon
uenientijs que ſequerent ſi ipſe deus ſalua-
ret etia3 infideles recte opantes ſ3 coꝝ fidē.
C Primū dicitur inconueniēs excuſatiōis.
C Scdm dicitur inconueniēs operationis.
C Tertium dicitur inconueniēs laudatiōis.
C Quartum dicitur inconue.premiationis.
C Quintum dicitur inconue. anihilationis.
C Sextum dicitur inconue. euacuationis.
C Septimum dicitur inconue. defectionis.
C Octauum dicitur inconue.conſiliationis.
C Decimum dicitur inconue. ordinationis.
C Undecimum dicitur incon. redēptionis.
C Duodecimum dicitur incon.offenſionis.
C Primū incōueniens qđ ſequeret ſi deus
ſaluaret aliquos infideles qͣuis ex ignoran-
tia peccent dicit excuſationis. certū eſt enim
ſm phm.3.ethi.ꝙ ois malus eſt ignorās. Et
Aug.lib.de verbis dñi.ait. Nullū pctm̄ com
mittit ꝙ aliqua ignorantia non comittatur.
Qđ ſi ſic eſt cū oēs peccantes errent ⁊ igno
rent:⁊ tanto amplius quāto plus peccant:ſe
quit ꝙ a ſili oia peccata ⁊ ſcelera cordis ope
ris ⁊ oris etiam ipſoꝝ xp̄ianoꝝ ſpecifica ꝓut
vis excuſabilia erunt apud deū:⁊ qđ peius ē
maiora ⁊ magis horribilia peccata magis
excuſabilia forent:eo ꝙ maiores errores ⁊ te
nebras peccantibus ingerūt.Qđ ꝑfecto ma
ximū incōueniens apud deū cenſeret ſi tāta
⁊ tam horribilia peccata vellet oio eſſe excu-
ſabilia ⁊ impunita. Contra qđ incōueniens
clamat apls.j.corin.14.Si qs ignorat igno-
rabit.C Scdm incōueniens qđ ſequeretur
ſi deus non dānaret oēs infideles: dato ꝙ
peccent ex ignorantia dicit incōueniens ope
rationis.conceſſo enim ꝙ peccata tā fideliu3
qͣ3 infidelium reſpectu ignorantie excuſabilia
forent apud deū:neceſſario ſequeret etiā hoc
inconueniens ꝙ v3 oia mala eſſent operabi
lia apud oēs:⁊ peccata etiam horribilia tam
cordis qͣ3 oris ⁊ operis licita eēnt. Exqͦ nul-
lus errat nec in credendo nec in operando:
cum credendum ſit vnicuiq3 qđ credit ⁊ ope
randū qđ operatur. licitū igit erit teucris et
ſarracenis ſm eoꝝ legem ⁊ fidem.iz. habere
vxores:⁊ iudeis ſm eorū legem in vſuris ſe
exercere qđ incōueniens cenſeret maxima i
famia apud deum. Cōtra qđ inconueniens
clamat apls ad Ro.8. Prudentia carnis
mors eſt:⁊ prudentia ſpūs vita: qm̄ ſapiētia
carnis inimica eſt deo.legi enim dei non eſt
ſubiecta:qui aūt in carne ſūt deo placere nō

poſſunt:ergo fratres debitores ſumus non
carni vt ſm carnẽ viuam⁹. Si enim ſm car
nem vixeritis moriemini:ſi aũt ſpiritu facta
carnis mortificaueritis viuetis. hec ibi. Et
Eccle.41.talib⁹ dicit. Vhe vobis viri ipij q
operando iniquitatẽ dereliquiſtis legeꝫ dñi:
qꝛ ſi nati fueritis in maledictione naſcemini
⁊ ſi mortui fueritis in maledictiõe erit pars
veſtra.hec ibi. ¶ Tertium incõueniens qđ ſe
quitur ſi deus non damnaret oẽs infideles
q̃uis ex ignorantia peteñt dicit incõueniẽs
laudationis.phus enim.2.ethico.ait. Lauda-
mur ſimplr ſm virtutes: ſꝫ aũt malitias vi
tuperamur. Hoc dictum phi vtiqꝫ falſũ erit
ſi deus excuſat male.⁊ ratio eſt:quia malum
et peccatum ita laudabile erit ſicut virtus
et bonum laude digna ſunt: ideo ſic erit
laudabilis ſuperbia ſm iſtum errorem: ſicut
humilitas:auaritia ſicut largitas:luxuria: ſic
caſtitas:infidelitas ſicut vera fides: ⁊ ſic de
ſingulis. Immo ſm iſtum errorem eque co
leretur deus vitijs ſicut virtutibus: ⁊ eq̃ dei
iudicio mores vitioſi ⁊ virtuoſi eſſent lauda
biles:poſtq̃ꝫ nõ refert quid vnuſquiſqꝫ agat
vel qualiter ſed ſolũmodo quid credat.ſc agẽ
vel intendat. Per hanc etiam viã eque co-
lendi erunt demones ⁊ idola ſicut de⁹ ſi cre
dantur equaliter eſſe colenda: imo religioſe
⁊ laudabiliter negabitur deus ſi credat eſſe
negandus:⁊ ſic laudandus erit qui h̄ impia
perpetrabit atqꝫ honorandus ſicut ꝓpheta
ait. Laudat peccator in deſiderijs ſuis ⁊ ini-
quus benedicitur. Contra qđ inconueniens
phus.4.ethico.ait. Honor ⁊ laus eſt ſimplr
premium virtutis ⁊ attribuitur bonis. Pra
uus autem exiſtens non eſt dignus laude et
honore.h̄ ibi. ¶ Quartum inconueniens qđ
ſequeret ſi deus acceptaret opa infidelium ⁊
eos non dãnaret dicitur premiatiõis ſeu re-
munerationis. Si enim vitia ⁊ peccata ita
laudabilia forent ſicut ⁊ virtutes: certum eſt
ꝗ eque remunerarentur a deo ⁊ equale me
ritum reciperent:ſic ⁊ virtutes:⁊ quanto gre
niora eſſent tanto maius premiũ a deo reci-
perent. Tale igitur premiũ merito reciperet
qui demonẽ ⁊ idola adoraret:ſicut qui verũ
deum coleret:⁊ tantã gloriã in celo haberet
ſuperbia auaricia luxuria ⁊ hmõi.ſicut humi
litas liberalitas ⁊ caſtitas. Que oĩa q̃ꝫ ſint
ndecentia mens diſcreta aduertere põt. Cõ
ra qđ incõueniẽs phs.10.ethi.ait. Felicitas
eſt ſimplr premium virtutis. Et.1.ethico.ait.
Felicitas huius vite extimat ſolum in bene
viuere ⁊ bene operari. ¶ Quintum incõue-
niens qđ ſequeret ſi deus acceptaret opera
infidelium ⁊ eos non dãnaret dicit inconue
niens ãnihilationis. Si enim de⁹ tales ſal-
uaret:certum eſt ꝗ virtus non eſſet virt⁹ nec
peccatũ eſſet peccatum.qđ ſic patet. Nã cre-
denti de virtute ꝗ eſſet vitium:vitioſum eẽt
agere virtutem:⁊ ecõtra credenti de vitio et
peccato ꝗ eſſet virtus virtuoſum eſſet agere
ſm vitium ⁊ peccatum:⁊ ſic vitium ⁊ virtus
nihil eẽnt. Exempli gratia:iudei reputãt vir-
tutem concedere vſuras. Ecõtra chriſtiani:ſi
militer ſarraceni reputant virtutem habere
plures vxores.ecõtra chriſtani vitium repu
tant:⁊ ſic de ſingulis.ꝓpter qđ neceſſario cõ
cludetur ꝗ non erit virtus caſtitas non hu-
militas non caſtitas nõ caritas nõ patiẽtia
non adoratio ſolius dei ⁊ hmõi. Immo nõ
erit peccatum ſuperbia nõ fornicatio ⁊ adul-
terium non vſura non homicidium ⁊ ſic de
alijs. Et ꝗ plus eſt erit virtus ſuperbia luxu
ria homicidiuꝫ ⁊ hmõi. Que vtiqꝫ ſi ſic eẽnt
maxima incõuenientia forẽt. Sed ꝯtra hoc
inconueniens clamat Iſa.5.c.di. Vhe q di-
citis malũ bonum ⁊ bonũ malum ponentes
tenebras lucem ⁊ lucem tenebras: ponentes
amaꝝ dulce ⁊ dulce amaꝝ.hec ibi. ¶ Sextũ
inconueniẽs qđ ſequeretur ſi deus accepta
ret opera infidelium ⁊ eos non dãnaret dr
euacuationis ſeu ſuperfluitatis. Si eni deus
hos ſaluaret oportet venire ad tantã demẽ-
tiam vt pro lumine intellectus noſtri nulla
neceſſario data fuerit lex: ⁊ per ꝯñs nullus
erit obligatus ad opera diuine legis: qđ ſic
patet. Cũ enim leges ꝓhibeant peccata tãq̃ꝫ
malũ cõmendentqꝫ ⁊ p̄cipiant virtutes tãq̃ꝫ
bonum ſi veꝝ eſt qđ ꝓbatum eſt ꝗ.ſ.virtus
poſſit eſſe pctm̃:⁊ pctm̃ poſſit eẽ virtus: ergo
nulla differentia videtur eſſe inter vitium et
virtutem.ergo leges que ponunt differentiã
maximã inter predicta: oẽs erunt ſuperflue
⁊ per ꝯñs a nullo obſeruande. Erit igit ſup
flua ⁊ euacuabitur omnis lex naturalis que
naturaliter abhorret peccatum ⁊ naturaliter
laudat virtutem. Erit ſupflua oĩs lex ꝓphaꝝ
omnis lex antiqui teſtamẽti:omnis lex euã-
gelioꝝ:omnis lex poſitiua ⁊ ciuilis: ⁊ omnis
lex ſacrorum theologoꝝ atqꝫ ſanctoꝝ doc.q̄
omnes leges vitium vituperant ⁊ virtutem

cōmendant:exquo vitia ſunt excuſabilia coram deo:⁊ pro virtutibus habent͛. Cōtra qđ incōueniens phs.3.de aia.dicit. Deus nihil agit fruſtra.⁊.10.ethi.ait. Lex ē neceſſaria ad hoc ꝙ hoīes boni fiant:qꝛ hꝫ coactiuā ꝑtātē ⁊ eſt ſermo ꝓcedens ex aliqua prudentia et intellectum dirigens ad bonum. hec ibi. Et Vrbanus papa tertius.19.q.2.c.due ſūt.ait. Due ſunt leges neceſſarie:vna publica alia priuata. Publica lex eſt que a ſctībꝰ ſanctis ſcriptis eſt ꝯfirmata vt lex canonū. Lex vero priuata eſt que inſtinctu ſancti ſpūs in corde ſcribit͛. Sicut de quibuſdam dicit apoſtolus ꝙ hn̄t legem dei ſcripta in cordibꝰ ſuis. h ibi ¶ Septimū incōueniens qđ ſequeret͛ ſi deꝰ non dānaret infideles ꝓpter coꝝ ignorātiā dicitur defectionis. Si enim vitia ⁊ peccata vt ſupra patet ſufficerent ad ſalutem omnes virtutes tā morales q̄ȝ theologice defectuoſe eſſent:⁊ ſic per ꝯñs non eſſent neceſſarie ad ſalutem.⁊ ratio eſt. Si enim vitia ⁊ pctā ſine virtutibus ꝓut ſunt imprudentia iniuſtitia intemperantia infortitudo ſunt excuſabilia operabilia laudabilia atqȝ ad ſalutem remunerabilia ſunt: manifeſtū eſt ꝙ virtus prudentie temperantie iuſtitie ⁊ fortitudinis ceterarūqȝ virtutū moralium: nequaq̄ȝ erit neceſſaria ad beatitudinē conſequendam. ¶ Quinto hoc idē dico de virtutibꝰ theologicis. Nam fides non erit neceſſaria ad ſalutem exquo idolatria ⁊ infidelitas pro fide remunerant͛ apud deū. Similiter ⁊ ſpes de de bonis eternis atqȝ diuinis nō erit neceſſaria ad ſalutē:exquo ſpes mūdi carnis atqȝ diaboli hoīem beatificat. Similiter ⁊ charitas non erit neceſſaria ad ſalutē:exquo qſqȝ pōt ſaluari per ꝯtrariū. vnde non diligēdo deum ſpes mundi carnis atqȝ diaboli hoīeȝ beatificat:⁊ ſic vt patet nulla virtus tam cardinalis q̄ȝ theologica erit neceſſaria ad ſalutem. Contra qđ incōueniens Aug. in lib. de fide ad Pe.ait. Quicūqȝ habuerit oēs virtutes ⁊ morales ⁊ dīnas ⁊ deficiat ī vna. vtiqȝ reus erit tam pena eterna q̄ȝ priuationis diuine viſionis. ¶ Octauū incōueniens quod ſequeret͛ ſi deus acceptaret opera infideliuꝫ. dicitur inconueniens conſiliationis. Certuꝫ eſt enim ꝙ ſi ſic ſunt operabilia vitia ⁊ pctā ſicut ſunt virtutes:nequaq̄ȝ alicui pſone erit ad ſalutem neceſſariū querere vel petere cōſilium ab altero inter leprā ⁊ lepram: exquo indifferenter vtrūqȝ perducit ad ſalutē: ⁊ ſic non erit neceſſariū in bene faciēdo nec ī pctā fugiēdo:conſilium predicatoꝝ:conſilium cōfeſſorum:conſilium canoniſtaꝝ:conſiliū peritorum iuris ciuilis:conſilium theologoꝝ:cōſilium ceteroꝝ rectoꝝ:nec inſup correctio parentum ſeu aliaꝝ pſonaꝝ. Contra qđ inconueniens phs.3.ethi.ait. Cōſiliatores aſſumimus in magnis ⁊ arduis diſcredētes nobiſmetipſis velut non ſufficientibus dignoſcē. Et.6.ethi.ait. Bonum ꝯſiliū querenduꝫ eſt per qđ finis bonus adipiſcit͛. Et Salomon ait. Omnia conſilio fac ⁊ poſt factum nō penitebis. ¶ Nonum incōueniens qđ ſequeretur ſi deus acceptaret quelibet opera infidelium ⁊ ſic illos ſaluaret:dicitur incōueniens cuſtoditionis. Si enim etiam peccata ſūt laudabilia ⁊ meritoria apud deum: nequaq̄ȝ eſt neceſſe ꝙ deus det in cuſtodiam angelos bonos hominibus ⁊ iugiter in illis bonas iſpirationes immittant. Nec inſup inſpiratio dei continua ⁊ imediata neceſſaria erit ad ſalutem. Exquo ſine tali inſpiratione ⁊ cuſtodia quiſqȝ pōt ſaluari. Cōtra qđ incōueniens.2.corin.3.apoſtolus clamat dicēs. Non ſumꝰ ſufficiētes cogitare aliquid a nobis tanq̄ȝ ex nobis ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Et de angelorum cuſtodia propheta dicit. Angelis ſuis deus mandauit de te.ſ.per continuaꝫ et bonam inſpirationem. ¶ Decimum inconueniens quod ſequeret͛.ſi deus infideles ſaluaret.dicitur incōueniens inordinatiōis ſeu ſuſceptionis ſacramentoꝝ. Si enim ſic ſaluā tur non recipientes ſacramēta eccleſie: ſicut qui illa recipiunt:manifeſtuꝫ eſt ꝙ oīa ſacrā eccleſie ſicut ſunt baptiſmus confirmatio penitētia matrimoniū: ordines ſacri.vꝫ ordides minores ſubdiaconatus diaconatus ⁊ ſacerdotiuꝫ eucharistia atqȝ extrema vnctio erūt vana ⁊ inutilia: exquo nō ſunt neceſſaria ad ſalutem. Contra quod incōueniens clamat Hugo lib. de ſacramentis. di. Sine fide ſacramentorum non datur ſalus alicui nec venia peccatorum. hec ibi. ¶ Vndecimum inconueniens quod ſequeretur ſi deus ſaluaret infideles dicitur redēptionis. Si eni deꝰ ſaluat infideles non tenentes fidem Chriſti certum eſt ꝙ totus curſus incarnationis xp̄i peregrinationis atqȝ mortis ⁊c. ſuperfluus fuit ⁊ inutilis. Et ratio eſt: qꝛ ſi pctā reputāt͛ virtutes ⁊ vt virtutes premiantur ⁊ ſolum

peccata ex iuſticia debeant puniri cum nullum iudicet ſeu imputet a deo eſt infidelibus eſſe peccatū: ſequit̄ ꝙ paſſio xpi inutilis fuit ⁊ ſuperflua. Et ſic per conſequens xpus fuit ſtultus ⁊ inſipiens tantā penam ſuſtinendo. exquo ſine illa quiſqꝫ ſaluari poteſt. Contra quod incōueniens clamat apoſtolus ad Hebreos.9. Sine ſanguinis.ſ.xpi effuſione non fit remiſſio peccatorū. Et Grego. in prefatione clamat. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O inextimabilis dilectio charitatis q ut ſeruū redimeres filiū tradidiſti. ¶ Duodecimū poſtremo incōueniēs qđ ſeq̄ret ſi deꝰ ex iuſticia non damnaret infideles: dicit̄ offenſionis. p̄ſuppoſito enim ꝙ infideles ſaluant̄ ⁊ peccata eorū ſint excuſabilia apud deum cū non puniātur: neceſſario concludit̄ ꝙ deus eſt peccator. Et ratio eſt. Nam.86. di. ca. facientis. dicit̄. Facientis procul dubio culpā habet qui negligit corrigere quod poteſt emendare. Et extra de iniur. ⁊ dam. dato. ca. ſi culpa. Qui cauſam dāni dat damnū dediſſe videt̄. Quod ſi ſic eſt: cū xpus immo tota trinitas peccata tolleret ⁊ nō puniat ꝑ cōſequens eſt cauſa peccati: ergo xpus ⁊ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus vtiqꝫ eēnt peccatores. ꝙ ſi ſunt peccatores: ergo cū infidelibus eq̄liter damnari debēt. quia ut dicit̄ ſcđa. q. j. ca. Notum. Agentes ⁊ cōſentientes pari pena puniant̄. Contra quod incōueniens clamat Auguſti. libro 83. queſtionū. di. Deo auctore homo nunq̄ꝫ fit deterior. Et Plato in thimeo dic̄. Deus liber eſt ab omni malo ⁊ ab omnibꝰ animi paſſionibꝰ. Et auctor libro de cauſis ait. Prima cauſa eſt pura ⁊ ſimplex bonitas. Ex predictis igitur incōuenientijs manifeſte patet: ꝙ quilibet exiſtens extra catholicam fideꝫ neceſſario damnat̄. ¶ Quarto hoc idem probo ſimilitudine. Nam ſicut tempe diluuij omnes qui fuerunt extra archam Noe. ut habet̄ Gene. ſeptio. Mortui fuerunt. Econtra qui intus in archa noe ſalui fuerunt: ſic nunc a ſimili nullus ſaluat̄: niſi dei eccleſie cōiungatur ⁊ incorporet̄. ſicut dicit Thomas in tertia parte ſumme. q. 73. arti. 3. ¶ Quinto deniqꝫ hoc idem probo vnico exemplo. Legitur eniꝫ in legenda ſancti Macharij: ꝙ pergens per deſertū quoddam caput inuenit quod cum adiuraſſet cuius extitiſſet: clara voce reſpondit. ꝙ fuit caput cuiuſdam ſacerdotis ydolorum. Interrogatus an eſſet damnatus. reſpondit ꝙ ſic ⁊ ſimul cum eo omnes infideles qui fidem chriſti non tenuerunt. Interrogatus an de chriſtianis damnarētur. reſpondit ꝙ ſic: ⁊ p̄cipue omnes qui fideꝫ chriſti habent ſed nō opera. Interrogatus quis maiorē penaꝫ haberet: an infideles an mali chriſtiani. reſpondit ꝙ mali chriſtiani erant in profundiori loco inferni atqꝫ penarū cauſa eorū ingratitudinis. Quibus dictis diſparuit: quod bene confirmās Hieroni. in ſuo teſtamento ait. Heu quot hodie ſacro renati baptiſmate chriſtiani fungūtur nomine: q̄bus foret meliꝰ non fuiſſe. Centuplo eniꝫ maior eſt pena malorum chriſtianorū: q̄ꝫ maloꝝ paganorum. hec ille. Ex predictis ergo auctoritatibus: rationibus incōuenientijs ſimilitudine atqꝫ exemplo patet: qualiter veraciter ſm̄ fidem catholicam omnes infideles extra chriſti fideꝫ exiſtentes neceſſario damnātur. Et ſic per conſequēs patet duodecima excellentia ipſius ſacratiſſime fidei: que dicta fuit excellentia damnabilitatis. A qua eterna dānatione nos preſeruet ⁊ liberet ſaluator noſter Jeſus xpus: qui in trinitate ꝑfecta viuit ⁊ regnat deꝰ ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Feria q̄nta poſt reſurrectionē domini de cauſalitate ſeu de nouē cauſis quibꝰ iuſtiſſime a deo damnātur infideles.

Ec cum di

xiſſet cōuerſa eſt retrorſum ⁊ vidit Jeſum ſtantem ⁊ neſciebat quia Jeſus eſt. Scribuntur hec verba Joan. 20. capi. ⁊ in euangelio occurrētis ferie. poſt ſacrā euangelij litteralē ⁊ moralē expoſitionē amātiſſimi ciues: exquo in p̄cedenti ſermone oſtenſum eſt qualiter certitudinaliter oēs infideles extra catholicā fidem exiſtentes damnātur: q̄ꝛ tamē aliqui forte poſſent de hoc dubitare. Et plurimū mirari dicētes cur deꝰ tot aīas infideliū damnat: cū ſi ſciuiſſent ꝙ fides chriſti ſola vera fuiſſet vtiqꝫ eā ſuſcepiſſent: decreui ꝓpter hoc vltra excellentias predictas. 12. ſacratiſſime fidei: cauſa ſatiſfactionis aliā excellentiā ſuꝑaddere: que dicet̄ excellentia cauſalitatis. In qua excellētia ponā nouem cau

ſas quibus clare oſtendet̃ quomõ tales om
nes iuſtiſſime ab ipſo deo damnãtur. De q
bus nouē cauſis tres ſermões faciem⁹: tres
cauſas ad quēlibȝ ſermonē applicãdo. quoꝝ
¶ Prima dicit̃ cauſa Incircũſpectionis.
¶ Secunda dicit̃ cauſa Inquiſitionis.
¶ Tertia cauſa dicit̃ Supplicationis.
¶ Prima pars hui⁹ ſermonis que eſt de pri
ma cauſa damnationis oīum infidelium.

Prima ergo cauſa oſtēſiua qualiter
deus iuſtiſſime damnat omnes infi
deles dicit̃ cauſa Incircũſpectionis.
Licet enĩ infideles habeant ignorantiaȝ de
vera chriſti fide: tamen ignorãtia eorum ne-
quaꝗ̃ eos excuſat apud deũ: ꝙ merito dam
nari nõ debeant. ⁊ hoc ideo quia eorũ igno-
rantia eſt ſpontanea ⁊ voluntaria. ꝙ autem
talis eorũ ignorantia ſit inexcuſabilis: ⁊ ꝑ cõ
ſequens damnabilis quadrupliciter probo.
Primo auctoritate. Secundo diſtinctiõe
Tertio ratiõe. Quarto ſiĩitudine. ¶ Pri-
mo probo auctoritate phi tertio Ethicorum.
Ignorantia que eſt in electione nõ eſt cauſa
inuoluntarij ſed malitia. vnde ⁊ penã mere-
tur. hec ille. Item extra de iniur̃. ⁊ dam. da.
ca. ſi culpa. dicitur. Nec ignorantia te excu-
ſat ſi ſcire debuiſti. ¶ Secundo hoc idē pro-
bo vnica diſtinctione. Alexan. de ales in ter
tia pte ſumme in tractatu de legib⁹ dicentis
Cum querit̃. Vtrum infideles excuſentur a
damnatione propter ignorantiã vere fidei.
Reſpondeo ꝙ nõ. Cum enĩ duplex ſit igno
rantia ꝗ̃tuȝ ad preſens ſpectat. videlȝ inuin
cibilis ⁊ cauſalis aut ignorantia eorũ eſt in-
uincibilis: quia. ſ. nullo modo via ⁊ ratione
potuerunt ꝑuenire ad cognitionē vere fidei:
⁊ tunc dico ꝙ excuſabiles eſſent: ⁊ ſi deus ex
hoc damnaret eos vtiqȝ iniuſte eos damna
ret quod nequaꝗ̃ deus vnꝗ̃ facit. Aut igno
rantia eorũ eſt cauſalis ſicut quidē eſt. id eſt
quia in ſe cauſam habet: prout eſt quãdo di
ligenter: non querit cum intellectu ⁊ volun-
tate, quod queri debet: ⁊ tunc talis ignoran-
tia penam iuſtiſſime promeret̃. Sicut philo-
ſophus ait. tertio Ethicorũ. Ignorantes in-
quit puniũtur ſi in eis cauſa videat̃ ignoran
tie: puta ebrius duplices promeret̃ increpa-
tiones. Principiũ enĩ ebrietatis in ipſo eſt
ſimiliter ⁊ in alijs cum per negligentiã ſcien
ter ignorãt queeũꝗȝ ignorare nõ debuerunt
hec Alexan. ¶ Tertio etiã probo ratione fi-
nalitatis: ꝙ deus iuſte damnat infideles: da
to ꝙ habeant vere fidei ignorantiã. Funda-
mentũ rationis ponit Cõmentator ſup ſecũ
do Phiſicoꝝ. di. Omnia agentia rõnabilia
nõ incedunt in ſuis opationibus: niſi ꝓpter
finē boni. patet hec regula. Qui enĩ fabricat
domũ: fabricat ꝓpter finem aut mũdani ho-
noris aut corpalis cõſeruationis. Simil̃r q
poſſeſſionē laborat ideo laborat ut ex ea fru-
ctũ eliciat. Quo p̃ſuppoſito certũ eſt ꝙ deus
dedit cuilibȝ infideli animã intellectiuã. Nõ
enim anima rõnalis ⁊ intellectiua cauſat̃ a
ſemine viri ⁊ mulieris: quēadmoduȝ cetere
brutorũ anime: ſed ab ipſo deo in corp⁹ iã di
ſpoſituȝ cũ ſit de nihilo creata infunditur in
momento: dicēte philoſopho tertio de aĩa. et
17. de animalib⁹. Intellectus inquit venit in
nobis ab extrinſeco ⁊ nõ habet aliquod or-
ganum in corpore cũ ſit ſepatus ab omni or
gano. Tunc vltra quero quare de⁹ dedit eiſ-
dem infidelib⁹ intellectũ: ⁊ certũ eſt ꝙ dedit
eis intellectũ ſm̃ Ricar. in quolibeto ꝓpter
triplicem finē. Primo ꝓpter finē auerſio-
nis, Secũdo finem cõuerſionis. Tertio ꝓ
pter finē adheſionis. Sicut etiã ex gratia q-
libet intellectus obligat̃ ad tria cuȝ in miſſa
eleuat̃ ſacratiſſimũ ſacramentũ. Primo ob
ligatur auertere oculos a qualibet vanitate.
Secũdo tenet̃ cõuertere oculos ad ipſaȝ ho
ſtiam conſecratã. Tertio tenet̃ tota mente to
toqȝ conatu xp̃o ꝑ deuotionē ⁊ amorem in
iſto ſacramēto. Primo ergo dico in ꝓpoſito
ꝙ deus dedit cuilibet intellectũ propter finē
auerſionis. videlȝ a falſitate. Nam primus
actus ipſius intellectus eſt ſe auertere ꝗ̃tuȝ
poteſt ab omni falſitate ⁊ nolle credere ali-
quid qđ ſit falſum. Et ratio eſt: quia talis fal
ſitas eſt quoddã malũ ipſius intellectus di-
cente pħo. 6. Ethicorũ. Verũ eſt bonũ intel-
lectus ſicut virtus. Falſum vero eſt malũ in
tellectus ſicut vitiũ. hec ille. propter quod ſi-
cut ꝑ ſimilitudinē ipſam libera voluntas te-
net̃ ſemꝑ ab omni male volito ſe auertere et
nec ꝑ conſenſum ad illud ſe cõuertere: ita ip
ſe intellectus ſeu hũana ratio ſemꝑ tenet̃ ab
omni falſitate ſe auertere ⁊ nullo modo ei aſ
ſentire. Qđ vtiqȝ ex ꝓprio lumine ei poſſibi
le eſt vel etiã alieno. Ex ꝓprio quidē. ſ. pro-
prie inueſtigationis. Ex alieno autē ſicut eſt
diuine reuelationis vel humane eruditionis
Quod ſi ſic eſt ꝙ quilibȝ intellect⁹ tenetur ſe

auertere ab omni falſitate: clarū eſt ꝙ ſicut
humana voluntas damnabilr in male voli
tum cōſentit: ſic etiaꝫ intellectus human⁹ in
male creditū aſſentit. Quapropter tenet̄ vel
ipſe ſe corrigere vel correctionē per aliquam
viarū quas dixim⁹ ꝓcurare: exquo bene pa
tet ꝙ nunꝗ̄ licet in talib⁹ errare nec etiaꝫ ta
lia ignorare. Et ſic etiā per cōſequens patet
primus finis propter quē deus cuilibet ho-
mini intellectū dedit. ¶ Secundo inſuꝑ de-
dit deus cuilibet intellectū propter finē con-
uerſionis. ſ. ad veritatem. Nā ſecūdus actus
ipſius intellectus eſt ſe cōuertere ꝗ̄tum po-
teſt ad omnē veritatē: ſeu ſe cōuertere ad cre
dendū omne quod verū eſt. Et ratio eſt: qꝛ
talis veritas eſt quedaꝫ bonitas ⁊ perfectio
ipſius intellectus. prout dicit̄. 6. Ethicorum.
Vnde ſicut volūtas ſiue effectus tenet̄ velle
propter omne quod bonū eſt: ſic ⁊ intellect⁹
per ſimilitudinē tenet̄ credere: immo ſe con-
uertere ad omne verū quod credendū eſt et
cognoſcendū. Igit̄ ſi error eſt in veritate cre
denda ⁊ ignorantia neminē a ꝑditione excu
ſabit dicente Job in ꝓſa taliū. 19. ca. Si igno
raui. ſ. veritatē mecū erit ignorantia mea. ſcꝫ
iniuſtā perditionē. Ex quib⁹ etiā patet ſecun
dus finis propter quē deus cuilibꝫ intellectū
dedit. ¶ Tertio deniqꝫ deus cuilibet intelle
ctum dedit propter finē adheſionis. Cū eniꝫ
duplex ſit verū ſꝫm Ricar. in quolibeto ſcilꝫ
creatū ⁊ increatū. Creatū prout ſunt omnia
viſibilia. Increatū prout ipſe deus ſeu prout
ſunt bona inuiſibilia tenet̄ quilibet intellect⁹
magis adherere etiā per affectū ⁊ amorē cō
comitanter ad bonū ⁊ verū increatuꝫ ꝗ̄ ad
bonum creatū. Ad quod inducens ipſa veri
tas chriſtus Mat. 6. precepit. di. Nolite the
ſaurizare vobis theſauros in terra. ſ. per in-
tellectū ⁊ amorē ⁊c. Quod bene obſeruabat
propheta cū dicebat. Mihi autem adherere
deo bonū eſt ⁊ ponere in dn̄o deo ſpem me
am. propter quod aplus ꝑme Thi. 6. dicebat
Diuitibus hui⁹ ſeculi precipe ſuꝑbe non ſa-
pere nec ſperare in incerto diuitiaꝝ ſuarum
ſed in deo viuo. hec ille. Ex quibus etiā pateꝫ
tertius finis propter quē deus cuilibet tā fi-
deli ꝗ̄ infideli itellectū dedit. Que ſiml' tria
concludēs Auguſti. ꝓut recitat magiſter in
ſcdo. di. j. ait. Creauit deus creaturā rōnaleꝫ
⁊c. Quib⁹ omnib⁹ premiſſis cū omnes infi-
deles tam ꝑteriti ꝗ̄ ꝑſentes oppoſitū faciāt.

quia ſcꝫ nolūt ponere induſtriā intellect⁹ ſui
in cognitione vere ⁊ xp̄iane fidei: nec eidem
adherere: nec inſuꝑ a falſitate ſua ſe auertere
ideo ꝓpter hoc merito apud deū ⁊ totam ce
leſtem curiā inexcuſabiles ſunt atqꝫ damna
biles: precipue cū dicat phus ꝑmo Politic.
Debem⁹ inqt vti rebus ad id propter quod
date ſunt a ſapientiſſimo datore. ¶ Quarto
hoc idē probo ſimilitudine. Nam poſito qꝺ
quis vellet corporaliter ambulare ad aliquē
locū ⁊ preuidere nollet pericula ipſius vie. vꝫ
precipitia offendicl'a inſidias crudeles feras
⁊ alia huiuſmōi: ſed magis incōſiderate clau
ſis ocul' aut auerſis a recta via incedere vel-
let: nōne quicqd mali offenſionis precipitij ⁊
caſus illi eueniret: ſibiipſi ⁊ nō alteri iuſtiſſi
me imputari poſſet: Certū eſt ꝙ ſic. Pote-
rat eniꝫ ſi voluiſſet ꝑ induſtriā intellect⁹ om
nia huiuſmodi ꝑicula declinare: ergo a ſimi
li qui ꝑ ſemetipſum ſpōte ſe cōuertit ad fal-
ſitateꝫ: ⁊ ſe auertit a veritate ſibiipſi merito
imputari debet. ꝓpter quod ⁊ talis oino in-
excuſabilis eſt. Sed manifeſtū eſt ꝙ omnes
infideles ſic faciunt: ergo ſunt inexcuſabiles
⁊ per cōſequens a deo iuſte damnātur. ꝙ ſi
quis diceret ꝙ eſt res difficilis infidelib⁹ ad
cōuertendū intellectū ſuum ad talē veritatē
Rn̄deo hoc eſſe falſum. Et ratio eſt: nā ut di
cit phus ſcdo de anima. Vnaqueqꝫ poten-
tia facilior eſt ad propriū actū ꝗ̄ ad alienum
ſicut exempli gratia. Ocul⁹ facilius videt ꝗ̄
audiat. auris vero facilius audit ꝗ̄ videat: et
lapis facilius deſcendit ꝗ̄ aſcendat. Quod
ſi ſic eſt: cū potentia intellectiua infideliuꝫ ſit
creata ad veritatē ⁊ nō ad falſitatē: propter
hoc quia cōtrariū faciūt ideo merito ſunt in
excuſabiles ⁊ damnabiles. Ex predictis igi-
tur auctoritate: diſtinctione: ratione: atqꝫ ſi-
militudine patet: prima cauſa oſtenſiua iu-
ſtiſſime damnationis oīum infideliū.

¶ Secunda cauſa oſtēſiua certitudinē dam
nationis infideliū: q̄ eſt cauſa Inquiſitiōis.

ſEcunda inſuꝑ cauſa oſtenſiua q̄liter
deus iuſtiſſime damnat omnes infi
deles nec ſunt excuſabiles ꝓpter ig-
norantiā dicit̄ cauſa inquiſitionis. Ideo enī
iuſte damnat̄: quia veritatē fidei cū poſſent
ab alijs inq̄rere noluerunt. Si autē aliquis
vellet eos excuſare dicēs. Cum veritas vere
fidei ſit quid arduū ⁊ difficile ad intelligēdū
⁊ cognoſcendū: quomō poſſibile eſt ꝙ intel-

lectus humanus ſeu infidelium per ſeipſum deueniat in veram cognitionē talis fidei niſi forte alius cuz doceat. Sic enim dicit apoſtolus ad Romanos decio. Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine predicante? Ad hoc reſpondeo q̄ ꝛ ſi aliquando intellectus per ſeipſuz Et cum omni induſtria non poſſit percipere veritatem; poteſt tamen percipere per auditum aliorum ſi ad eos recurrat ut inſtruatur. Sic enim dicit philoſophus libro de ſenſu ꝛ ſenſato. Audite inquit plurimam partem confert ad prudentiam. ſermo enim audibilis cauſa eſt diſcipline nō ſm ſe ſed ſm accidens: quia nomina ſunt ſignificatiua veritatis rerum quam intellectus bene percipit per auditum. hec ibi. Et pmo Methaphiſice dicit. Auditū non habentia indiſciplinabilia ſunt ſicut habentia auditum diſciplinabilia. Si ergo ut patet veritas fidei poteſt haberi per auditum aliorum ꝛ doctrinam: ergo tenetur quiſqꝫ infidelis querere q̄ꝫtuz poteſt informari de veritate vere fidei ab his qui eiuſdem fidei veram noticiam habent. Quia igitur omnes infideles contrarium faciunt eo q̄ Judei ſponte recuſent audire verbum chriſti. Turchi vero ꝛ ſarraceni non tātum recuſant audire: ſed inſuper ut precipit lex eorum maledicta ſtatim occidunt volentes eos inſtruere de veritate fidei. Jdcirco omnes ſunt iexcuſabiles: et iuſtiſſime a deo damnātur. q̄ autē ſint oīno inexcuſabiles qꝛ ſcꝫ querere nolūt qui eos de veritate informent tripliciter ꝓbo. Primo auctoritatib⁹ Secūdo rōne. Tertio ſiītudine. ¶ Primo auctoritatib⁹. Nā. 37. di. ca. Jdeo ꝓhibet. dr̄ Elaborandū eſt ſacerdotib⁹ xp̄ianis ut ignorantia a ſe quaſi quandā peſtem abiciant: qꝛ ut ait ap̄ls. Qui ignorat ignorabit: qđ de eo intelligedū eſt qui noluit intelligere ut bene ageret. vn̄ Auguſtin⁹ in li. q̄onum. Non oīs ignorās in minimis eſt a pena. Jlle enim ignorans poteſt excuſari a pena ꝑ qđ addiſceret nō inuenit. Jllis autē hoc ignoſti nō poterit qui habētes a quo diſcerēt operā non dederūt. hec ibi. Jtē Ber. in ſuis ſententijs ait. Tria ſunt genera hoīum ꝓfecto improbanda ꝛ deteſtanda. vnū eſt opinantiū. i. eorum q ſe arbitrant̄ ſcire qđ neſtiunt. Alterū eſt eorū qui ſentiunt ſe neſcire ſed nō ita querūt ut poſſint inuenire. Tertiū vero eoꝝ eſt q nec ſcire ſe exiſtimant: nec querere volūt. hec ibi. Et idē Ber. li. de. 12. gradib⁹ humilitatis ait. Fruſtra de infirmitate blādiūtur ꝛ ſe de ignorantia excuſant qui ut liberi⁹ peccēt libēter veritatē ignorāt: et eā addiſcere recuſant Et idem Ber. in quadā ep̄la ait. Multa neſciūtur aut ſciendi deſidia aut verecūdia: qui autē habet huiuſmōi ignorantiā apud deuz excuſationē non habent. Et Greg. in mora. dicit. Neſcire ignorantia eſt: ſcire potuiſſe ſet noluiſſe ſupbia eſt. Auguſ. inſup li. de doctrina xp̄iana. ait. Tripliciter quiſqꝫ humilis circa veritatē eſſe debet. primo q̄ꝫtuz ad hoc ut nullā doctrinam contēnat. Scđo ut a nullo doceri erubeſcat. Tertio ut homo nō erubeſcat cōfiteri ſe neſcire quod neſciat ne dū ſcire mentit̄: nunq̄ꝫ ſcire mereat̄. Adde ꝛ quartuz: quia poſtula ea que ignoras ſemper tibi a ſciente imptiri. hec ille. Deniqꝫ ad Ro. 10. ap̄lus ait. Non oēs obediūt euāgelio Eſa. eni dicit. Domine quis credidit auditui nr̄o ergo fides ex auditu: auditus autē ꝑ verbum xp̄i. Sꝫ dico nunqd nō audierūt? ꝛ quidem Jn oēm ter. exi. ſ. e. Et in fi. or. ter. ver. eoruz. ¶ Secūdo etiā ꝓbo vnica rōne: vꝫ amicabilitatis: q̄ null⁹ infidelis eſt excuſabilis: ſi nō querit totis viribus informari de vera fide. Fundamentū rationis ponit phus. 9. Ethi. di. Amicabilia que ſunt ad alterum: veniūt prius ex amicabilibus que ſunt ad ſeipſum: patet hec regula. Nam licet aliquis diligat vitam ſui amici: magis tamen diligit ſuam: pro eo q̄ ſi daret̄ caſus citius ſineret amicū mori q̄ꝫ ſeipſum. Quo preſuppoſito: peto an ſi quis videret amicum ſuū errantez in iſta viſibili via ꝛ multo magis in via morum ꝛ virtutum oſtenderet ei vtramqꝫ viam ſalutiferam: vel reuocaret eum ab vtroqꝫ errore Et certum eſt q̄ ſic aliter non diligeret amicum ſuum ſicut ſeipſum: immo peccaret grauiter: cum dicatur. 86. diſtin. capi. Facientis. Facientis proculdubio culpaz habet qui qđ poteſt corrigere negligit emendare. Nec caret ſcrupulo conceſſionis occulte: qui manifeſto facinori deſinit obuiare. hec ibi. Quod ſi ſic eſt; q̄ quiſqꝫ ex naturali amicitia quereret et querere tenetur ſalutez corporis ꝛ anime amici ſui: a fortiori tenetur magis propriam ſalutem querere quam omnium ſimul amicorum et proximorum. Si igitur infideles nec querunt efficaciter informari

de veritate vere fidei: ꝑ quā ſaluari poſſent
ſunt vtiqꝫ inexcuſabiles tam coram deo q̄ꝫ
coram hoibus huius mundi. ¶ Tertio hoc
idem ꝓbo ſimilitudine nā ponat̄ ꝙ qs velit
ire ad aliquē locū ⁊ ignoret viam que ducit
ad illum ſi preſto adſit qui ei viam oſtendat
⁊ ducatum itineris prebeat neutrūqꝫ iſtoꝝ
habere velit.i.nec vie oſtenſoreꝫ nec itineris
ducem: nōne ſi talis errat ei merito imputā
dum eſt ⁊ inexcuſabilis eſſe debet? Clarū eſt
ꝙ ſic: ergo a ſimili cum infideles preteriti et
pn̄tes hoc fecerint ⁊ faciāt inexcuſabiles ſūt:
pro eo ꝙ cum habuerint ⁊ habeant fideles
chriſtianos oſtēſores vere fidei eos omnino
recuſant: nec eos audire volunt. Sic enī faci
unt theucri ⁊ ſarraceni: qui ex iuſſione falſiſ-
ſimi machometi nolunt audire a chriſtianis
doctrinaꝫ vere fidei: quā ſi audire vellent lu
men vere fidei ſufficienter agnoſcerēt. Ta-
les ergo quā excuſationē habere pn̄t? proſcō
nullā. hoꝝ exemplo caueant etiā chriſtiani q̄
inſenſate ⁊ abſqꝫ vite ſue cōſideratiōe viuūt
qui nec predicatiōes frequentant nec fidelia
cōſilia querūt. Nam qui nec ꝓpo ſenſu vbi
eis ſuppetit: nec alieno vbi eis paratum ē cō
ſulere ꝑicula ſpiritualia declinare non curāt
merito eis ꝓpter ſuam negligentiā ſunt im-
putanda. Et ex hoc nec ipſi dignā excuſatio-
nem habere poterūt. De talibus nāqꝫ ꝓpha
ait. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: et
viam ciuitatis habitaculi non inuenerūt. Ex
predictis igit̄ auctoritatibꝰ rōne atqꝫ ſilitudi
ne patet ſcd̄a cauſa oſtenſiua iuſtiſſime dā-
nationis oīuꝫ infidelium: que dicit̄ cauſa in-
quiſitionis.

¶ Tertia cauſa oſtenſiua dānationē infide-
lium: que dicitur cauſa ſupplicationis.

t
Ertia deniqꝫ cauſa oſtenſiua qualr̄
deus iuſtiſſime dānat omnes infide
les: nec ſunt excuſabiles ꝓpter igno
rantiam dicit̄ cauſa ſupplicationis: quia enī
forte vltra predictas cauſas poſſet aliqs ad-
huc ſe excuſare dī. Ego quererem ⁊ audire
vellem ab alijs libētiſſime que ſit vera fides
ſed cum ego ſim remotiſſimus ab ipſis chri
ſtianis ita ꝙ nūq̄ꝫ nec eos nec coꝝ fidem au
diui nominare hoc mihi ipoſſibile fuit ſcire.
Et ſi aliqn̄ audiui de fide chriſti nequaq̄ꝫ ha
bēo poſſibilitatē veniendi in terris chriſtia-
noꝝ in quibus reciperem informationē vere
fidei cū habeam contra hoc multa ipedimē-
ta ⁊ obſtacula. Ex hoc videt̄ ꝙ ſi deus talem
dānaret eum iniuſte dānaret preſertim cum
dicatur extra de reg. iur. lib. 6. ꝙ ad impoſſi-
bile nemo pōt obligari. Huic excuſationi re
ſpondeo ꝙ talis impoſſibilitas allegata ſeu
excuſatio facta nullius eſt valoris. Et ratio ē
quia nullus eſt adultus infidelis etiam ſi ſit
a chriſtianis remotiſſimus niſi forte ſit men
te alienatus cuius intellectus non ſit capax
dei: vꝫ ꝙ deus ſit: dicente Boetio proſa. 10.
tertij lib. Deum inquit eſſe omnium rerum
principeꝫ cōis humanoꝝ cōceptio ꝓbat ani-
moꝝ. hec ibi. Quo deo per motum orbium
⁊ pulchritudinem creaturaꝝ ſeu per diſcretū
mundi regimen cognito. claꝝ eſt ꝙ ſtatim te
netur ipſum venerari ⁊ adorare veluti crea-
torem ſuum. dicente pho. j. topico. Nō opor-
tet eſſe ꝓblema nec oēm poſitionē conſidera
re an ſit deus ⁊ debeat venerari. Nam qui
dubitant vtrum deum oporteat venerari et
parentes honorare vel non pena: indigent: ſi
cut qui dubitat vtrum nix ſit alba vel nō in
diget ſenſu. hec ille. In qua ſupplicatōe tene
tur quilibet ignorās petere ab ipſo deo:
vt illuſtret cor eius ad cognoſcendum veri-
tatem vere ⁊ ſalutifere fidei ⁊ non fabricare
ſibi nouam fidem ſm̄ fantaſiam ſuā ⁊ pro-
prium caput. Et ꝙ cognito deo teneat̄ quili
bet infidelis de neceſſitate poſtulare ab ipſo
que ſit vera fides: aliter inexcuſabilis erit. q̄-
druplicīter ꝓbo. Prīo auctoritate. Scd̄o
ratione. Tertio ſilitudine. Quarto exēplo
¶ Primo auctoritate apoſtoli. j. cor. 10. c. di-
centis. In carne enim ambulantes non ſm̄
carnem militamus. Nam arma militie nr̄e
non ſunt carnalia ſed potētia deo ad deſtru
ctionem munitionū conſilia deſtruentes et
oēm altitudinē extollenteꝫ ſe aduerſus ſciaꝫ
dei in captiuitatem redigentes oēm intelle-
ctum noſtrum in obſequiū chriſti. vbi glo. ait
Qui lumen vere fidei ignorat poſcat ab au-
ctore veritatis ⁊ impetrabit. ¶ Scd̄o h̄ ideꝫ
probo duplici ratione. Primo rōne menſu
rationis. Scd̄o rōne argumentationis.
¶ Primo rōne menſurationis. Fundamē
tum rōnis ponit Cōmentator lib. de ſubſtā
tia orbis. di. Inter menſuram ⁊ menſuratuꝫ
cadit ſimplr̄ adequatio. patet hec regula. Si
enim vas aliquod debet eſſe ſuſceptiuum to
tius aque maris: neceſſe eſt ꝙ habeat tan-
tam capacitatem ⁊ latitudinem quanta eſt

magnitudo ⁊ profunditas aque maris. ꝙ ſi
eius capacitas minoꝛ eſt: nequaꝗ̄ maris ꝓ
funditatē in ſe ſuſcipiet. Quo p̄ſuppoſito cer
tū eſt ꝙ fides non eſt virtus naturalis: imo
eſt ſupnaturalis et quoddā donū a deo ſup
naturaliter infuſum. dicente Auguſti. libꝛo
retractationū. Fides chꝛiſti nō eſt virtꝰ acq-
ſita: ſed eſt donū dei infuſum. Et apoſtolꝰ ad
Ephe.3.ait. Gratia ſaluati eſtis per fidez: et
hoc nō ex vobis. Dei eniz donū eſt: qđ patet
ꝑ ratione. Si eniz fides eſſet naturalis vtiqz
eſſet eadē apud omnes: nec eſſet tāta diſſen-
ſio de ipſa fide cū tot diuerſis ſectis ꝗ̄tra eſt
Quod ſi ſic eſt ꝙ fides eſt ſupnaturalis: cla-
rū eſt ꝙ eſt impoſſibile aliquē intellectū na-
turalē poſſe ſimpliciter ꝑ ſeipm̄ ꝑcipere fidē
ſupnaturalez: ergo ex hoc tenetur neceſſario
qſqz eam a deo humiliter petere qui eā libē
tius preſtabit. ¶ Tertio hoc idē pꝛobo ratio
ne argumentationis. Regula eſt phi ſecūdo
Thopicorū. Si de quo minꝰ ⁊ de quo magꝭ
Quo cōceſſo Boe. pꝛoſa.9. libꝛo.3. ait. Sicu-
ti in thimeo Plato ait. In ꝑuis minimiſqz
rebus diuinū preſidiū ſemꝑ debet imploꝛari
Quod ſi ſic eſt: a foꝛtioꝛi tenet̃ quiſqz inuoca
re diuinū preſidiū: ut ei infundat lumen ve-
re fidei: ſine quo nullus ſaluari poteſt. quod
vtiqz eſt quid maximū. pꝛopter quod Boe.
vbi ſupꝛa ſequens ait. Quid nūc faciendum
cenſes ut illiꝰ ſummi boni ſeculū reperire me
reamur inuocandū eſt rerū omniū patrem:
quo pretermiſſo nullū rite fundat̃ exoꝛdium
hec ille. ¶ Tertio inſuꝑ hoc idem ꝓbo ſimitu
dine. videmꝰ eniz ꝑ experiētiā ꝙ ſol materia
lis a nullo videri poteſt niſi ex influentia ſui
pꝛopꝛij luminis vel ſplendoꝛis. Quod ſi ſic ē
ergo a ſimili ſol vere iuſticie ⁊ intelligentie:
vz deus a nullo videri poteſt intellectu. ſ. per
verā cognitionē niſi ipſemet infundat lucez
vere fidei ꝑ gratiā ſuam in coꝛdibus huma-
nis. Quod ut faciat a quolibet infideli depꝛe
candus eſt. ¶ Quarto hoc idem pꝛobo exem
plo. Nam Mar.9. legit̃ ꝙ quidā pater de-
moniaci infidelis rogabat dominū ut ei fidē
daret di. Domine adiuua incredulitatē meā
⁊ meruit exaudiri. Simile exemplū legitur
Act.9. De coꝛnelio infideli qui cū iugiter de
pꝛecaret̃ deū ut eum illuminaret de melioꝛi
fide: apparuit ei angelus a deo miſſus dicēs
ad eū. O coꝛneli oꝛationes tue ⁊ elemoſyne
tue ſalierūt in conſpectu dei; ⁊ ſic baptizatꝰ a
beato Petro ſaluatus eſt. Ex pꝛemiſſis au-
ctoꝛitatibꝰ rationibus ſimilitudine ⁊ exēplis
patet: qualiter qſqz infidelis etiā a fide xpia-
na remotiſſimus tenet̃ deū oꝛare ut illumiet
animū ſuū lumine vere fidei. Qđ ſi fecerit. i.
ſi talento intellectus ſui tota diligentia fue-
rit bene negociatus ſeu deū depꝛecatus: faci
le recipiet in ſe donū vere fidei aut per inſpi
ratione intrinſecā vel per doctrinā ſeu pꝛedi
catione: quoniā credendū eſt deū neminem
velle deſerere qui ei ꝗ̄ztum in ſe eſt veraciter
ſtudeat adherere. Et ꝙ depꝛecanti deū indu
bitanter infundat̃ lumen vere ⁊ catholice fi-
dei: quadruplicıter pꝛobo. Pꝛimo auctoꝛi-
tatibus. Secūdo diſtinctionibꝰ. Tertio ſi-
militudinibꝰ. Quarto exemplis. ¶ Pꝛio ꝓ
bo auctoꝛitatibus. Nam ad Roma.10. apo-
ſtolus ait. Nō eniz eſt diſtinctio iudei ⁊ gre
ci. Nam idem dn̄s oīum diues in omnes q
inuocant illū. oīs eniz quicūqz inuocauerit no
men domini ſaluus erit. pꝛopheta etiam ait.
Pꝛope eſt dominꝰ omnibꝰ inuocantibꝰ eum
Et Jacobi pꝛimo dr̃. Si quis indiget ſapiā
poſtulet eam a deo nihil heſitans qui dat oī
bus affluenter. Et Mat. 7. dicit̃. Petite et
dabit̃ vobis: querite ⁊ inuenietis: pulſa. ⁊ ap.
vo. Omnis eniz qui pe. a. et qui. q̄. inuenit: et
pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis hō
quē ſi petierit filius ſuus panē: nunqd lapi-
dem poꝛriget ei? Aut ſi piſcem petierit: nun-
quid ſerpentē poꝛriget. Si ergo vos cū ſitis
mali noſtis bona data dare filijs veſtris: ꝗ̄
to magis pater veſter q eſt in celis dabit ſpi
ritū bonum petētibus ſe: hec ille. Item Sa
pien.7. dr̃. Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus
⁊ inuo. ⁊ ve. in me. ſ. ſanc. ſ. vere fidei ⁊ pꝛepo
ſui illam regnis ⁊ ſedibꝰ. ¶ Secūdo hoc idē
pꝛobo diſtinctionibꝰ. vz ꝙ deꝰ infundat gra
tiam ſuā petentibus eū. Nam Ricar. in ter
tio. diſtin.4. in. q. Vtrū ſancti patres merue
runt aduentū chꝛiſti. Et foꝛmalius in.4. di.
15. ar.4. q.7. Querit an deus exaudiat om-
nes inuocātes tam fideles quā infideles: taz
iuſtos ꝗ̄ peccatoꝛes. Et reſpondit di. ꝙ qui
habet quattuoꝛ conditiones ſemꝑ exauditur
Pꝛima cōditio eſt ꝙ petat fideliter nihil he
ſitans. Secunda ꝙ petat humiliter: ſe videlꝫ
indignū exiſtimans. Tertia ꝙ petat ad ſalu-
tem. i. neceſſaria ſue ſaluti. Quarto ꝙ petat
ꝑſeueranter. Ex qua diſtinctione patet: ꝙ cū
quilibet infidelis poſſit hec quattuoꝛ habere

poteſt per cõſequens illuminari a deo de vera fide ſi eũ cordialiter deprecetur. Aliam diſtinctionem ponit Alexan. de ales in tertia pte ſum. in tractatu de articulis fidei circa finem. querẽs an phi infideles ſint ſaluati vel damnati. Et reſpondit di. ꝙ qui ꝑ ſupbiã ſibi ipſis ⁊ nõ deo ſapientiã ſuaꝫ attribuebãt tales ꝓfecto in ſua infidelitate damnati ſunt Sꝫ ſi qui fuerũt q a deo ſapiẽtiã fore cognoſcerent naturaliter viuentes .i. facientes proximis que ſibi ab eiſdem fieri vellent ⁊ non facientes eis quod ab eis ſibi fieri nollent tales profecto ſaluati fuiſſent. Quia ut idem dicit. Quicũqꝫ etiam infidelis viuit iuxta legem nature: ignorans fidem chriſti illuminatur oĩno de vera fide ab ipſo deo: aut per intrinſecam inſpirationem: aut ꝑ reuelationeꝫ angelicã: aut per aliquẽ fidelem ſeu prophetam. Ex quibꝫ etiã diſtinctionibꝫ patet: ꝙ deus realiter infundit lumen verũ xpiane fidei omnibꝫ inuocantibus eum. ¶ Tertio probo ſimiliter ſimilitudinibꝫ. Scðm eniꝫ Ricar. in quolibeto in .q. An tempe antixpi infundet deus nouã gratiã vere cognitionis inuocantibus eũ. Clarum eſt inquit ꝙ ſi ſeductor ſicut continget antixpi tempore ſub pretextu veri catholici veriqꝫ doctoris alicui ſimplici ⁊ indocto aliquẽ predicet errorẽ impietatis ⁊ talis anime ſimplex pure ⁊ inſtanter poſtulauerit auxiliũ dei: deus profecto cor eius cõuertet per lumẽ noue gratie ne illi credatur ⁊ faciet eum cognoſcere falſas ⁊ peruerſas aſtutias tam ipſius antixpi ꝙꝫ falſorum diſcipulorũ eius niſi forte ad hoc vel negligentia vel altera occulta vel manifeſta culpa obſtaculum preſtet. Aliam ſimilitudineꝫ ponit ibidem. ꝙ quando demon ſe transfigurat in angelum lucis in qua transfiguratione nihil apparere poteſt homini per quod nõ videatur eſſe xpus: ſi homo recurrit ad deuꝫ eius auxiliũ implorando ꝓfecto illuminabit in cognitione ipſius demonis trãſformati. ¶ Quarto deniqꝫ hoc idem probo exemplis ⁊ ꝑmo exemplo beati Job. Qui ſm Auguſti. in libro de ciuitate dei. Cum eſſet de gente hydumea ⁊ nõ ꝓpe de populo dei electo ⁊ iugiter dominũ oraret ut eius intellectũ de vera fide illuſtraret moraliter viuens ⁊ naturaliter: tandẽ meruit peruenire ad cognitionem vere fidei nõ implicite ſed etiã explicite. Jta ut per ſpirituꝫ etiam cognoſceret profunda miſteria incarnationis chriſti. Aliud exemplum habemus ſeu ponit in ſententijs Sibille cumane: que cũ diſputaret de trinitate cum qbuſdã philoſophis incredulis illis oĩno non credentibus genuflexa corã eis ⁊ celum reſpiciẽs diuinũqꝫ miraculũ ſuper hoc implorans: ſtatim deſcendit viſibiliter globus igneus temꝑatus in vnam ſubſtantiaꝫ ſe finaliter transformans. Quo viſo miraculo fuerũt philoſophi ſtupefacti. Ex predictis ergo auctoritatibus: diſtinctionibꝫ: ſimilitudinibus: ⁊ exemplis clariſſime patet: ꝙ qcũqꝫ infidelis deum humiliter deprecaꝫ meretur illuſtrari ab ipſo deo de veritate vere fidei: ⁊ per conſequẽs ſaluari. Sic enim dicit Johelis ſecũdo. Omnis quicũqꝫ inuocauerit nomen domini ſaluꝰerit. Si igitur infideles remotiſſimi nõ illuminãtur hoc prouenit: quia deũ humiliter non precãtur: ergo eis imputandũ eſt: propter quod ⁊ inexcuſabiles ſunt de ſua damnatione dicẽte Ber. libro de diligẽdo deũ. Inexcuſabilis eſt etiã omnis infidelis ſi nõ diligit deum toto corde tota anima ⁊ tota virtute. clamat nempe intus ei innata iuſticia: quia ꝙ ex toto corde ſe illũ diligere debeat: cui totũ ſe debere non ignorat. Et ibidem ait. Infidelem omnẽ vrget iuſticia naturalis ſe totuꝫ tradere illi a quo ſe totum habuit: et ex toto diligere illuꝫ a quo ſe totũ diligere recognoſcit. Et ſic etiam ex predictis patet tertia cauſa oſtenſiua iuſtiſſime damnationis omniũ infideliũ. Ecce igiꝫ anima qualiter diuina iuſticia ut patet ex predictis tribus cauſis iuſtiſſime omnes damnat infideles. Non igitur miretur eis ſi eos in vniuerſali iudicio maledicet in eternuꝫ. Rogemꝰ igitur omnes dñm noſtrũ Jeſum chriſtum ut eos omnes ſimul nobiſcum illuminet in preſenti per gratiam ⁊ in futuro ꝑ gloriam. Per infinita ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Feria ſexta poſt reſurrectionẽ dñi de cauſalitate: ſeu de cauſis qbus iuſtiſſime a deo damnanꝫ infideles.

e

Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine pris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Scribuntur hec verba Mat. vltimo

capi. ⁊ in euangelio occurrẽtis ferie. poſt ſa-
cri euangelij litteralẽ ⁊ moralẽ expoſitionem
deuotiſſimi ciues exquo ut claruit in prece-
denti ſermone declaraui tres cauſas oſtenſi
uas iuſtiſſime damnationis oium infideliuꝫ
in preſenti ſermone habeo ſingulariter de-
clarare tres alias cauſas oſtenſiuas damna
tionis eoꝝ in quibus apparebit: ꝙ etiã eoꝝ
ignorãtia oino redditur inexcuſabilis. Qua-
rum quidem triũ cauſarũ.

¶ Prima dicitur cauſa Baptizationis.
¶ Secunda dicitur cauſa Tremefactionis.
¶ Tertia dicitur cauſa Elationis.

¶ Prima pars huius ſermonis in qua po
nitur cauſa dãnationis infideliũ que dicitur
cauſa Baptizationis.

P Rima igitur cauſa ſed quarta in or
dine oſtenſiua iuſtiſſime damnatio-
nis oium infidelium dicit̃ cauſa ba-
ptizationis. Quia eniꝫ aliqui infideles etiaꝫ
vltra predictas cauſas ſe forte poſſent excu-
ſare di. Ecce deũ orauimus ut nos illumina
ret de vera fide: ⁊ tandẽ per diuinã inſpira-
tionẽ de vera fide illuſtrati ſumus: ſed cum
nõ habeamus modũ accipiendi ſacrũ bap-
tiſmi quomõ ſaluabimur. Nam Mat. vltio
dicit̃. Qui baptizatus nõ fuerit cõdemnabit̃
Et Joan. 3. dicit̃. Niſi qs renatus fuerit ex
aqua ⁊ ſpũ ſancto nõ introibit in regnũ dei.
Et propterea in themate aſſumpto ꝑcipitur
apoſtolis. Euntes ergo docete oẽs ⁊c. Huic
excuſationi reſpondens: dico ꝙ nullus eſt va
litudinis nec propter hoc excuſabũtur infide
les ab eoꝝ damnatione pro eo qꝛ ſi habent
firmã voluntatẽ ſe baptizandi: ⁊ nullo mo-
do poſſunt: certe excuſabiles ſunt ⁊ ſaluãtur:
ex eo ꝙ in tali caſu baptizantur a ſpiritu ſan
cto inuiſibilr ſine aqua viſibili ⁊ forma ver-
borum. ꝙ autem habentes talem volunta-
tem: ſed impoſſibilitatem ſe baptizandi excu
ſentur immo a ſpiritu ſancto baptizent̃ ⁊ ſic
ſaluẽtur quadrupliciter probo. Primo au-
ctoritate. Secundo ratione. Tertio diſtin
ctione. Quarto exemplo. ¶ Primo probo
auctoritate Auguſti. de conſecra. diſtin. quar
ta. ca. Baptiſmi vicẽ aliquãdo implere paſ-
ſionem de latrone illo cui non baptiſato di-
ctum eſt. Hodie mecum eris in paradiſo.
beatus Ciprianus non leue documentũ aſ-
ſumit: quod etiã atqꝫ etiã cõſiderãs inuenio
non tm̃ paſſionẽ ꝑ noie xp̄i id qꝺ baptiſmo
deerat poſſe ſupplere: ſed etiam fidem cõtri-
tionẽqꝫ cordis ſi forte ad celebrãdũ miſteriũ
baptiſmi in anguſtijs tempoꝝ ſuccuri nõ po
teſt. Neqꝫ eniꝫ latro ille ꝑ nomine xp̄i cru-
cifixus eſt: ſed ꝑ meritis facinoꝝ ſuoꝝ: neqꝫ
quia credidit paſſus eſt: ſed dum pateret̃ cre
didit: q̃ᷓtum itaqꝫ valeat etiam ſine viſibili
baptiſmi ſacramento. qꝺ ait apoſtolꝰ. Cor-
de creditur ad ſaluteꝫ in illo latrone eſt de-
claratũ. Sed tunc implet̃ inuiſibiliter cũ mi
ſteriũ baptiſmi nõ cõteptus religiõis ſed ar
ticulus neceſſitatis excludit: ⁊ ſicut in illo la-
trone quod baptiſmi ſacramẽto defuerat cõ
pleuit oipotentis benignitas: quia nõ ſuper-
bia nõ cõteptu ſed neceſſitate defuerat. Sic
⁊ in ceteris credendũ eſt ꝙ traditũ tenet vni
uerſitas eccleſie. hec ille. Similis ſentẽtia po
nit̃ de conſecra. di. 4. c. cathecuminũ: ⁊ gloſa
ſuper verba prophete. Coꝛ contritũ ⁊ humi-
liatũ deꝰ nõ deſpicies. ait. Vera humilitas
⁊ cõtritio cordis ſupplet defectũ viſibilis ſa-
cramenti baptiſmi. ¶ Secundo hoc idẽ pro
bo vnica rõne. videlꝫ cõpletionis. Fundamẽ
tum rationis ponit phs. 5. Ethicoꝝ di. Vo-
luntate bene diſpoſita arguit̃ pfectio operis
patet hec regula. Nam ſi vnꝰ habet volunta
tem bene diſpoſitã ⁊ deliberatã faciendi ele
moſynã pro deo ſeu ſeruitiũ amico: ⁊ adeſt
oino impoſſibilitas. Certũ eſt ꝙ taꝫ a deo q̃ᷓ
ab amico reputat̃ ac ſi elemoſynã ⁊ ſeruitiuꝫ
accepiſſet. Quo preſuppoſito cõcludit̃ a ſimi
li ꝙ ſi infidelis non habẽs poſſibilitatem ſe
baptizandi: ſed voluntatẽ excuſatur a deo q
nemĩnẽ obligat niſi tm̃ q̃ᷓtum poteſt: ⁊ ꝑ cõ
ſequens ſpũaliter baptizat̃ a ſpiritu ſancto ⁊
ex conſequẽti ſaluat̃. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo
ex diſtinctiõe. Ricar. in. 4. di. 4. ar. 2. q. 2. dicẽs.
ꝙ triplici baptiſmo poteſt aliqs baptizari et
ſaluari: vꝫ baptiſmo fluminis ⁊ aque quẽad
modũ eſt baptiſmus xp̄ianorum. Itẽ baptiſ
mo ſanguinis: utputa cũ quis credẽs in chri
ſtum antequã baptizet̃ occideret̃: quod etiaꝫ
in paruulo põt verificari: quando occidit̃ ꝓ
pter odiũ xp̄i. Exemplũ patet de innocẽtibꝰ
occiſis ab Herode rege: qui in ſanguine ſuo
ſunt baptiſati ⁊ ſaluati. Item baptiſmo fla-
minis. i. ſpũſſancti: utputa cuꝫ quis infidelis
deſiderat baptiſari in aqua ſeu ad hoc eſt in
ſpiratus: ⁊ tamẽ habet in poſſibilitatẽ: quia
nõ poteſt habere q baptizet eũ talis vtiqꝫ ſic
moriens baptizatus eſt ꝑ ſpm̃ ſanctũ: ⁊ ꝑ cõ

ſequens ſaluatus. Ex quo ut predixit Auguſ. de cōſecra. di. 4. c. Baptiſmi vicē non cōtemptus religionis: ſed articulus neceſſitatis baptiſmi excludit. ¶ Quarto deniq3 hoc idem ꝓbo exemplo. v3 ꝙ etiā moriens ſine baptiſmo aque ſaluari poteſt. Exemplū ponit Innocētius tertius ſcribēs epo cremonenſi extra de preſbitero nō baptiſato. ca. apoſtolicā. di. Preſbiterū quē ſine vnda baptiſmatis extremū diem clauſiſſe ſignificaſti: q2 in ſancte matris eccleſie fidem ⁊ xp̄i nomē perſeuerauit ab originali peccato ſolutum ⁊ celeſtis patrie gaudiū eſſe adeptū aſſerim⁹ incūctanter. Lege ſup hoc. 8. libro Auguſti. de ciuitate dei. vbi inter cetera legit. Inuiſibiliter baptiſmus ei miniſtrat quē non cōtemptus religionis ſed termini neceſſitas excludit. librū etiam beati Ambroſij de obitu valentiniani idem aſſerētis reuolue. Sapitis igitur queſtionib⁹ doctorū: patrū ſententias teneas ⁊ in eccleſia tua iuges p̄ces ⁊ hoſtias deo offerri facias ꝓ preſbitero memorato. h̄ ille verbaliter. Ex predicta auctoritate: rōne: diſtinc. ⁊ exemplo patet: qualiter etiā ſine ſacramento baptiſmi pſona ſaluari poteſt: dūmō habeat voluntatē ſe baptizandi ſed iꝑoſſibilitatem. Quia igit infideles nec querūt baptizari nec volunt: idcirco inexcuſabiles ſunt ⁊ merito dānantur.

¶ Secunda pars hui⁹ ſermonis in qua ponit ſecunda cauſa dānationis infideliu3 que dicit cauſa tremefactionis.

ſEcunda inſup cauſa: ſed quita in ordine oſtenſiua iuſtiſſime damnationis omniū infideliū dicit cauſa tremefactionis. Quonia3 multi ex inordinato amore ſui ⁊ timore pene vel mortis corporalis retrahūtur ne cōuertant ad veram fide3 chriſti. Idcirco inexcuſabiles ſunt: quod etiā fiebat tempe ipſius chriſti. Na3 Joan. nono De parentib⁹ ceci nati dicit ꝙ interrogantibus iudeis: an eſſet eorū filius reſponderūt ipſum interrogate etatē habet ipſe de ſe loquat. Hoc dixerunt parētes eius: q2 timebant iudeos. Jam eni3 cōſpirauerant iudei: ut ſiquis eū confiteret xp̄um extra ſynagogā fieret. hec ille. Et Joan. xi. Ipſi principes ſacerdotū mundano timore pleni xp̄um negātes dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimittim⁹ eu3 ſic oēs credent in eum: ⁊ venient romani ⁊ tollēt locū noſtrū ⁊ gētē. hec ibi. Sic a ſimili etiā hodie plures iudeoꝝ atq3 ſarracenoꝝ timore mortis nō cōuertūtur ad fidem xp̄i quāuis credant illā fore verā. Hic autē timor vtiq3 eſt malus ⁊ inexcuſabilis: ⁊ per cōſequens q tali timore ducti ſunt ſeu ducunt iuſtiſſime dānant. Cum etiā videam⁹ ciues ⁊ ſeruos pro amore ⁊ defenſione dn̄i ſui temporalis ſe morti exponere. ꝙ autem quiſq3 infidelis teneat hunc timorē a ſe excludere: necnō ⁊ pro ſuſcipienda vera fide etiam mortē ſuſcipere tripliciter ꝓbo. Primo auctoritatib⁹. Secūdo rationib⁹. Tertio exemplo. ¶ Primo ꝓbo auctoritatib⁹. Nam p̄me Joan. 4. dicit. Timor nō eſt in charitate ſed perfecta charitas foras mittit timorē. Et dn̄s Luce. 12. ait. Ne terreamini ab his qui occidūt corpus ⁊ poſt hoc nō habēt amplius quid faciāt. oſtēdam autē vobis quē timeatis. Timete eum qui poſtq3 occiderit habet poteſtatē mittere in gehennā. Seneca etiam in ꝓuerbijs ait. Stultū eſt timere ꝓ veritate quod vitari nō poteſt: tutiſſima res eſt nec ipſam morte3 timere preter deū timidū nō facit animū niſi reprehenſibilis vite cōſcientia mala. hec ille. Itē. 32. q. 5. c. ita ne. dr̄. Certū eſt ꝙ ꝓ fide ſalutē iſtam corpis ponere debem⁹. 23. q. 8. ca. cōuenior. dr̄. Tanta d3 eſſe fideliū cōſtātia ut potius vita q3 fides auferat. Et phs li. de ſecretis ſecretoꝝ ait. Prius eligēda eſt nobis mors q3 offenſio preclariſſime virtutis. Deniq3 Aug. ſup Joa. verba. 12. Qui amat animā ſuam ⁊c. ait. Cum autē articulus caſu venerit ut hec cōditio ꝓponat aut faciendū eſſe contra dei preceptū ⁊ fidē: aut ex hac vita migrandū. quoꝝ duoꝝ hō cogit alterum eligere: cōminante mortē pſecutore ibi magis elige deo dilecto mori q̄ offenſo viuere. hec ille triplici rōne hoc idē ꝓbo. Prio rōne Offenſionis. Scdo rōne Supationis. Tertio rōne Deprauationis. ¶ Prio ꝓbo rōne offenſionis: ꝙ quiſq3 infidelis inexcuſabilis eſt ſi timore pene ſui mort excludit a ſe fidē xp̄i. Fundamentū rōnis ponit cōciliū toletanū. 13. di. c. duo. di. Duo mala lic3 cautiſſime oino ſunt p̄caueda: tn̄ ſi piculi neceſſitas vnū ex his ppetrare cōpulerit: debem⁹ reſoluere qd minori nexu noſcit obligari. hec ille. patet hec regula. Nam ſi ꝓponeret alicui abſciſio capitis vel brachij: claꝝ eſt ꝙ ſi poſſet vtrūq3 malū fugeret. Si tn̄ neceſſe foret vnū ex his

ſuſtinere vtiqʒ poti⁹ p̄eligeret abſciſionē brachij
q̄ʒ capitis. Quo p̄ſuppoſito certū ē ꝙ in infi
nitū ē min⁹ malū mors vni⁹ corpis imo diuʒ
ſimul corpoꝝ q̄ʒ ſit ſola mortalis offēſio dei q̄
ē īfinituʒ malū. Quod ſi ſic ē: ↄcludit̄ neceſſa
rio ꝙ quilibʒ dʒ magis eligē mortē q̄ʒ fidem
chriſti cōtemnere vel denegare. Secūdo hoc
ideʒ probo rōne ſupationis. petūr ſacri theo.
vtꝝ homo videns aīaʒ ꝓximi ſui i periculo
dānationis teneat̄ corp⁹ ſuū morti exponere
vt eruat aīam illā a periculo illi⁹ dānationis
ſine tn̄ periclo ſue ſalutis. Ad qd̄ dubiū Reſ
pōdit Alexan. de ales in. 3. pte ſūme. i tracta-
tu de charitate ꝓximoꝝ. ꝙ ſic. Cū quo cōcor
dat. d. Bo. in. 3. di. 30. ar. 1. q. 1. Et. tho. 2. 2. q. 26.
ar. 5. Et in. 4. di. 15. ar. 1. q. 4. Et Ric. i. 4. di.
15. ar. 2. q. 5. Et hoc probant reſpectu bonita
tis. Nā bonum oē vt dicitur. 1. ethi. nāliter ē
diligibile. Quo ↄceſſo ergo magis bonū ma
gis ē diligibile vt habet̄. 4. to. qd̄. ſi ſic ē cū ſʒ
eundē phm. 6. topi. Triplex ſit bonū vʒ fortu-
ne corporis ꝛ aīe. ꝛ aīa ſit melior bono corpis
ↄcludit̄ neceſſario ꝙ aīa ꝓximi magis debʒ
diligi quā qd̄libet corp⁹ etiaʒ ꝓpriuʒ. Sʒ cla
ruʒ ē ſm̄ Gre. in omelia pēthe. ꝙ ꝓbatio di
lectionis exhibitio ē opis. pp̄ ꝙ poſito caſu ꝙ
aīa proximi ſtet in periculo dānationis tenet̄
qſqʒ ꝓ illa ſaluāda corp⁹ ſuū exponē. Si igi
tur quiſqʒ tenet̄ pro ſalute aīe ꝓximi ſui mor
teʒ ſuſcipere multo magis tenet̄ eādē morteʒ
ſuſcipere Excluſo a ſe oī humano timore ꝓ
aīe proprie ſalute. Tertio hoc idē probo rōne
deprauationis. Fundamentuʒ rōnis ponit
phs lib. de regi. prin. di. hoc amo quod bonū
eſt qd̄ vero malū eſt deuita ꝛ amare deſiſte
patet hec regula. Si eniʒ ſanitas ꝛ veritas tā
quā quid bonū diligunt̄ ergo infirmitas ꝛ fal
ſitas odiunt̄ tanquaʒ quid maluʒ. Quo con-
ceſſo certū ē ꝙ timor pene quo qs deſpicit fi
dem chriſti vtiqʒ malus eſt ꝙ ſi malus ergo
ꝑ ↄn̄s ē ab oī īfideli deponendus. Et ꝙ ta-
lis timor oīo malus ſit pʒ ex triplici reſpectu
vʒ reſpectu radicis a qua progreditur: reſpe-
ctu rōnis quā tranſgreditur: ꝛ reſpectu legis
q̄ ītcrdicitur. Primo dico ꝙ talis timor ma
lus eſt reſpectu radicis a qua proegreditur
Naʒ fructus a mala radice ꝓgrediens ſēꝑ
eſt malus. Sʒ timor hūanus oritur a mala
radice. ſ. ab amore inordinato ſui ipſius. qd̄
patet quia quilibʒ illa que amat timet amit
tere vt dicit Auguſti. lib. 83. que. vnde cum

amor ſui ipſius inordinatus qui eſt cauſa ꝛ
radix timoris humāi ſemper ſit malus ergo
timor pene ſeu humanus ſemper eſt malus.
Secundo dico ꝙ talis timor eſt malus re-
ſpectu rationis quā trāſgreditur. Naʒ ordo
debitus ē vt appetitus rōni ſubdatur. Ratio
autem dictat aliqua eē ꝓſequenda ꝛ aliqua
fugienda ꝛ inter hec dictat aliq̄ eē magis vl̄
min⁹ proſequenda. verbi gratia magis timē
da ſunt mala aīe ſcilicet peccata q̄ʒ mala cor
poris vel reꝝ exterioꝝ. Et ideo ſi qs incur-
rat mala anime. ſ. peccata vt vitet mala corpo
ris puta flagella vel morteʒ aut ſuſtineat mor
tem corporis talis timor ſemꝑ peccatū ē. Nā
ſunt quedā peccatoꝝ opa ad que faciēda nul
lo tiore aliqs dʒ cogi. vt di. phs. 3. ethi. Cui⁹
rō eſt: qꝛ peius ē peccata cōmittere q̄ʒ penas
quaſcunqʒ pati. Sic dicit tho. 2. 2. q. 19. ar. 3.
Cum autē appetit⁹ timēdo refugit id qd̄ eſt
ſm̄ rōneʒ fugiendi puta maiora mala. ſcilicet
peccata ꝛ eligit minora. ſ. mortē corpis ꝛ fla
gella ſeu dāna reꝝ exteriorū: talis vtiqʒ ti-
mor bonus eſt. Tertio dico ꝙ timor monda
nus ſeu humanus malus eſt reſpectu legis
qua interdicitur. Sicut enim deus nihil pre-
cipit niſi bonum ita nihil probibet niſi malū
probibet etiā dominus timorem mundanū
di. Mathe. 10. Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus ꝛc. prohibet autem dominus
timorē mūdanum i p̄dicta auctē triplici rōe.
¶ Primo ratione humane Impotentie.
¶ Secūdo ratione diuine Prudētie.
¶ Tertio ratione reſurrectionis future.
¶ Primo ratione ipotētie hūane. Eſt rō ta
lis. Ille hoſtis non eſt timendus qui non po
teſt ledere niſi in minimis. tyrannus autem
eſt huiuſmodi. quod patet quia non poteſt le
dere niſi corpus ſolum ꝛ non animam: vt ſi
quis ſcinderet veſtem alterius: illi quidem
iniuriam facit ſed corpus non patitur detri
mentum. Sic anima occiſionis ſentit dolo-
rem: ſed damnum mortis non patitur in nā.
Secundo prohibet humanum ꝛ mundanuʒ
timoreʒ ex conſideratione diuine prouiden-
tie et talis ratio eſt. Si q̄rumcunqʒ minima
vt puta vita animalium irrationabilium di
uina prouidentia reguntur ꝛ ordinantur. ꝛ
multo magis vita ꝛ mors iuſtorum. vnde di
cit ibidem. Nonne duo paſſeres veneunt di
pondio ꝛ vnus eorū nō eſt in obliuione corā
deo. vbi Criſoſto. ſic ait. Si paſſer euentu nō

oriē nec moriť. Quāto magis nec hō iust⁹. Et ē rō
p locū a minori qr ſi ſine rōne nihil agiť in
his q̄r ē preciū viliſſimū: quāto magis in his
q̄r p̄ciū ē ſanguis Jeſu xpi. Nā vt ibidē dr.
Multis paſſerib⁹ plures .i. maiores dignitatis
eſtis vos. Et hoc tripľr. p̄ quo ad ſtatū nē. ſe-
cūdo q̄ ad ſtatū grē qr p adoptiōez filij di ter
tio q̄ ad ſtatū glīe qr i pria ſūt bñficiādi. Ter
tio deniqȝ pbib; timorē mūdanū ⁊ hūanuȝ
ex ꝯſideratiōe reſurrectiōis future. Et rō tal
eſt. Nō ē timēdū de maiorib⁹ vbi ē puidēn
tia de minimis. Sȝ deo ē puidētia de capillis
q in debito mō reſurgēt in corpe. vñ ſubdit
Jbidē oēs capilli capitis vr̄i nūerati ſūt ꝯ ⁊c̄.
Ex q̄ rōne pȝ q cū talis timor mortis oio ma
lus ſit: iō ifideles q ex tali tiore nec ſūt ꝯuer
ſi nec ꝯuertunť ad deuȝ oio ſūt iexcuſabiles.
Tertio deniqȝ pbo exēplo q qſqȝ teneť citi⁹
mortē ſuſcipē q̄ȝ a veritate vere fidei declina
re. Et p̄cipue pbo exēplo Socratis phi. Naȝ
cū oēs veri phi vnū deū colerēt ⁊ nō hydola
vana Socrates p̄cipue vnū colebat, veraciť
vñr phibebat fieri ſacrificium Appolini pp
qd cū fuiſſȝ accuſat⁹ athēiēſib⁹ q deridebat ca
nē ⁊ hyrcū q̄s tanq̄ȝ deos illi colebāt capt⁹ fu
it ⁊ incarcerat⁹ ab eis. Detētuſqȝ ē i carcere
30. dieb⁹ vbi mirabilē cordis ꝯſtātiā ſe hr̄e
oñdit. nā carcer ⁊ mors nec vult⁹ ei⁹ nec aiuȝ
pturbare vnq̄ȝ potuerūt: ⁊ cū pſuaſionē acce
piſſet a q̄dā pho vt fugā arripet Abſit inqt a
me Socrates vt negem veritatē vni⁹ dei quā
aſſerui. Cū ergo vt ait Valeri. li. 7. iudicat⁹ eſ
ſet ab Atheniēſib⁹ vt hauſto veneno periret
delatū ſibi poclȝ mortis non alr q̄ȝ medicamē-
tū imortalitatis accepit. ⁊ de mortis cōtēptu ⁊
de cultu vni⁹ dei vſqȝ ad vite exitū libero aio
diſputauit. Cū potiōez mortis de manu carni
ficis accepiſſȝ appoſito iā labijs pocľo vxor ei⁹
Xātippe q̄ illic aderat vociferās ait. h heu ino
cēs hō perit. Qui letāt rn̄dit nūqd inocenti
mihi duxiſti mori ſacti⁹ eē. Mortu⁹ ē igiť ſo
crates veneni poculo p ꝯfeſſiōe veritatis vni
